Tertia conclusio ꝙ deus non potest dispensare ꝙ liceat mentiri.

¶ Expliciunt tituli distinctionum/ questionum/ articulorum/et conclusionum /super tertium sententiarum domini Petri de Palude patriarche quondam hierosolymitani ordinis predicatorū.

Extraict des Registres de parlement.



Eue par la court la reqſte a elle baillee par Claude cheuallon et Jehan gourmont maiſtres libraires et imprimeurs en ceſte ville de Paris. Par laquelle ilz requeroient inhibitions ⁊ defenſes eſtre faictes a tous libraires ⁊ imprimeurs et tous autres de ne imprimer ne faire imprimer ou expoſer en vente. Ceſtaſſauoir ledit Cheuallon les oeuures de maiſtre Pierre de Palude ſur les Premier Second et Troiſieſme liures du maiſtre de Sentences. Et ledit Gourmont vng liure par luy imprime intitule Tripartitum Epythoma in totius dialetice principia a magiſtro Guillermo mandiſon ſcoto editum et eiꝰ opera. Sinon de ceulx qui ont eſte imprimez par iceulx Cheuallon et gourmont iuſques a deux ans prochainemēt venās a ce que leſditz Cheuallon ⁊ gourmont ſe puiſſent cependant rembourſer des faiz:miſes: ⁊ labeurs quil leur a conuenu faire en imprimant leſditz liures. Veuz auſſi pluſieurs arreſtz et ordonnances de ladicte court donnez en pareil cas: ⁊ tout cōſidere. Ladicte court a defendu et defend a toꝰ libraires:īpͥmeurs et tous autres de ne imprimer ne faire imprimer: ou expoſer leſdictz liures en vente:ſi non de ceulx qui ſont imprimez par leſditz Cheuallon ⁊ gourmont iuſques a deux ans prochainement venans:ſur peine de confiſcation deſditz liures: ⁊ damēde arbitraire. Faict en parlement le dernier iour de Septembre. Lan Mil cinq cētz ⁊ dixſept.

Ainſi ſigne Robert.

¶ Preclarissimi doctoris domini Petri de Palude ordinis predicatorū patriarche Jerosolymitani tertium scriptū super tertium sententiarum Incipit.



Irca primam distinctionem tertij libri sentētiarū querunt tria. ¶ Primū est de possibilitate īcarnatiōis. ¶ Secūdum de diuisibilitate ex pte principij. Utrū scʒ vna persona sine alia potuerit īcarnari ¶ Tertiū de vnitate ex pte termini vtrū scʒ plures persone possint assumere vnā naturā. ¶ Quātum ad primum querit vtrum incarnatio fuit possibilis.

Primū argumentū. Et videt φ nō: qꝛ quicqd ꝯuenit deo ex tempore cōuenit ei ex mutatiōe sui vel creature: qꝛ nō est nouitas sine mutatione: sed incarnatio tēporalis nō potest competere deo per mutationem sui vel creature. ergo nullo modo. Minor ꝓbatur φ em̄ incarnari nō conueniat deo per mutationem sui planum est cū scriptuʒ sit Mala. 3. ego deꝰ qui nō mutor. & Jacobi. j. Apud quem nō est transmutatio &c. Qꝫ autem nō conueniat ei per mutationem creature probatur sic quia illa mutatio non esset scd̄m locū qꝛ talis mutatio est ad distās scd̄m locū qd̄ nō pōt dici de dō respectu creature. nō ei longe est ab vno quoqꝫ nr̄m. Act. xvij. Nec scd̄m formā: qꝛ natura hūana sic derelicta vel assūpta

Secundū non plus habet vel minus quare. &c. ¶ Scd̄o qꝛ incarnatio est vnio diuine nature & psone ad humanam naturam sed perfectissimum nō est alteri

Tertium. vnibile. ergo. &c. ¶ Tertio quia plus distat persona diuina a quacūqꝫ natura creata ꝙ quodcūqꝫ suppositū creatum a quacūqꝫ natura substātiali creata alia a natura p quā constituit: sed nullū suppositū creatum potest assumere in vnitate suppositi aliquā naturā creatā substantialē aliam ab illa p quā constituit. ergo nec persona diuina pōt assumere quācūqꝫ naturā creatā in vnitate suppo-

Primū in oppositū. siti. ¶ Cōtra. nō est magis īpossibile esse plures naturas i vna psona ꝙ ecōuerso: sed in diuinis sūt plures psone i vna natura. ergo ecōtra possibile

Secundū est p incarnationē esse plures naturas in vna persona. ¶ Preterea actus simplex & pura potētia possunt sic vniri vt fiat vnū p se: sed deus est actꝰ purus & oīs creatura respectu eius pura potētia plusꝙ materia respectu forme cum illa eē eēnaliter nō habeat a forma. oīs aūt creatura a deo hʒ qcquid habet & de se est purū possibile obiectiue

Respōsio. qd̄ est minꝰꝙ possibile subiectiue. ergo sic potest vniri deo vt sit vnū suppositū. ¶ Responsio. tria sunt vidēda. ¶ Primo ostēdet φ est impossibilis incarnatio sicut quidā heretici eā ponunt. scʒ virtute creata etiā i supposito creato. ¶ Secūdo φ est impossibilis vt aliꝗ fingunt in supposito creato quacūqꝫ ꝟtute etiā increata. ¶ Tertio φ est pos-

Primꝰ articulus. Nō est possibilis incarnatio ꝟtute creata. sibilis in supposito creato ꝟtute increata sicut fides ponit. ¶ Primo ergo ostēdēdū est φ non est possibilis ꝟtute creata sicut dixit hereticꝰ. cuius ꝟba i mora. Grego. ponit. Nunqd iudeo xp̄o hoī fcō deo possum et ego fieri deꝰ si volo. si em̄ creatura posset vniri creatori ꝟtute creata illa virtus aut esset virtus naturalis assumpti aut virtus supnaturalis eiusdē: aut esset virtus alicuiꝰ tertij naturalis vel supernaturalis. dumtamen creata.

¶ Primū nō pōt dici: qꝛ quando naturaliter aliqua natura ꝙ priꝰ habebat vnū suppositū trahit & assumit ad aliud hoc non est virtute assumpti: sed assumentis sed qn̄ cibus assumit a cibato sola virtute cibati fit hoc non cibi qui se hʒ tantū passiue immo in ipsa vnione denudatur oī virtute et forma. ¶ Itē ꝯuis natura aliquādo seipsam extendat ei trahat ad se pfectionē ꝓpriā & naturalem sicut aīatū seipsū naturali virtute extēdit ad suā naturalē quātitatē p potētiā augmētatiuā. nunꝙ tn̄ ad pfectionē extraneam sue nature. Unde & si scd̄m quosdā aqua ex se redit ad frigiditatē & ex naturali virtute: qꝛ illa est sua naturalis ꝓprietas & perfectio: non tn̄ sic pōt naturaliter se calefacere sʒ respectu huiꝰ pure passiue se habʒ. & tn̄ lʒ calor non sit naturalis cōsiderata natura forme: est tn̄ naturalis considerata natura materie. multominus ergo pōt virtute sua natura trahi ad pfectionem totā nature extraneā. ꝓpter qd̄ ab alieno supposito maxime i creato & supnaturali virtute sue nature trahi nō pōt. imo est cōtradictio φ effectꝰ supnaturalis fiat ꝟtute naturali: qꝛ supnaturale dicit aliqd magꝫ a principio ꝙ a termino sicut resurrectio & suscitatio & ceci illuīatio. ¶ Secūdū ps sic. puta φ nullo dono supnaturaliter collato hūanitati ipsa est vnita vel vnibilis diuinitati: qꝛ illud aut fuisset mediū formale aut effectiuuʒ. nō formale: qꝛ sicut inter materiā et formā nō cadit mediū. sic nec inter naturā et suppositū. Si dicat Instātia. φ verū ē de supposito & natura cōnaturalibꝰ. secꝰ de supnaturalibus. Non valet: qꝛ illud medium Solutio. formale cū non posset informare assumens informaret assumptū et sic esset posteriꝰ eo: qꝛ subiectū prius est pdicato accidentali. nec per ꝯn̄s eēt mediū sʒ vltimū. sicut etiā gratia vnionis & oīa alia dona ꝯsequunt ad vnionē & non mediant ad eam. Si dicat φ sequitur rem assumptā: sed precedit Instātia. assumptionē. Nō valet: qꝛ accidēs sequit substan Solutio. tiā nō solū ꝙ est natura: sed ꝙ est suppositū: qꝛ prīa substātia substat oībꝰ accidētibꝰ. Unde priꝰ est in xp̄o imaginari suppositū ꝙ informationē alicuiꝰ accidētis naturalis vel supernaturalis. Nec medium effectiuum: qꝛ cui repugnat ratio suppositi illi repugnat ratio assūptiui. & per ꝯsequēs ex parte eius non se tenet mediū effectiuū assumēdi. huiusmodi autē est natura vt assumptibilis ꝙ abstrahit a supposito. ergo &c. ¶ Tertio φ non p virtutem tertij ꝓbatur qꝛ vel Gabriel effectiue ꝯiūxit naturam nature vel aliꝰ angelus ꝟtute naturali vel supnaturali sibi inherente: qꝛ lʒ ad hoc φ aliquis sibi vniat aliud non requirat φ ipsum vniēs habeat virtutē sup vtrumqꝫ: puta supra se et sup alterum: sed sufficit φ habeat virtutē super illud solū φ debet sibi vniri sicut cibatum p virtutē digestiuam qua dñatur: non sibi. sed cibo ipsum sibi vnit: tamen ad hoc φ aliquid vniat duo a se distincta adinuicem oportet φ dominet vtriqꝫ eorū: qꝛ respectu tertij coniunctiui duo cōiungibilia sunt in potentia passiua. sicut sol coniungit elemēta in mixto quibus omnibus dominatur. Igit ad hoc φ deus vniat sibi carnem non oportet φ dominetur sibiipsi: sed carni. sufficit φ dominetur et ipse habet potestatē omnis carnis. sed ad hoc φ creatura vniatur creatori ꝟtute creature alteriꝰ oportet virtutem illam vtriqꝫ dominari quod creature conuenire non potest.

Cõtra di= cta obijcit

¶ Contra hoc arguit̃ ⁊ videt̃ ꝙ assumptio possit
fieri virtute creata: qꝛ oĩs relatio causata est ĩ virtu
te creature sicut accidẽs ĩ virtute subiecti: qꝛ ista
materia cum forma sunt causa oĩm accidentium
in ea: sed assumptio nõ est nisi relatio: qꝛ assũptio
non est aliud re ꝙ̃ existere assumpti in assumente
ergo ⁊c. maior ꝓbata est. minorẽ autẽ dupliciter
aliqui probant ꝙ subsistere nature humane ĩ xp̃o
non sit nisi noua relatio. Primo: qꝛ si natura hũa
na separaretur nihil corrũperet̃ nec ex parte natu
re nec ex parte suppositi dei. igit̃ ex vnione nõ fit
aliquod absolutũ. Itẽ si esset absolutũ: tũc esset
aut accidẽs aut substantia: non accidẽs: qꝛ accñs
non est ratio ꝑsonandi: non substantia: qꝛ nec ma=
teria nec forma nec cõpositũ. ergo nõ est aliquod
absolutũ. ¶ Ad hoc autẽ aliqui respondent ꝑ in

Sco. 3. di. 1. q. 1.

teremptionẽ minoris dicentes ꝙ subsistere ĩ alio
est absolutũ quod probant sic. Id quod est per se
effectus actionis necessario est absolutũ. hoc p3:
qꝛ ad aliq̃d nõ est termin⁹ mot⁹ ꝺm phĩm. 5. phisi.
sed subsistere nature humane in supposito diuino
est effectus actionis toti⁹ trinitatis. nã subsistere
naturã humanã in supposito verbi nõ est aliud ꝙ̃
illã esse vnitã ei. Constat autẽ ꝺm sanctos ꝙ trini

Probat̃ ꝙ subsistere sit quoddã absolutũ

tas tota vniuit eã verbo. ergo subsistere est abso=
lutũ sicut vnitũ esse ad quod sequitur relatio que
est vnio. Item non minus dicit ꝑfectionem subsi
stere humane nature in xp̃o ꝙ̃ subsistere acciden=
tis in subiecto et remota ꝑ intellectum ꝑfectione
ꝙ̃ dat accidens subiecto sed subsistere acciden=
tis dicit ꝑfectionẽ: qꝛ existentiã accidẽtis ĩ subie=
cto. constat autẽ ꝙ essentia accidẽtis dicit absolu
tum: qꝛ dicit naturã accidẽtis: cõcernendo tamen
subiectũ ꝺm Auicẽnã. 5. metaphisi. ergo subsistere
nature humane in xp̃o dicit absolutũ: qꝛ essentiã
nature humane in concretione autẽ ad suppositũ
diuinũ sc3 concernendo suppositum diuinũ. Item
affirmatio ⁊ negatio reducunt̃ ad idẽ gen⁹. vt p3
per Augu. 7. de trinitate sed subsistere ĩ se ⁊ subsi
stere in alio est affirmatio et negatio: qꝛ subsistere
in alio est subsistere non in se. subsistere autẽ in se
non dicit relationẽ sed absolutũ. ergo subsistere ĩ
alio dicit absolutũ: l3 ad hoc sequat̃ aliqua rela=
tio nature que est in alio supposito existens sc̃dm
quod natura innitit̃ alteri supposito ꝑ quod eius
ꝑmanentia sistit. Itẽ non videt̃ verũ ꝙ vnio et re
latio noua contingat sine nouo absoluto: qꝛ l3 re
latio possit aduenire alicui sine sui mutatione: nõ
tñ potest aduenire sine alteri⁹ mutatione. ⁊ ita no
ua relatio arguit necessario mutatũ: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs
absolutũ cũ terminus mutationis non possit esse
relatio. ¶ Ad hoc tamẽ dicunt primi ꝙ mot⁹ põt

Sco. vbi supra.

esse ad respectum extrĩsecũ: qꝛ mot⁹ localis est ad
vbi quod est respectus. Nec hoc est contra phĩm
q̃ ponit vbi terminũ mot⁹: qꝛ phũs negat motuȝ
ad relationẽ q̃ est respectus intrinsecus. Vbi aũt
non est relatio sed respect⁹ extrinsec⁹. Vñ ad ip̃m
est motus: et sic cũ assumit̃ humana natura est iste
nouus respectus extrinsec⁹. ¶ Sed hoc stare nõ

Cõtra rñ= sionẽ scoti

potest vt dicũt secũdi. Nã supra posuerunt ꝙ sub=
sistere dicit respectum nõ quẽcũq3: sed relationeȝ
realẽ. ergo si mutatio nõ potest terminari ad rela
tionem vt dicũt tunc vnio humane nature ad di=
uinam subsistere nõ poterit terminari vel subsiste
re humane nature nõ erit sola relatio: ⁊ sic dictuȝ
istoꝝ se interimit. Preterea illa que sunt vnũ so=
lo respectu extrinseco aduenientе sunt vnita acci
dentaliter nec vnũ de alio ꝑdicat̃ in concretione
quia vestis et vestitus vel locus et locatũ nõ faci
unt vnũ ꝑ se: nec natura loci ꝑdicat̃ de natura lo
cati in concreto nec ecõuerso igit̃ si natura diuina
et humana sunt vnũ solo respectu extrinseco: tũc
natura humana ⁊ diuina sunt accidẽtaliter vnita
et vna non ꝑdicat̃ de alia in cõcreto: et sic xp̃s nõ
est vere vn⁹: q̃ oĩa sũt absurda et erronea. ¶ Pre
terea dicere vbi respectum nõ autem forma abso
lutam est falsum ꝺm istos. ¶ Primo: qꝛ nihil est
fundamentũ alicui⁹ relationis nisi absolutũ cuȝ
respectus non sit respect⁹ in infinitum: sed vbi ꝑfi
ciẽs mobile est fundamentũ relationis. puta con
tinentie locati ad locũ: qꝛ mobile ꝺm locum: eo ꝙ
h3 vbi terminũ mot⁹ localis. puta vbi sursum cõ
mensuratum ipsi loco sursum et mediãte vbi sur
sum locatũ d̃r contineri a loco sursum: qꝛ relatio
locati ad locũ ꝑsupponit in mobili ip̃m vbi ꝑfici=
ens mobile vt fundamẽtũ in alio fundat̃ relatio
continentie locati ad locũ cõtinentẽ. ergo vbi est
absolutũ. ¶ Secundo: qꝛ motus nõ est ꝑfectior
suo per se termino. quod p3: qꝛ mot⁹ est act⁹ imꝑ
fectus respectu termini. 3. phisi. sed mot⁹ localis
est forma absoluta. tum quia ꝑfectior omni alio
motu ꝺm causalitatẽ ⁊ mensuram. saltẽ. 8. phisico.
tum qꝛ dicit ꝑfectionẽ mobilis sicut q̃libet alius
motus cum sit actus existentis in potentia. 3. phi
sico. ꝙ̃ vbi erit forma absoluta et nõ minoris ꝑfe
ctionis. Verũ est cum quodlibet vbi sit formalit̃
et quidditatiue absolutum. ipsum nichilominus
ex mõdo suo significandi importat respectum ad
continens prout habens vbi circũscribitur a con
tinente. ⁊ quantum ad hunc respectuȝ describitur
ab illo auctore sex principioꝝ qui dicit ꝙ vbi ẽ cir
cũscriptio corporis locati ex circũscriptione loci
procedens. ¶ Item rationes primorũ nõ valent

Rñdet ad rões ꝑme opinionis

Prima non: qꝛ quando aliqua absoluta sunt con
iuncta resultat vnũ coniunctum absolutum et ꝑ
separationem corporis tale vnum esse vt cũ mate
ria et forma coniunguntur. puta anima et corp⁹
resultat homo qui est vnum absolutum: et licet ꝑ
separationem nihil deperdatur de natura corpo
ris posito ꝙ maneat idem numero si sint due for=
me in homine vel saltem nihil deperdatur de ma
teria nec de anima: tamen deperditur esse coniun
cti sicut licet per separationem humanitatis a di
uino supposito nihil deperdatur de natura hu=
mana nec de diuina: tamen esse talis coniuncti de
struitur: qꝛ nõ manet xp̃s. Preterea si natura hu
mana per subsistere diuinũ non haberet nisi solaȝ
relationem cum relatio ꝺm istos non dicat perfe
ctionem: tunc natura humana nihil perfectionis
haberet ex eo ꝙ subsistit in diuino supposito ⁊ per
cõsequẽs nõ esset perfectior operatio humane na
ture in xp̃o ꝙ̃ si fuisset purus homo quod est mul
tum derogare salutis nostre actori et merito nr̃e
redemptionis. ¶ Preterea si per separationem
humanitatis a diuino supposito nihil esset deper=
ditum nisi sola relatio terminandi dependẽtiam
et per coniunctionem non acquiritur nisi relatio.
tũc diuinũ suppositũ nõ haberet aliquid quod nõ
habuisset ab eterno nisi solũ ad aliq̃d. hoc autem
falsum est: ergo ꝑ assumptionẽ hũane nature nõ ẽ
solũ esse ad aliquid acquisitũ. igit̃ ꝑ separationeȝ
nõ deꝑdit̃ solũ relatio q̃re absolutũ sc3 ꝯiũctũ est

¶ Secunda ratio non valet: qz tale absolutū est
Cōcordat opiniones — coniunctū esse: quod est vna psona habens duas substātias naturā. s. diuinā et humanam. ¶ Hec due opiniones possunt sic concordari: qz naturaz existere in psona assumēte dicit aliqd absolutū nō tñ differens ab assumente et assumpto quasi inde resultet quoddā tertiū absolutū quod sit essentia vel existētia substātialis sed resultans ide media te est relatio nihilominꝰ nō ꝓpter hoc sequitur ꝙ possit fieri virtute creata: qz accñs supernaturale absolutū vel relatiū non est in ṽtute creature. Nec sequit ꝙ possit fieri a supposito creato: qz nō pōt simul diuersas dependentias terminare eo ꝙ sua independentia est finita vt patebit in articulo sequēti: tñ improprie locutū est cū dicit natura subsistere in alio et videt oppositū in adiecto: qz subsistere est p se nō in alio existere.
Secūdꝰ articulus. — ¶ Secūdus articulus de possibilitate incarnatiōis est ꝙ ipsa icarnatio siue assumptio in supposito creato nulla virtute est possibilis: qz aut ṽtute assumenti naturali aut supnaturali iexistēte aut supnaturali assistēte Primū nō pōt dici sicut aliqui heretici audiētes in scripturis āgelos assumere corpora putāt eos sibi vnire sicut anima resumet corpꝰ i resurrectōe qz potētior est angelꝰ aīa: qz etiā sctī dicūt ꝙ lucifer assumet antixp̄m aut vniet sicut filiꝰ dei assumpsit naturā hūanitatis secundū quā dicit xp̄s. sic lucifer hūanitatē qua dicat ātixp̄s hō diabolꝰ. sic hic dr xp̄s et hō deꝰ ¶ Sed istud est ipossibile qz nullū habēs esse limitatū ad genꝰ et ad spēm pōt illud cōicare extra naturā vel naturalē aptitudinem gñis ꝛ spēi. cum eñ natura dicat de forma a qua est spēs et de materia ex q̄ aliquo mō sumit genꝰ pōt creatura esse suū limitatū cōicare alteri ad integrandū naturā sui generis ꝛ sue speciei sicut aīa cōicat suū esse corpori ex quo fit vna natura cōpleta in genere ꝛ specie respectu cuius aīa et corpus sunt vniꝰ generis et speciei. Itē subiectuz cōicat esse suū accidenti ipsum sustētādo ad quod hz naturalē aptitudinē vt subiectū ad accidēs vel ex natura forme cū est accñs naturale: vt aqua p esse suū sustentat frigiditatē: qz differunt specie ꝛ genere quo ad essentiā nō tñ quo ad naturā id est q̄ ad aptitudinē nature vel forme vel existētia materie: ꝛ sic aqua etiā sustentat caliditatez q̄ est ita naturalis materie sicut frigiditas: qz illa est idifferens ad opposita. Econuerso etiā accidēs naturale vel violentū cōicat suū esse substantie: quia eiꝰ natura generis ꝛ speciei est iformare tale subiectū: sed non posset fieri ꝙ substantia corporalis sustentaret accidēs spūale: nec ꝙ substantia spūalis creata sustentaret accidēs corporale: puta ꝙ quanitas daret esse angelo vel ecōuerso: saltem ꝓpria virtute. cū igit suppositū āgeli ad naturaz humanā et econuerso nō se habeat sicut ptes vnius nature specifice sicut aīa et corpꝰ: nec sicut diuerse spēs ꝛ gñā habentia ad inuicē naturalē habitudinē subiecti et accidētis. tum qz vtrūqz est substantia ꝛ quod vere est nulli accidit. tum etiam qz spūale et corporale nō st apta nata pficī abinuicē accidētaliē. g naturali virtute hoc est impossibile ¶ Secundo ꝙ etiā est impossibile virtute supernaturali inexistente. qz illa aut esz sbā aut accñs si accidēs: nunq̄ virtute ipsiꝰ suppositum cōmunicaret suam substantiam aliene nature plusq̄ ante qz licet accidens ṽtute substātie hēat effectū sbē: nō tñ econuerso dat substantie effectum substantialem: qz tunc ageret vltra suam specie. Si autē esset substantia tunc quereret p quid substantificaret illā sbstantiā supernaturalē sibi iexistentē sicut querimus per quid substantificaret naturaz extraneam et sicut substantiā infusam eadem rōe illud p aliam infusam et sic i infinitū. hunc tñ errorem posuūt aliqui arriani: quia negant esse xp̄z deum facientes eū primā dei creaturā nobilissimaz in natura sua et gloria dono supernaturali dicūt eum carnē assūpsisse. ꝓpter qd dicit non deꝰ scdm eos sed magis consilij angelꝰ qd non solū est hereticum in fide sed falsum in phia ꝛ impossibile vt dictū est. ¶ Tertio ꝙ nec virtute assistente videt eñ ꝙ sicut accidēs potest subsistere sola assistētia diuine virtutis. cuiꝰ tñ natura est inexistere sicut ecōuerso. substantia cuiꝰ natura est subsistere sola assistentia diuine virtutis possit inexistere alieno supposito: sed nō est sic: qz quod aliquid de inexistente fiat subsistens vel ecōuerso diuina virtute assistente opꝫ ꝙ hoc sit ab illa virtute vel subtrahēte vel influente vel vtroqz modo. Cū autē accidēs inherens habeat esse p influentiā dei et subiecti et influētia dei non dependeat ab influentia subiecti sed econuerso deꝰ in diuersis influētijs sicut causa subiecti et accidentis cuz possit manere subiectū corrupto accidente cū etiaz tota accidentis essentia substentetur a deo et a subiecto et non pars ab vno potest deꝰ subtrahere influentiā a subiecto sine hoc ꝙ subtrahat eaz ab accidente quo posito deficit subiectū esse ꝛ p consequens accidēs ēt sustentare sed sublata influentia cause secūde remanet illa prime cause ꝛ qz est sufficiens sola sine noua influentia remanet eadem essentia accidentis sine subiecto que prius erat in subiecto. Vñ istud p solam subtractionē fit cum aut natura dicit sustentari alieno supposito hoc non potest esse p solam substractionem influentie: que et si sufficeret ad priuationē subsistentie vnius non tñ ad cōmunicationē subsistentie aliene que est effectꝰ positiuus nec ad hoc sufficeret influentia sola ꝓpter effectū priuatiuū nec vtrumqz simul. puta ꝙ deꝰ substrahendo nature assumende priuaret naturā propria subsistentia retrahendo influentiā suam ne causaret esse subsistentie sed alterū tantū ēt influendo supposito assumpto daret ei virtutē cōmunicādi suam subsistentiam: qz illa virtus est impossibilis vt dictū est in secunda cōclusiōe huiꝰ articuli.
¶ Aliter probant aliqui ꝙ nullū suppositū creatum potest naturam aliam suppositabilē substantificare: quia nullum suppositum potest naturam aliquam substantificare nisi naturam illam ex se. et formaliter habeat aut ṽtualr ꝛ pfecte ꝯtineat. — Alia pbatio huiꝰ articuli.
hoc patet. nam natura humana sortis p tanto substantificatur in sorte: quia formaliter ꝛ i se est i sorte intantum ꝙ non est aliud a sorte. substātia etiam aliquo modo substantificat accidentia qz aliquo modo continētur virtualiter in esse substantie pro quanto a principijs substantie deriuant et oriuntur. Unde accidētia q̄ nullam habitudinem habēt ad aliquā substantiā vt ex eiꝰ principijs oriantur nullo modo potest talis substantia substantificare vt patet de angelo respectu accidētiū corporaliū albedis ꝛ taliū sz nullū suppositū creatū ē alia sbā cōpleta nec virtute ꝯtinet eā pfecte cū oē suppositū creatū limitatū sit ꝛ solū determinatuz

ad ꝓpriā naturā. ꝗ nullū suppositū creatū põt
aliā naturā supponibilem in se substantificare.
¶ Cõtra hoc tñ dicit̃ q̃ nulla ꝑsona diuina est for
maliter infinita et iõ ƒm hoc nulla ꝑsona diuina
posset naturā aliā substantificare. Ad qđ dicit̃ ꝙ
instātia deficit. ¶ Primo q̃ lꝫ nulla ꝑsona sit infi
nita formaliter q̃tū ad hoc ꝙ vna persona nõ est
alia. in diuinis tñ q̃libet sic est infinita ꝙ oẽm ꝑfe
ctionē ⁊ ꝑsonalitatē creatā ꝯtinet supeminēter. ⁊
hoc sufficit ad hoc ꝙ possit naturā creatā substan
tificare. ¶ Secūdo q̃ lꝫ ꝑsona q̃tū ad relationē
nõ sit formaliter infinita. est tñ q̃tum ad essentiā
infinita. Persona autē nõ solū dicit relationē: sꝫ
⁊ essentiā. rõne cui⁹ ꝑsonalitas diuia hꝫ ꝯtinētiā
ꝑsonalitatꝫ create. ¶ Sed ista ꝓbatio deficit du
plicter. ¶ Primo in maiore ꝓpositiõe: q̃ subie
Contra ꝓbationem. ctum sustentat accñs nõ solū naturale et ꝓpriū
sicut aqua frigiditatē. de qua potest dici ꝙ orit̃ a
principijs subiecti: sꝫ etiā accidēs violētum sicut
aqua calorē sibi ipressū quē nõ formalr̃ ꝯtinet cū
differāt specie nec virtute: sed solū pura potentia
passiua. ¶ Itē deficit secundo in minore: q̃ vna
sbā ꝯtinet aliā eiusdē speciei virtualr̃ quo ad for
mā ⁊ suppositū: q̃ asin⁹ generās asinū ꝓduceret
formā ⁊ suppositū: ⁊ q̃uis nõ ꝓducat materiā. ꝑt
tñ sibi vnire eā ꝑ comestionē ꝑ quā materia nutri
mēti vnit̃ materie cibati cū aūt facta est vnio ad
verbū nõ est ꝓducta materia de nouo sed vnita. ꝗ
vnus asin⁹ ꝯtinet aliū ꝟtute quo ad totū ⁊ sic si
istud sufficeret asin⁹ alteri⁹ asinitatē substātifica
re posset. ¶ Tertio ꝯfirmāda est fides ꝙ scꝫ pos
sit fieri incarnatio in supposito creato ꝟtute icrea
Terti⁹ articulus. Prim⁹ modus declarandi. ta: ⁊ hoc declarat̃ tripliciť a diuersis. ¶ Quidā
declarāt supponētes cū ceteris suppositū esse ias
sumptibile: q̃ icarnatio ē vnio hūane nature ad
diuinā vnitatē suppositi cū q̄ nõ stat ꝙ ipsa retine
at propriū suppositū: q̃ tunc essent duo nõ vnum
supponūt autē cū hoc primo ꝙ suppositū et natura
dr̃nt ex natura rei. ¶ Probant duplr̃. quia illa q̄
sic se hñt ꝙ vnū ex natura sua est assūptibile alte
rū nõ dr̃nt ex natura rei. ista sunt hmõi ergo ⁊c.
¶ Secūdo illa q̄ sic se hñt ꝙ vnū ex natura sua ē
depēdēs alteri innixū actualiť alterū non dr̃nt ex
natura rei ista sunt hmõi ꝗ ⁊c. ¶ Secūdo suppo
nūt ꝙ ista differētia ē ꝑ solā negationē inclusā in
rõe suppositi ⁊ nõ in rõe nature ⁊ hoc probant du
pliciter. ¶ Prio sic: q̃ illa q̄ in hoc dr̃nt ꝙ vnū ē
assūptibile depēdēs innexū actualiť alterum non
dr̃nt penes negationē hmõi sꝫ ista ꝗ ⁊c. ¶ Scđo
q̃ cū differāt ex natura rei. aut dr̃nt ꝑ aliqđ nega
tiuū solū et sic hꝫ propositū: aut ꝑ aliqđ positiuū
et tūc aut relatū aut absolutū accñs vel substātiā
¶ Primū nõ ꝑt dici q̃ suppositū creatū ꝯstitue
retur i esse ꝑ relationē quod est ꝓpriū supposito
i diuis. Nec secūdū: q̃ nõ esset ꝑ se in genere sub
stantie. Nec tertiū: q̃ sbā aut est forma: aut mate
ria: aut suppositū: sꝫ i oib⁹ istis ꝯueniūt natura ⁊
suppositū. ꝗ ⁊c. ¶ Ex hoc tertio arguūt ad ꝓpo
sitū sic. illa q̄ dr̃nt ex natura rei ꝑ solā negatõnez
possunt separari sicut ꝙ vnū sine alio põt tertio
vniri. sicē in supposito ⁊ natura. ꝗ natura ꝑt assu
mi supposito nõ assūpto. Dicūt autē explicando
differentiā suppositi et nature ꝙ suppositū in rõe
sui includit tria. Unū positiuū. scꝫ substātiā com
pletā quo ad gen⁹ ⁊ speciē. Secundo negationez
habitudinis dependentie. Tertio negationem

actualis depēdentie. Propter. primū aīa separa
ta nõ est suppositū q̃uis actu non depēdeat: quia
non est completa species. Propter secundū nec
quantitas in eucharistia: q̄ lꝫ sit spēs cõpleta: nõ
tñ substantia. et lꝫ actu nõ depēdeat: dependet ta
men habitu id est aptitudine. Propter tertiū hu
manitas christi non est suppositū: q̃ actu depen
det licet duo prima habeat. sed ista positio deficit
in trib⁹. ¶ Primo in supponendo. ¶ Secundo Cõtra istā primū modum declarandi.
in probando. ¶ Tertio in concludēdo. ¶ Sup
positio enĩ prima necessaria est vt dicetur i tertia
ratione: sed suppositio secunda videtur falsa pro
pter tria. ¶ Primo q̃ formalis ratio ⁊ cõpleti
us entis positiui non debet esse negatio. vñ cum
suppositum dicatur ita positiue et affirmatiue si
cut natura sicut dico hõ ita hic hõ sorte s ⁊ huius
modi. sic dico humanitas vel hec humanitas. nõ
dico non homo vel non humanitas vel nõ inhe
rens. Videt̃ ergo absurdū ꝙ solū differāt per ne
gationē et ꝙ vnū magis ꝯstituat̃ ꝑ negationē q̃
alterum. maxime cū nõ sit magꝫ ens suppositum
q̃ natura. vnde meli⁹ dicet̃ natura distigui a sup
posito per negationē q̄ est non esse per se vel non
subsistere per se q̃ econuerso suppositū ab esse ꝑ
negationē que est per se esse non in alio aut nõ de
pendere. ¶ Preterea incidūt in id qđ vitare in
tendunt: q̃ negatio reducit̃ ad genus affirmatio
nis: et negatio ad genus relationis ƒm Augusti
num qui dicit ꝙ ingenitū dicitur relatiue sicut et
genitum: sed dependentia est relatio. ergo nega
tio dependentie est relatio. Si igit̃ constituit̃ sup
positū completiue per negationem dependentie
habitualis et actualis ergo per relationez nõ po
sitiuam: sed negatiuam aut errat constitui per ne
gationem magis: q̃ per relationē. ¶ Preterea
illa negatio inclusa in supposito non natura: aut
consurgit ab extrinseco aliquo positiuo sicut ci
gnus ex albedine habet ꝙ sit non niger: aut tota
liter ab extrinseco. ¶ Primū non potest dici ƒm
eos qui dicunt ꝙ in nullo positiuo ⁊ affirmatiuo
differunt: sed hec negatio ƒm eos icluditur i sup
posito a causa extrinseca non dante vel non influ
ente dependentiam. Nec istud secūdum potest di
ci: quia negatio nulli repugnat nisi illi cui cõue
nit affirmatio opposita vel non formaliter vt nõ
album repugnat albo vel virtualiter vt non albū
repugnat cigno vel huiusmodi: sed natura nullā
affirmationem quamcūq; icludit ƒm eos vel sup
positū. ergo nulla negatio repugnat sibi plus q̃
supposito. ¶ Secundo deficit in probando. Pri
ma enim ratio petit clare pricipiū. cū enim vellet
probare naturam esse assumptibilē supposito non
assumpto nec assumptibili assumit ad hoc ꝙ sup
positū et natura differunt ex natura rei. Ad pro
bandum autem ꝙ differant ex natura rei assumit
ꝙ vnum est assumptibile aliud nõ quod erat prin
cipale quesitū sicut si quererem an substātia pos
set conuerti quantitate non conuersa. ⁊ ad probā
dum hoc assumerem ꝙ differunt ex natura rei. et
hoc probarem per hoc ꝙ vnum conuertitur alio
non conuerso. ¶ Secunda ratio similiter que as
sumit ꝙ vnum est dependens: aliud non. si velit
probare per assumptibile et non assūptibile sicut
prius petit principiū. si aliter non probat quod
assumit: immo hoc est quod queritur. Utrum scꝫ
natura possit esse magis depēdens q̃ suppositū.

Tertia ratio ¶ Similr tertia rõ deficit qꝛ innitit duab⁹ ꝓmis sed nõ petit ꝑncipiũ sicut ille: ꝛ preter hoc hꝫ spe-ciale defectũ: qꝛ nõ sequit suppositũ ꝛ natura dif ferũt penes assũptibile ꝛ nõ assũptibile ꝛ hmõi ꝗ dñt penes negationẽ sic ꝙ vnũ sup aliud nõ ad-dat nisi negationẽ: qꝛ i diuinis similr natura ꝛ sup positũ dñt penes cõicabile et incõicabile: nõ tñ dicim⁹ ꝙ suppositũ sup essẽtiam addat nisi nega tionẽ imo addit aliqd positiuũ. s. relatõꝫ siue dif ferãt ex natura rei vt illi dicũt siue solũ ratione.

4. ratio ¶ Quarta rõ ẽ magis apparẽs nihilominus de ficit qꝛ posset dici ꝙ dñt ꝑ aliqͦd positiuũ inclusũ in rõe suppositi nõ nature ꝛ illud est absolutũ: nõ accñs nec directe sbã: sed mod⁹ sbẽ. Subsistere est mod⁹ essendi sbẽ naturalis: q̃ neqꝫ ẽ forma nec materia nec cõpositũ: sed qd ꝯsequẽs cõpositũ vł essẽtiã ꝑfectã simplicẽ vel ꝯpositã ꝑ reductionem ꝑtinẽs ad idẽ genus vel spẽꝫ. sicut eñ phũs diuidit sbãm in illa tria: ita diuidit ens in decẽ gñia: et tñ esse q̃le nõ est formalr aliqͦd illoꝝ decẽ et tñ nõ est nichil nec est in aia tñ: sed esse reale ꝛ mod⁹ essen di ꝯsequẽs ꝯiũctionẽ duarũ rerũ: sed reducit ad gen⁹ q̃litatis qꝛ est esse qualitatis ꝛ suum inherere sicut etiã ꝑ diuisionẽ sbẽ noluit dare itelligere et modũ sbẽ q̃ est subsistere et sicut pũct⁹ nõ ẽ nichil sed reducit ad gen⁹ q̃titatis: nõ tñ est aliqua spẽs qꝛ nec lõgitudo nec latitudo ꝛc. sed per reductiõeꝫ sicut subsistere est sbã reductiue ꝛ inherere est ac

Tertio cidẽs reductiue. ¶ Tertio deficit ꝯcludendo: qꝛ ſm eos maior est falsa. Sicut eñ suppositũ ꝛ na tura differunt ex natura rei in creaturis: ita et in deo ſm eos. non tamen ꝓpter hanc differentiam ponerent ipsi ꝙ natura diuina posset alicui natu re vniri cui non vniret suppositũ aliquod diuinũ Item ſm eos natura et hec natura differũt ex na tura rei ꝓpter diuersas formalitates: non tñ põt

Durãdus 3. i. q. j. vnũ vnire alicui cui non vniatur reliquũ. ¶ Se-cũda declaratio quorũdã talis est: qꝛ de⁹ põt face re quicquid nõ iplicat contradictionẽ: sed icarna tio vel assumptio quam ponit fides illo mõ est hu iusmodi ergo ꝛc. maior est euidens ſm oẽs. ꝓba-tio minoris: qꝛ si includeret cõtradictionẽ vel re-pugnantiã intellectuũ: aut hoc esset ex parte crea ture aut ex parte dei: sed ex parte neutrius est ibi repugnantia seu cõtradictio quare ꝛc. ¶ Quod autẽ non sit repugnãtia ex ꝑte creature dei decla

Primo rat dupl'r. Primo sic. prius virtute diuia potest ab solui a posteriori: sed singularitas nature huma-ne prior est suppositatione sua ergo virtute diuia ipsa potest non habere suppositatiõem propriam sed si nõ habet ꝓpriã oportet ꝙ habeat alienã cũ nichil existat nisi i aliquo supposito. ergo possibi le est humanã naturã non existere in ꝓprio suppo sito sed alieno. Quod autem singularitas ꝓpria sit prior ꝓpria suppositatione. patet: qꝛ ex hoc est aliquid singulare qͦd est hoc aliqd ꝛ vnũ numero Super hoc autẽ addit suppositatio esse in se vel ꝑ se et non in alio. ꝙ autem se habet per additioneꝫ

Secundo ad alterũ posterius est illo quare ꝛc. ¶ Secũdo sicut natura substantie cõplete est ꝓpriũ suppositum constituere: ita natura accidentis est in alio supposito existere: sed virtute diuina in sacramẽ to altaris. sic est ꝙ accidens saluis sua essentia et natura quantũ ad id quod est non existit i alieno supposito: sꝫ in se. ergo sic virtute diuina fieri po test ꝙ substãtia cõpleta vt natura humana ꝓpriũ

suppositũ non ꝯstituat: sed in alieno existat. Cau sa autẽ hui⁹ hinc sumẽda est: qꝛ oĩa natura actua lis et absoluta. actualis dico ꝓpter materiã pri-mam. absoluta autẽ ꝓpter respectũ relatiõis po test sine contradictiõe existere sine oĩ eo quod nõ est intrinsece de ratione sua: sed extrinsece ꝛ con comitatiue: qꝛ ibi non ẽ repugnãtia intellectuũ vt in contradictione. esse autẽ in alio nõ est intrĩ sece de ratione accidentis: sed extrinsece solũ et cõcomitatiue: qꝛ ſm cursum nature accidẽs non esset nisi inesset. Similiter esse per se nõ est intrin sece de rõne substantie sicut ei pꝛesse ponit auicẽ. sed realis ꝓprietas vel modus substãtie: qꝛ sub-stantia cõpleta sibi derelicta ꝓpriũ suppositũ cõ stituit. propter quod absqꝫ contradictione potest substantia priuari proprio modo existendi per se: et accidẽs modo existendi in alio. sic igit patet ꝙ ex parte creature non est repugnãtia quin possit in alieno supposito sustentari. Quod autẽ nõ sit repugnãtia ex parte dei ꝓbatur sic, qcq̃d ꝯuenit creaturis ꝑtinẽs ad ꝑfectionẽ, hoc totum ꝯuenit creatori: sed posse substãtificare i se alienã naturã ab ea q̃ suppositũ cõstituit ꝑtinet ad ꝑfectionẽ in creaturis vñ ꝛ hoc soli ꝯuenit substãtie in q̃ sunt ꝛ de qua dicunt alia sicut accidentia: q̃re ꝛ hoc põt deo cõuenire, circũscriptis tñ iꝑfectiõib⁹ sicut in alijs q̃ deo et creaturis ꝯueniũt iꝑfectiões a deo releganf. ꝑtinet autẽ ad iꝑfectiõe sbẽ ꝛ ad eius potẽtialitatẽ ꝙ accidẽs i ipsa existẽs ipsam ifor met ꝛ sit actus ei⁹: ideo natura assumpta a ꝑsona diuina ipsam nõ informat: sed absqꝫ iformatione in ipsa substãtificat, ꝛ ideo substãtificatio nature humane a diuina nullã imꝑfectionẽ arguit in ipsa Ex quo põt formari talis rõ, esse in q̃ aliqd nuqꝫ sonat iꝑfectionẽ nec potẽtiã passiuam, nec esse in alio per iherẽtiã: qꝛ rõ potẽtie passiue reducit ad subiectũ. nichil eñ est subiectũ nisi ꝑ potẽtiã pas-siuã: nec potẽtia passiua est nisi subiecti vt subie-ctũ est. Nichil autẽ est subiectũ nisi ꝑ ꝯparationẽ ad illa q̃ sibi inherẽt. Cũ igit natura humana nõ po nat existere in supposito diuino ꝑ modũ iherẽtis sed ꝑ modũ ordis ꝛ ꝯtact⁹ virtualis eẽ vt i q̃ ex hiis nõ arguit in ꝑsona diuina aliquã potẽtiã passiuã siue iꝑfectionẽ ¶ Cõtra hoc dicũt alij ꝙ iste rõ

Cõtra rationes durandi. Primo rões nõ videnf valere. Prima rõ, qꝛ statim dici põt ꝙ singularitas nõ est ꝓor nisi ſm rõnẽ ꝓpria suppositatiõe: qꝛ qͦd est singulare i q̃libet genere, hoc est est suppositũ in genere substãtie. Unde qͦd addit suppositũ sup singulare nõ est nisi ſm ratio nem. In talib⁹ autẽ nõ est verũ ꝙ pri⁹ possit separa ri a posteriori ſcđm rem: imo solum ſcđm ratio-nem ꝛ modum intelligẽdi: sicut in sorte prius est animal q̃ sortes: tñ nõ potest realis aialitas i sor te esse ꝛ ꝙ nõ sit sortes: ꝛ ſm hũc modũ iꝫ singula ritas sit p. ior q̃ esse in se vel esse ꝑ se. Hec in prio ritas qꝛ nõ est ſm rem. puta ꝙ sint due res. quarũ vna sit prior et alia posterior: maxime i substan-tijs. vbi idẽ est. quodquid est ꝛ hñs ipm ſm phm. 7. metaphisice. iõ nõ põt separi pri⁹ a posteriori.

Secũdo ¶ Secundo: qꝛ singularitas non solũ est ꝓor sup positatiõe: sed etiã est prior q̃ esse in se vel in alio sic cõe prius est speciali et rõ entis rõe substãtie ꝛ accidẽtis. ergo si ꝓpt hoc põt fieri singulare sine suppositatione: qꝛ rõ singularis ꝓor est rõe suppo siti. poterit fieri virtute dina aliqͦ singulare qͦ nõ existat in supposito ꝓprio vel alieno qͦd ẽ falsum.

Tertio.

¶ Tertio: q2 nõ est manifestũ q ois pri⁹ possit absolui a posteriori suo ſm esse. Vñ eñ põt absolui ſm intellectũ a suo posteriori. puta sortes põt itelligi nõ itellecto accñte. ſʒ nõ ẽ mãifestũ q sortes posset esse sine quantitate: q2 vꝫ impossibile q hõ sit sine carnib⁹ et ossib⁹: q2 sunt de rõne ei⁹. 7. methaphisice. Os autẽ et caro non pñt differre ſʒ formã substãtialẽ ſcḋm ad ponẽtes vnã tantũ formã in hõie vel in cõposito substãtiali. ⁊ ita differũt p formã accidentalẽ: ⁊ ita nõ põt esse materia hõis sine accidẽte: ⁊ maxime si aĩa ẽ forma corpis orga

Contra secũdã rõeʒ

Secundũ

nici. ¶ Secũda etiã ratio declarat ppositũ p eq̃ dubiũ: q2 nõ est manifestũ: sed creditũ solũ q accidẽs possit in se subsistere. ¶ Itẽ rõ dicit patiꝫ in stanciã. Nã ĩpossibile est quãtitatẽ esse infinitam. puta corp⁹ vt nũc suponiꝫ ⁊ probatur satis etiaʒ 3. Phisicoꝝ. et. 1. celi ⁊ mũdi. igꝫ est teria coniẽtũ et p ꝯñs figuratũ: ⁊ tñ figura de quarta spẽ qualitatis et quantitas sunt accidẽtia. quoꝝ vnũ nõ est de intrinseca rõne alteri⁹. eo q sunt accidentia absoluta q̃ sunt diuersoꝝ pđicamẽtorum spẽs: ⁊

Tertium.

p ꝯñs impermixte essẽtie. ¶ Iteʒ supponit q rõ suppositi sit modus ⁊ accñs absolutũ actu distinctũ a natura: q2 in se subsistit: cui⁹ oppositũ verũ ẽ

Cõtra tertiã rõem

¶ Tertia etiã ratio nõ valet. Nã dicerent phi q substãtificare nõ põt separari a rõne subiecti. ita q impossibile est ſm eos q aliquid substantificet alienã naturã nisi sit subiectũ perfectibile tali natura. Unde Augu. 7. de trinitate. ca. 31. ⁊ habitũ est supra primo libro. dis. 8. Sicut ab eo qḋ est esse appellatur eẽ: ita ab eo quod est subsistere substãtiam dicimus. ¶ Probant autẽ aliqui possibilitatẽ ex parte dei assumẽtis cõfirmando rõnẽ illas prime opinionis sic: q2 ad hoc q aliquid habeat actum alicui⁹ forme non oportet q sit illa forma sed sufficit q habeat virtutẽ illi forme consimilẽ exemplũ de luce q̃ põt calefacere: nec tñ hꝫ formã caloris. ¶ Ad hoc igiꝫ q aliquid possit substãtificare naturã humanam non oportet q sit suppositum humanum formale: sed q habeat virtutem humani suppositi. sed suppositum diuinum hꝫ excellentiori modo virtutẽ perfectionemq̧ oĩs suppositi. Potest ergo humanã naturã substantificare nec oportet q hoc fiat per inherentiaʒ. tum q2 natura substantificata in pprio supposito nõ inheret: tum q2 substantificatio in pposito est virtute diuina: ⁊ sic per illapsum ⁊ non per inherentiam.

cõtra tertiã rationem.

¶ Sed contra. Isti instant: quia nulla res põt dare actũ cause formalis nisi sit illa forma vt nichil potest dare esse viuũ nisi sit vita: sed esse suppositum nature suppositalis est act⁹ formalis vt natura hũana ſm suũ esse: nec seipsa formaliter subsistit. ergo cũ diuinũ suppositum non sit formaliter suppositum humanũ. lʒ virtute actiua contineat oẽm perfectionem suppositi: non sufficiẽter

Secundo

videtur pbari q ex tali continẽtia possit naturã humanam substantificare. ¶ Secundo q assumpta ppositio hꝫ veritateʒ de actu qui est a causa agente. vt pꝫ in exemplo de calefaciente qḋ est a calore. vt a principio actiuo quẽ continet lux virtualiter ⁊ effectiue: sed substantificare naturã humanam non est actio verbi: q2 cum opera trinitatis sint indiuisa et de trini. ⁊ in enchert. tunc tota trinitas substantificaret naturam humanã. et sic tota trinitas esset homo quod falsum est. ergo ra

Tertio

tio non valet ad propositum. ¶ Tertio quia pro tanto natura substantificatur in proprio supposito: quia sunt idem re natura et suppositũ. ita q si aliud est natura aliud est suppositũ. ⁊ iterũ quia tunc prius non inheret posteriori. et singlaritas nature ẽ ſm istos sicut por pprio supposito: ideo natura non inheret proprio supposito. non est autem simile de natura q̃ subsistit in alieno supposito priori se sicut accidẽs: q2 est posterius supposito substantie. et in eo subsistit necessario per inherentiam: q2 non conuenienter pbatur q natura ĩ alieno supposito substantificata non inhereat: q2 natura in proprio substantificata nõ inheret

Quarto.

¶ Quarto quia falsum est quod supponitur ab istis: scʒ q substantificatio in pposito sit virtutis actiue actio vt dictum est. ¶ Quinto q ꝯñs nõ

Quinto.

est bona quã faciunt si dicta sua alibi teneãt. Cõcedunt eñ q forma alicui⁹ est principiũ actiuum in ipsum: vt grauitas est principiũ actiuũ mouendi in graui. ergo hoc non valet substantificatio est a virtute actiua. igitur non per inherẽtiam: quia mouere grauis est in virtute actiua: et tamẽ inheret graui. etiã motus inheret hñti virtutẽ actiuam

impugnat auctor obiectiões factas cõtra dicta durãdi.

¶ Sustinẽdo autẽ opinionẽ. ad primã cõtra primam dicendũ q ista solutio videꝫ esse fidei impugnatio: q2 si verum esset qḋ assumunt: impossibile esset qḋ fides credit. Si enim hec hũanitas et humanitas subsistens se haberẽt ad inuicem sicut se habent humanitas et hec hũanitas que nõ dñt nisi sicut superius et inferi⁹ ꝯcepta in vniuersali et particulari. Tũc sicut de⁹ nõ põt facere humanitatem q̃ non sit hec: vel nec hanc humanitatẽ q̃ non subsistat: cui⁹ contrariũ ponit articul⁹ de incarnatione. ¶ Dicendũ ergo q subsistentia addit substantiam singularẽ addit rem vel modũ realem: et non se habẽt sicut superi⁹ et inferi⁹: nec sicut cõcept⁹ vniuersalis et particularis. cũ vterq̧ sit singularis. ¶ Ad secundã rationẽ dicendum q nõ sequiꝫ: q2 in vno implicaꝫ ꝯtradictio: scʒ esse nec in se nec in alio. In alio autẽ non. scʒ eẽ actu in alio et aptitudine nõ in alio ⁊ ecõuerso: sicut patebit in tertia declaratiõe p siĩe de figura ⁊ rectitudie. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q iterimit seipꝫ: q2 os ⁊ caro et corp⁹ organicũ suo itellectu icludũt essentialiter accidẽtia. ergo nõ sũt de q̃dditatiua diffinitiõe hõis. Unde dicẽdum q ista possunt accipi tripliciter. Uno modo put includũt essentialiter formas accidẽtales: ⁊ sic sine eis potest de⁹ facere hominem: nec sic sunt de ei⁹ diffinitione.

Ad pmũʒ cõtra primã rõneʒ durandi.

Ad secũḋ

Ad tertiũ

¶ Secundo put includunt non formas accidentales essentialiter sed actualiter respectũ ⁊ cõiũctionẽ ad eas: et nec sic sunt de diffinitione: et sic deus potest facere hoiem sine istis ¶ Tertio mõ put includũt aptitudinalẽ respectũ ad ista: et sic sunt de diffinitione hominis: nec potest hõ fieri sine istis: q2 sicut nõ potest fieri accidens sine aptitudine ad substantiam: sic nec natura substãtialis completa sine aptitudine ad subsistere ⁊ ad substare accidenti proprio.. ¶ Ad primuʒ contra secundam rationem dicendum est q hoc est improbare modum apostoli qui vnum articulum sicut resurrectionẽ nraʒ pbat per resurrectionem christi et Grego. q̃ pbat q venit ad discipulos ianuis clausis: p hoc q exiuit ad nos clauso vtero v̄gis. ¶ Preterea nõ est verũ q illud sit ignotius vel eque ignotum. Cõstat enim q accidens a subiecto differt etiã realiter et pđicamentaliter etiam

Ad pmuʒ contra secũdã rõeʒ

ßm eos:sed suppositũ nõ differt a natura ꝓpria
ꝑdicamẽtalr:inimo sunt eiusdẽ gñis ⁊ speciei. vñ
multũ ignoti⁹ est quõ põt esse natura sine suppo-
sito ꝓprio cũ quo facit vnum per se ꝙ̄ accidẽs sine
subiecto cũ quo nõ facit vnũ nisi ꝑ accidẽs. maxi
me cũ ßm naturã possit esse subiectũ sine accidẽte
ꝓprio vt aqua calida:nõ autẽ natura sine supposi
to ꝓprio nec ecõuerso:sed bene verũ est ꝙ lʒ plus
differat accidẽs a subiecto ꝙ̄ natura a supposito
ꝓpter quod separatio ista est maior illa.tñ ita pa
rum differt accidẽs a sua inherẽtia q̄ respicit sub
iectũ et includit:⁊ ideo bene est sile: qꝛ si de⁹ põt
Ad scdm. separare accidẽs ab inherẽtia.ꝑ ꝯñs naturaʒ sub
stãtialẽ a subsistẽtia ꝓpria. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ
ꝙ sicut corp⁹ nõ potest esse sine figura:sed põt esse
sine figura debita sue nature. sic ens non põt esse
sine aliquo mõ essendi:sed põt esse sine mõ essendi
ꝓprio cũ modo essendi sibi extraneo. Mod⁹ ergo
ꝓprius substãtie ⁊ accidẽtis essendi.scʒ esse i alio
et nõ in alio. non solũ est eis habitualis: sed etiã
actualis ßm solitũ cursum nature: sed de⁹ qui po
test separare ꝓpriũ accidẽs vel ꝓpriã passionem
a subiecto põt vtrũqʒ:et qua rõe põt facere cõtra
naturã alteri⁹ et eadẽ rõne et aliud. cũ nõ sit ma
gis extraneum substantie inexistere ꝙ̄ accidenti
subsistere cũ etiã vna substantia naturaliter inexi
Ad tertiũ stat sine materia et forma. Illa etiã q̄ nata ẽ subsi
stere sicut aĩa rõnalis. ¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ
auctores illi non intẽdũt ꝙ suppositũ differt a na
tura accidẽte absoluto:nec etiã disticta re: sʒ mõ
reali nõ faciẽte ꝯpositionẽ sicut ponũt esse differ
re ab essentia. Si enĩ ens:essẽtia:⁊ existere: essent
penitus idem re et modo reali. sicut in cõposito
sunt due essẽtie:sic essẽnt duo existẽtia: sed põt dici
ꝙ totũ existere sit sola forma:qꝛ existẽtia cõposi-
ti est q̄d consequẽs formã in materia sicut mod⁹
rei:non sicut res differẽs. ¶ Ad illud quod dicit
cõtra tertiã rõnẽ. dicendũ ꝙ substãtificare non est
de rõe subiecti:cũ materia sit subiectũ forme quã
Ad p̄mũ non substantificat:sed poti⁹ ecõuerso. ¶ Ad pri
cõtra tertiã mũ ergo dicendũ. Primo ꝙ ista instantia si verũ
rationem. est ꝙ assumit destruit fideʒ: qꝛ si sustẽtare accidẽs
et substãtificare substãtiã sunt effectus formales
subiecti ⁊ suppositi ꝓprij sicut esse albũ albedinis
sicut deus nullo modo põt facere albũ sine albe
dine sic nec accidẽs sine subiecto nec naturã sine
supposito ꝓprio. Dicendũ est ergo ꝙ neutrum est
effect⁹ formalis subiecti vel suppositi qꝛ illud qđ
se hʒ in rõne informati non informantis non põt
esse causa formalis:sed subiectũ respectu accidẽ
tis et suppositũ respectu nature ꝓprie se habẽt in
rõne iformati nõ iformãtis : qꝛ natura est forma
suppositi:et accidẽs subiecti ergo nichil qđ tribu
at suppositũ nature vel subiectũ accidẽti põt dici
effect⁹ eius formalis. Uel dicendũ ꝙ de⁹ nõ põt
facere accidẽs inherere sine subiecto nec substan
tiã subsistere sine ꝓprio supposito: qꝛ tũc illa hñt
se formalr ad illa : tñ potest facere accidens sine
subiecto:sed tunc non inherebit. et iterũ substan
tiam sine proprio supposito:sed tunc nõ subsistet.
Unde illud esse quod hʒ accidẽs in sacramẽto nõ
est inherere nisi aptitudie. Et illud esse qđ habet
humanitas in xp̄o nõ est subsistere actu. sed soluʒ
aptitudine et virt⁹ qua sustentat accidẽs in sacra
mento nõ est cã formalis nec subsistere quod cõi-
catur humanitati xp̄i est idẽ cũ subsistere formali

hũanitatis si separet. vnde i neutro miraculo fit
effect⁹ formalis sine cã formali. ¶ Ad secũdum Ad scdm.
dicẽdũ ꝙ substãtificare naturã assumptã non põt
esse act⁹ cause formalis:qꝛ de⁹ nõ põt esse cã for-
malis:et iõ vel opʒ ponere q̄ntã cãm: vel opʒ dice
re ꝙ si est effect⁹ cause reducit ad cãm efficiẽtem
vl finalẽ. Uñ q̄cquid ibi attribuit essentie est cõe
trib⁹:et hoc hʒ rõnẽ cause efficiẽtis. Qđ aũt pro
prietati attribuat et ꝑsone vni hʒ rõem finis non
cui⁹ qꝛ iste est cõis trib⁹: sʒ quo q̄ põt esse ꝓprius. Ad tertiũ
¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ illđ qđ vere est nulli acci-
dit vñ bñ sequit si natura ẽ substãtia ꝑfecta ꝙ nõ
iheret nature ꝓp̄o nec alieno supposito q̄uis ei⁹
quod est nõ inherere possit esse alia rõ i ꝓprio sup
posito. puta idẽptitas ⁊ i alieno. puta actualitas
pura q̄ nulli subitat:sed cũ hec est cõis cã ipossibi
litas ẽ ex ꝑte nature q̄ ẽ substãtia ꝑfecta. ¶ Ad Ad q̄rtuʒ
quartũ iam rũsum est ꝙ substãtificatio nõ est effe
ctus alicuius cause formalis que sit deus:sed est
effectiuus vel finalis:quia nec de⁹ est causa forma
lis extrinseca vnq̄ꝫ nec materialis. ¶ Unde
terminatio ad essentiam est habitudo cause effici
entis ⁊ finalis simpliciter que ẽ finis. gratia cui⁹
ad ꝓprietatẽ cause finalis ßm q̄d vt finis quo ad
ꝑsonã autẽ vtriusqʒ. ¶ Ad q̄ntũ dicẽdum ꝙ vna Ad q̄ntũ.
forma respectu alteri⁹ in eodẽ subiecto põt hẽre
rõem ꝯtutis actiue sed respectu suiipsius ꝙ faci
at se in subiecto nequaq̄ꝫ vñ cũ substãtificatio vel
vnio essentialr nõ dicat aliquẽ effectũ mediũ inẽ
assumentẽ et assumptũ ꝑsona q̄ se hʒ actiue nõ põt
se hẽre formalr q̄si faciat se informare naturã assũ
ptã et ecõuerso ꝙ subiiciat se nature assumpte:qꝛ
idẽ simplex non facit se ꝑ se ⁊ imediate formã sub
iecti nec subiectum forme. ¶ Tertia declaratio Tertia de
talis est : qꝛ aut suppositũ ⁊ natura differũt realr claratio.
sicut diuerse res absolute. aut nõ. Si p̄mo mõ ita
ꝙ alia res sit subsistere a substantia qđ addit sup
positũ supra naturã. alia iherere ab eẽntia accñtis:
tũc planuʒ est ꝙ de⁹ põt ea separe illo mõ q̄ fides
ꝑdicat i istis duob⁹ articlis:qđ pʒ ꝑ sile. Dicit enĩ
cõit ꝙ corp⁹ ⁊ figura. linea/⁊ curuitas/ vl rectitu-
do dĩnt realiter sicut q̄titas ⁊ q̄litas ⁊ ꝓp̄a passio
et subiectũ illi⁹. Nihilominus tñ qꝛ figura est res
q̄titatꝭ et diuersa figura diuersa res ꝯtradictio
esset ꝙ esset q̄titas finita ⁊ nõ hẽret aliquã figurã
qꝛ si finita.ergo terminata. si nõ terminata figura.ergo nõ
terminata. et silr si esset linea q̄ non esset recta vel
curua eẽt ꝯtradictio manifesta:qꝛ rectum est cui⁹
mediũ nõ exit ab extremis curuum cuius mediũ
exit ab extremis. ꝙ autẽ nec exeat nec nõ exeat ẽ
ꝯtradictio. et ideo de⁹ nõ põt facere corp⁹ finituʒ
sine figura:nec linea est quin sit recta vel curua:
qꝛ esset ꝯtradictio ⁊ nõ qꝛ nõ differrẽt realr: sʒ pos
set facere corp⁹ qđ naturalr hʒ vnã figurã supna-
turalit alia sicut celũ qđ ẽ circulare facere q̄dra
tũ. aut q̄drãgulũ. aut lineã que naturalr est curua
rectã vl ecõuerso. qꝛ ex q̄ dĩnt re absoluta ⁊ actua
li nulla ẽ ꝯtradictio vnũ mutari:altero nõ muta
to:qꝛ ꝯtradictio ẽ vni⁹ ⁊ eiusdẽ ßʒ idẽ. Silr i ꝓpo
sito si dĩnt realiter accñs ⁊ ei⁹ inherẽtia. substan
tia et ei⁹ subsistentia:⁊ ꝑ ꝯñs suppositũ ⁊ natura
de⁹ nõ posset facere ꝙ accidens vel substãtia es-
sent:nec subsisterent nec inexisterẽt. nõ quia reali
ter non differant subsistere et subsistens in crea-
turis aut inherere et inherens:sed quia contradi
dictio est ꝙ aliq̄d existat ⁊ subsistat: neqꝫ existat:

quia hoc esset nec esse in alio nec non esse in alio: et tamen esset ideo deus hoc nõ põt: sed substãtiã cui naturale est esse non in alio deus põt facere in alio: et accidẽs cui⁹ natura est esse in alio de⁹ põe facere nõ in alio supposito: q̃d esse in alio ꝛ esse nõ in alio differãt realiter ab ipso q̃d est in alio: vel quod est in non alio. ¶ Videt autẽ ꝓbabile mul tis q̃ realiter differãt accidẽs ꝛ sua inherẽtia substantia ꝛ subsistentia sua: et ꝑ ꝯñs suppositũ et natura in creaturis: q̃ subsistere includit suppositũ super naturã. et hoc patet sic: q̃ effect⁹ differt realiter a sua causa in oĩb⁹ in quib⁹ causa et effectus differũt ꝓprie et realiter: q̃ causa est ad cui⁹ esse sequit aliud. nec idẽ est causa suiipsius: q̃ differũt relatiue: nec idẽ refert ad seipsum etiã in diuinis vnde vere relatiua sunt vere et realiter differẽtia cũ ergo causa formalis sit causa ꝓprie et realiter dicta et esse sit effect⁹ forme ꝓprie et realiter dict⁹ et per ꝯsequẽs esse quod est inherere sicut effect⁹ accidẽtis ꝛ subsistere sicut effectus nature substãtialis: q̃ sicut inherere cõsequitur accidẽs in subiecto: sic subsistere cõsequit essentiã in supposito sicut effect⁹ formalis essentie. sicut eñ hõ est alb⁹ albedine formaliter: sic hõ subsistit hũanitate formalr et nõ ecõuerso. ideo tam inherere differt ab accidẽte q̃ subsistere a natura substantie realiter: nec sequitur. Si de⁹ nõ põt facere effectum cause formalis sine illa: puta albũ sine albedine: q̃d nõ possit econuerso: q̃ causa est prior effectu. Potest autẽ prius esse sine posteriori magis q̃ ecõuerso: et plus dep̃ẽdet effect⁹ a cã q̃ ecõuerso. Põt igit de⁹ accidẽs facere sine inherẽtia ꝛ substantiã sine subsistentia: q̃uis non ecõuerso subsistentiã sine subsistente vel inherẽtiã sine inherere.

Aliq̃b⁹ ẽ probabile q̃ realiter dñt accidẽs et sua inherẽtia substãtia ꝛ sua subsistentia.

¶ Si autẽ esse nõ differat ab essentia realr sicut due res: tunc videtur quibusdã q̃ diuina virtute nõ possunt separari. sic scʒ q̃ natura sit sine ꝓprio suppposito: aut accidẽs sine subiecto ꝛ aliquãdo mihi visũ est propter duo. ¶ Primo q̃ illa q̃ sunt vna res absoluta et limitata nõ possunt seorsum manere ꝛ corrumpi: sed q̃ sunt vnũ ꝛ idẽ simul generant ꝛ corrumpũtur. Q̃d eñ realiter corrumpit realiter nõ manet: ꝛ q̃d realiter generat realiter est. Affirmatio autem ꝛ negatio nõ verificãt de eodẽ. Propter quod impossibile est de eadem re absoluta ꝛ finita q̃ realiter maneat ꝛ non maneat: q̃ tunc esset res manens ꝛ nõ manẽs: ꝛ sic res ꝛ nõ res. Cum autẽ fit incarnatio natura humanitatis manet realiter. suppositũ ꝑo ꝛ subsistentia ei⁹ nõ manet realiter q̃ si diceremus q̃ manent suppositũ ꝛ subsistentia s̃m rem ꝛ non s̃m rõnem aut s̃m nomen aliud eẽt sed dicimus q̃ non manet nec est ibi realiter nisi vnũ suppositũ increatũ ꝛ vna subsistentia icreata Et similiter in sacramẽto altaris: dicim⁹ q̃ accidẽs realiter nõ inheret ꝛ q̃ nec inherentia nec res inherẽtie ibi manent. cum tamen essentia accidentis eadẽ numero remaneat. ergo differũt substantia ꝛ subsistentia natura ꝛ suppositũ realiter. ꝛ silr accidens ꝛ inherentia. alr impossibile esset ista duo ꝑificari: nisi illa differrent: q̃ nisi realiter differrent cũ vtrũq̃ sit absolutũ ꝛ finitum nõ possent separari. ¶ Dico autẽ res vna absoluta ꝛ limitata q̃ de essentia et relatione diuina verificantur opposita: scʒ cõicabile incõicabile: q̃ eẽna ẽ vnũ cum relatione opposita: cũ qua relatio non potest esse vnũ sʒ illud est vel ꝓpter absolutũ et relatũ vel ꝓpt infinitatem. Neq̃ in creaturis est instãtia de illis que sunt vna res absoluta ꝛ limitata: q̃ affirmatio et negatio verificent de ipsis. vnde cũ subsistẽtia sit q̃d absolutũ cũ dicat ꝑfectionẽ simpliciter ꝛ similiter substantia dicat ad se si nõ differũt realiter ꝑ cõsequẽs sunt vna res absoluta ergo nõ põt esse q̃ vnũ maneat alterũ nõ. De inherentia autẽ accidẽtis absoluti licet includat relationẽ ad subiectum: tñ cũ accidẽtis esse est in esse op3 q̃ omne accidẽs cui⁹ eẽna est absoluta ei⁹ esse sit absolutũ q̃ esse et essentia sunt vni⁹ generis: ꝛ ideo accidẽs et suũ inesse si non differũt re sunt vna res absoluta ꝛ finita: ideo vno manẽte alterũ manet.

Si esse nõ differat realiter ab eẽna sicut due res vr aliq̃bus q̃ diuina ꝑtute non possit separi: sic q̃ natura sit sine ꝓprio supposito ꝛ accidens sine subiecto.

¶ Secundo ꝓbatur idẽ sic: q̃ quecunq̃ vni ꝛ eidem sunt eadẽ inter se sunt eadẽ si sint finita ꝛ absoluta et ꝑ oppositum quecunq̃ differunt inter se realiter si sunt finita et absoluta: differunt in quocunq̃ alio realiter: sed subsistentia et exiſtẽtia substantie et accidentis differunt inter se realiter: si sunt transmutabilia adinuicem. ergo si non differunt realr ab eẽna substantie et accidẽtis sunt idẽ illi. q̃ autẽ differunt realiter si separant hoc apparet: q̃ illa est dr̃ña realis q̃ conuenit sine oi operatione intellectus essentie rei. si autem verũ est q̃d fides p̃dicat accidens ante cõsecrationẽ inherere post consecrationẽ non inherere et humanitatem assumptã inexistere cũ suo supposito se habere aliter et aliter circũscripta operatione intellectus ergo differũt realiter inherere accidẽtis ꝛ ei⁹ subsistentia: ꝛ subsistentia substantie ꝛ eius inexistentia: ꝛ ꝑ consequens ista differunt realiter ab ipsis essentijs quare impossibile videt separari ista ab inuicem eodẽ modo quo fides p̃dicat nisi differant realiter. Si enim nõ differãt realiter substantia ꝛ subsistẽtia accidens ꝛ inherentia ꝛ ꝑ ꝯsequẽs non differrẽt subsistere ꝛ inexistere. Si autẽ nõ differrent realiter subsistere ꝛ inexistere. ergo nõ ẽ differẽtia nec mutatio realis cũ de inexistente fit subsistens vel econuerso: sed solũ s̃m rationẽ: ꝛ sic non est merũ eẽ reale sed solũ rõnis quod est hereticũ. Si eñ dicatur q̃ immo deus fit realiter de nõ creante creans de nõ substantificante substantificãs et creare et non creare et substantificare et nõ substantificare: differunt realiter inter se: nec propter hoc differũt a deo et similiter aiam coniunctã informare separatã nõ informare differunt realiter sine operatione intellect⁹. nec tñ ꝓpter hoc differunt ab aña q̃ aĩa seipsã informat ꝛ pari rõne q̃ videt esse seipsa inexistit vel subsistit q̃uis inexistere ꝛ subsistere differant. Nõ vʒ: q̃ dei operatio in creatura est transiẽs nõ manens. Vnde sicut differt inter se sic a deo: sed non ponit mutationẽ in deo: sed in creatura. Similiter informatio aie differt a sua separatione et si nõ ex ꝑte aie: saltem ex parte corporis in quo ponit potentias ꝛ alia accidentia: sed inexistere vel subsistere realiter denominat intrinsece illud quod inheret vel inexistit vel subsistit ꝛ non alterius: ꝛ ꝑ ꝯsequẽs si differũt inter se: differunt ab illo. ¶ Alijs autẽ videtur q̃ esse ꝛ essentia non differant sicut due res absolute nec in substantia nec in accidẽte. alr xp̃s non esset perfect⁹ hõ si subsistere adderet ꝑfectiones super humanitatẽ quod est contra athanasiũ in symbolo et contra illud in epistola damasi. propter q̃d habet in tripartita historia interpretatur nono libro. cap̃. xv. vbi dicitur hũc scʒ xp̃ʒ. si quis de dei

Alia opi. q̃ eẽ ꝛ essẽtia nõ differũt sicut due res absolute.

tate siue humanitate minus aliquid dixerit habuit: plen⁹ spiritu diaboli gehenne semetipsum filium demõstrabit. Unde subsistere videt esse modus essendi substantie inherentia accidẽtia inexistentia partiũ substantie. Dico modus essendi differens realiter sicut modus a re non sicut res a re scz faciens cõpositiõez. Unde q2 non est res vocat aliqñ nihil qñ dr iter formaz ꝛ materiã accidens et subiectum nullũ cadere mediũ: cũ tamẽ immobilis inherentia aut cõiunctio sit media. Nec obstat qd dictum est ꝙ effectus differt a causa q2 hoc est verum: sed nõ est verũ ꝙ esse qd resultat sicut effect⁹ formalis a forma sicut aliqd tertium descendens a forma et materia et cõposito vel subiecto: sed est aggregatũ ex vtraqꝫ qd realiter differt ab vno ppter alterũ. ¶ Unde sciẽdũ ꝙ sicut deus potest facere et facit aiam sine hoie vt qñ separatur: qd tñ est esse formale sine effectu formali sm id qd est non sm ꝙ causa formalis est: sicut potest facere albedinẽ sine esse albo sed non albedinem i subiecto: ꝛ similiter potest facere accidẽs sine inherere: sed non accidens in subiecto. Cõm enĩ sm qd causa est ponere sine effectu est cõtradictio. Non autẽ sm id qd est forma aut sm qd actu causa est. Unde ponere formã in materia sine hoc ꝙ sequatur effect⁹ formalis est ponere causam vt causam sine effectu. Cum igit in xpo sit anima: in corpore effectus formalis non est subsistere: sꝫ est esse hoiem ꝙ nulla virtute impediri põt. Subsistere autẽ est modus essendi cõsequens sm cursum quem de⁹ mutare põt. ¶ Supposito ergo ꝙ subsistẽtia nõ differat re absoluta a substantia nec inherentia ab accidente. Adhuc põt declarari ꝙ deus potest ista separare sicut facit in duobus miraculis de quibus nũc loquimur: q2 qd simul et semel cõpetant opposita eidẽ sm idẽ re vel est impossibile vel est ppriũ rei infinite sm cõiter tenẽtes ꝙ essentia ꝛ relatio sũt idem re: ꝛ tñ eẽna cõicatur ꝛ relatio non: sed ꝙ successiue affirmatio ꝛ negatio cõpetant eidẽ rei sm idem re: non soluz miraculo: sed natura est possibile. Natura quidẽ patet i materia et substantia: q̃ vna numero successiue susceptibilis est cõtrarioꝝ. ꝙ ergo substantia ꝛ accidẽs et q̃tum ad essentiã ꝛ q̃tuz ad esse sit in alio. ꝛ sic inhereat vel inexistat. post ea sit per se: ꝛ sic subsistat nulla cõtradictio est.

Supposito ꝙ subsistẽtia non differat re absoluta a substantia adhuc pñt separi diuina virtute.

¶ Ad rationẽ primã dicendũ ꝙ ista eadẽ res q̃ esset suppositum si derelinquatur illa manet ꝛ non est suppositũ sed natura q̃diu aliunde sustẽtatur: et similiter res q̃cũqꝫ absoluta nata inherere ipa manet substracto subiecto sed non est iherẽs q2 iherere sup essentiã ꝛ esse accidens connotat subiectum coniunctum sustentans q2 inherere est in alio esse depẽdent sine quo non saluatur ratio inherentie. Suppositũ ꝑo icludit subsistere oppositũ vel quod est inherere ꝛ inexistere partis substantialis. Dicit esse ppria virtute et naturaliter actu existentem in esse pfecto ita ꝙ suppositũ nõ constituat p negationẽ que est nõ esse in alio. als accidens in altari esset suppositũ sed p potentiã ei⁹ qd est ppria ꝟtute subsistere vel existere ad quã sine dubio seqt negatio hui⁹ quod est esse in alio. Et potest poni exemplũ in illis que coniunctione fuerũt vnũ cõtinuũ sine generatiõe noua vt multi dicũt et diuisione fiũt duo sine corruptione et generatione sm eos. Quando ergo vna aqua diuiditur in duas fiũt duo supposita no

Ad rões factas cõtra dicta.

ua nullo reali superaddito nisi ꝙ pars que prius existebat ꝟtute qm toti⁹ cõtinui non ppria nũc existit virtute ppria ꝛ econuerso: qñ coniunguntur desinit q̃libet esse suppositũ p se: q2 desinit quelꝫ ppria virtute existere ita ꝛ in pposito.

¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ ois differentia que est preter opationẽ intellect⁹ est realis: sed realis differentia potest intelligi tripliciter. ¶ Uno mõ q2 est duarum rerum: et hoc non opꝫ. Uisus enim et cecitas differũt realiter: q2 ex natura rei. Etiã si nullus esset intellect⁹ nec sciret nec tñ sunt due res sed res ꝛ rei pũatio sicut ens ꝛ nõ ens. ¶ Secũdo mõ differũt aliqua realiter q2 vnũ ẽ res vna. alterum rei priuatio ꝛ negatio: sicut modo exemplificatũ est de morte et vita et de ente et non ente vt patet. ¶ Tertio modo differũt aliqua realiter extrinsece: q2 vnũ includit aliquã rẽ. Aliud autẽ nõ includit sed excludit illã realiter: ꝛ sic differũt realiter accidens inherens et subsistens substãtia inexistens et subsistens. Non ꝙ intrinsece aliquã rem includat vnũ quod non aliud: sed extrinsece vnũ connotat rem aliquã quã non aliud: ꝛ hoc sufficit ad realem mutationem: vt si vltima spera moueretur et aliter se haberet nec tamen aliam ꝛ aliã rem acquireret saltem que esset vel locus vel vbi. Multomagis autẽ accidens in sacramento altaris mutatur realiter licet non acquirat nouã rem que est subsistere: q2 desinit coniungi rei cui cõiungebatur realiter. et similiter si humanitas assumpta dimitteretur mutaretur realiter: q2 desineret esse realiter coniuncta vere rei ꝛ sic se haberet aliter nunc et prius: lꝫ non acquireret nouũ ẽt reale.

Ad scdm. Dña realis tripr pt itelligi

¶ Ad primũ dicendũ pro questione ꝙ incarnatio cõpetit deo ex tẽpore. non ex mutatiõe sui: sꝫ creature que dum assumitur mutatur non secundũ aliquam formã absolutã: sed dicit mutari inq̃tũ suscipit nouũ modũ essendi cũ pũatiõe pprij modi. ꝛ si dicatur ꝙ iste modus non dicit nisi quãdã relationẽ ad quã non potest esse actio. Dicendum est ꝙ verũ est de actione creature que non attigit ad respectũ nisi p fundamẽtũ ppter deteriationẽ suam in modo agẽdi. Deus autẽ põt imediate sup modũ rei influendo vel subtrahẽdo sicut ei placet

Ad rões factas aũ oppositũ

¶ Ad secundũ qñ dicit ꝙ pfectissimũ nõ est alteri vnibile verũ est ad pfectionẽ acquirendã: q2 nichil acquirere potest: sed ad cõicandũ magis vniri potest q̃ aliquod aliud: q2 q̃to est perfectius: tanto magis põt se cõicare: sicut diues plus potest dare q̃ pauper. quãto autẽ plus potest se cõicare tanto plus intimare: sicut ignis plus cõicat se rei propinque cui plus se intimat. Unde nulla creatura ita est intima alij sicut deus per essentiam: pñtiam: ꝛ potentiã. et ideo lꝫ nulla substantia pfecta possit se vnire alteri in idẽptitate suppositi q2 non põt sibi illabi. deus tamẽ potẽs ẽ et sic nulla creatura potest alteri sic intimare sicut deus intimat ei p naturã: gratiã: vel gloriã. Uel dicendũ ꝙ pfectissimum non est alteri vnibile p sui mutationem sed alteri⁹ actu vel aptitudine. vniri autẽ ꝛ incarnari est mutari nõ icarnati: sed carnis: q2 sicut vestitur hõ non sui mutatione: sed vestis: sic habitu inuentus est vt hõ non sui sed assumpti: mutatiõe saltẽ materie prime q̃ pri⁹ fuit non cõiũcta diuinitati nũc est. et sicut aia intellectualis que nata est per se existere nichilominus põt suuz esse corpori cõmunicare vt existat. ¶ Si dicat aliquis ipsamet

diuinitas mutatur: qꝛ se habet aliter nunc ꝛ prius sm formã intrinsecam vel sm locum dicendum ꝙ illa alteras deo nõ ꝯuenit sicut nec form a aut si-lius aut loc⁹ cũ ea existeret i ꝑsona filij. et sicut vnio aie ad corp⁹ nõ fit ꝑ alteratioñe aie sʒ corpis sic ꝛ hic. Dico autẽ assũptũ mutari aptitudine nõ actu de potentia absoluta: quia posset assumere totam naturam creãdo eam de nouo ꝛ tũc nichil esset ibi mutatuʒ actu quia non haberet se aliter actu nũc et prius: quia nullo modo fuisset prius. ¶ Ad tertium dicendũ ꝙ suppositũ diuinũ magis distat a quacunqʒ natura substãtiali creata ꝙ̃ aliqḋ suppositũ creatuʒ ab aliqua natura substatialiẽ crea-ta aliena a sua natura ꝙ̃tum ad distantiã que op-ponitur conueniẽtie que est in aliquo vno ꝑdicabili vniuoce: qꝛ nichil vniuocũ ꝑdicaẽ de deo ꝛ creaturis sicut ꝑdicatur de duabus substantijs creatꝭ tamẽ propter ꝓportionẽ que requiritur iter assu-mens ꝛ assumptũ magis ꝯuenit diuinũ suppositũ cum natura substantiali creata ꝙ̃ aliquod suppositum creatũ ꝯueiat cũ aliqua natura extranea creata sicut ꝛ minus conueniunt substantia et accidẽs in aliquo cõi ꝑdicato vniuoco ꝙ̃ due substãtie ad inuicem sed ꝙ̃tũ ad vnitatẽ in subiecto magis con-ueniunt substantia ꝛ accidens ꝙ̃ due substãtie ad inuicem.

¶ Questio secunda.

Primum

SEcundo queritur vtruʒ vna persona potuerit incarnari sine alia. Et videẽ ꝙ nõ: qꝛ in actu reciproco quicqḋ est ꝑncipiũ act⁹ẽ etiã ẽmin⁹ qꝛ act⁹ reci-proc⁹ ab eodẽ incipit et ad idẽ ẽminatur ita assumere est actus reciprocus ab eodẽ incepit et ad idẽ termiatur. Est eñ assumere aliud ad se sumere. cum ergo quelibet ꝑsona sit principium talis actus et non vna sine alia. videtur ꝙ ideʒ sit

Secundũ

de termino. ¶ Itẽ nullus act⁹ notionalis termiatur ad aliquod essentiale ergo nec actus essentialis ad aliquod notionale: sed incarnari est act⁹ es-sentialis: ergo non terminaẽ ad ꝑsonã. ¶ In con-

In ꝯtrarium.

trarium arguitur qꝛ fili⁹ dei diciẽ minor patre. Io hannis. xiiij. Pater maior me est: hoc autẽ nõ esset si filio assumente naturã humanã. pater similiter assumpsit: tunc eñ patri: fili⁹ esset equalis sm naturam humanã sicut est sm diuinã: ergo filius sic assumpsit naturã humanã ꝙ nõ pẽ. ¶ Respõdeo In cõclusione oẽs cõcordãt: sed in declaratione aliqui discordant. Unde primo ponenẽ tres opi-niones. Postea inquiretur de dictis earum.

Prima opi. Herue⁹. 3. snīarũ. di. 1. q. 1.

¶ Prima opinio declarãtiuʒ quomodo vna ꝑsona poterit sine alia incarnari hʒ tres articulos. ¶ Prim⁹ de differẽtia inter suppositũ ꝛ naturaʒ tam in humanis ꝙ̃ in diuinis. ¶ Secundus quõ facta est vnio in persona ꝛ non in natura. ¶ Ter-tius quõ facta est vnio in vna persona ꝛ nõ in alia.

Tres differẽtie inẽ naturaʒ et suppositũ: Prima.

¶ Quantũ ad primũ de differentia nature ꝛ suppositi sunt tres conclusiones sm tres differẽtias inter naturã ꝛ suppositũ. Primo ergo differũt natura ꝛ suppositum: qꝛ de rõne nature nõ est ꝙ subsistat: sed ꝙ sit illud q̃ aliqḋ sit vẽ simpliciter sicut homo sua humanitate vel sm quid sicut hõ albet albedine. ideo etiã natura conuenit tam substantie ꝙ̃ accidenti: sed esse suppositũ soli substantie conuenit. Unde ꝛ ratio hũanitatis et nature humane potest conuenire ipsi nature hũane siue habeat esse per se nõ innixũ alteri subsistenti siue habeat esse in alio cui innitatur. vt supposito: sʒ qñ alteri innitiẽ: tũc non ei ꝯuenit ratio suppositi humani nec simpliciter ratio suppositi. ¶ Scd̃a

Secunda

differentia est q̃ solũ habet locũ in diuinis ꝙ suppositũ dicit quid incõicabile ꝙ̃tum ad id cui conuenit intentio suppositi: puta pater vel fili⁹. sʒ natura vna numero saltẽ i diuinis est plurib⁹ suppositis cõicabilis. Unde eadẽ essentia diuina est pater: ꝛ filius et spũssanctus. et hoc est singulare i diuinis. Nã in creaturis natura substantialis completa plurificaẽ numeraliter sm pluralitatẽ suppositorũ et ecõuerso. Dico autẽ cõpletã: qꝛ due nature substãtiales icõplete. puta: materia ꝛ forma possunt esse in eodẽ supposito creato. Qḋ autem dictũ est suppositũ esse incõmunicabile itelligendũ est ꝙ̃tum ad cõitatẽ alicui⁹ ꝑdicabilis de multis suppositis. Nã contradictioneʒ iplicaret vnũ suppositũ numero ꝑdicari de plurib⁹ suppositis: nisi supposita acciperenẽ equiuoce. Sed loquendo de cõicatione qua aliquid cõicat suũ esse aliquibus que in se hʒ sicut hõ albus in se preter substantiã habet diuersa: scʒ. quãtitatẽ: albedinẽ. ꝛ sic de alijs. isto modo suppositũ magis hʒ rõeʒ cõicabilis ꝙ̃ natura. ¶ Tertia dfia est penes

Tertia

modũ significandi sm ꝙ natura significaẽ in abstracto vnde non significaẽ vt quod est: sʒ vt quo aliqḋ est: sicut diuinitas est quo aliquid est deus et humanitas quo aliquid est homo. et significat quo aliquid habeẽ. suppositu aũt qḋ significaẽ ꝑ modũ concreti significat vt qḋ est: aut quod hʒ. Unde ad hoc ꝙ aliquod sit suppositũ alicui⁹ nature non requiriẽ ꝙ sit illa natura: vel ꝙ sit cõstitutũ ex ea: sed sufficit ꝙ habeat illã sibi innitentẽ nec est iste modus significandi van⁹. Nã si natura rerum esset talis ꝙ vnaqueqʒ essentia esset simplex per se: et vna earũ nullã habitudinẽ haberet ad alterã: nec ꝑ cõpositionẽ nec ꝑ aliquã vnioneʒ nec ꝑ causalitatẽ. tunc sufficeret habere noia significãtia vnãquãqʒ naturã sm qḋ in se est: sed qꝛ nõ solũ vnaqueqʒ essentia hʒ ꝙ sit quedã essentia sm illud quod est: sed habet habitudinẽ ad aliaʒ: vt quã habet: vel vt formã inherentẽ: vel vt subiectum: vel sicut suppositũ hʒ aliqḋ sibi innixũ etiã sine inherentia. Oportuit hẽc noia non solum significantia vnãquãqʒ essentiã in se: sed etiã significantia vnã habitudinẽ ad aliã sm ꝙ vna est habẽs aliã: et sic significãt noia concreta. Unde lʒ modus significãdi cõcreti et abstracti nichil mutent in re. mutant tñ ꝟitatẽ locutionis de re. Nã ad hoc ꝙ ego loquar de re sm quod est opʒ ꝙ ego significẽ eam mõ quẽ i se hʒ et mõ quẽ habet ad alterũ. ¶ Notandũ autẽ ꝙ nõ quodlibet concretũ diciẽ suppositũ: sed ꝯcretuʒ subsistens. non eñ quodlibet qualitercũqʒ habẽs humanitateʒ est homo: sed illud subsistens quod hʒ humanitateʒ i se vel ꝑ idẽptitatẽ: sed idẽ est in creaturꝭ natura et suppositum. vel ꝑ quoddã innixũ: qꝛ videlicet in eo sustẽtaẽ: vt ita dicã. hũanitas talis sicut habens hũanitatẽ est hõ. et sic aliquo mõ pʒ primus declaratũ. ¶ Quantũ ad secundũ quõ sit facta vnio in persona: non in natura ponunt tres con-

Secũdus articulus

clusiones. ¶ Prima est de differẽtia istarũ vnionum ꝙ̃tum ad medũ. Ubi sciẽdũ ꝙ qꝛ natura dicit quandã quidditatẽ aliqua hʒ esse simpliciter

Prima conclusio

vel esse tale: ideo non possunt esse vnũ in natura nisi illa que sunt vnũ i aliqua quidditate vt quid-

ditas est. Ea autē q̄ sunt vnum in quidditate siue esse oportet ꝙ sic se habeāt ꝙ vnū sit essentialiter aliud: vel ꝙ ex ambobus sicut ex partibus resultet et cōstituatur vna quidditas sicut ex materia et forma ꝯstituitur vna natura vel etiam sicut ex partibꝰ quantitatis resultat vna quantitas. puta ex duobꝰ cubitis resultat bicubitū: q̄ꝛ ꝓ suppositū dicit habēs aliud. ita tū ꝙ nō quodlibet hñs est suppositū: sed habēs subsistēs. ideo ad hoc ꝙ aliqua sint vnū supposito non requirit ꝙ vnū sit realiter alterū vel aliqua natura vel aliqua ꝑ se resultet ex illis: sed vel ꝙ vnū habeat alterum ve sibi innixū sicut hō hꝫ albedinē et hō cū albedie ē idē subiecto ⁊ supposito vel subsistens siue suppositum habeat ambo sicut albedo ⁊ dulcedo hois ⁊ ei humanitas et albedo hois sunt vnū supposito et ptinēt ad suppositū. ideo aūt dixi innixū: q̄ꝛ habere aliqualiter: q̄ꝛ non sufficit ad idēptitatem suppositi inter habēs ⁊ habitū: q̄ꝛ si aliquid haberet aliud ꝑ possessionē vel vt vestimētū. nō ꝓpter hoc sic habēs et habitū essent vnum supposito: sꝫ opꝫ ꝙ vnū habeat aliud sibi innixū ⁊ sustentatum ꝑ ipm. ita ꝙ illud habitū non habeat rōnem eius quod est vel quod operat̄. puta hō vel albus ⁊ hoc facile est videre in accidentibus et partibꝰ rerū sensibilium. Albedo eñ hois vel manꝰ eius sicut habetur ab hoie vt sic ei innitantur ꝙ eis nō conueniat ꝙ sicut vel operent̄ ꝓprie loquēdo: sed hō eis est albus ⁊ manatus et hō eis operat̄. Ex hoc patet ꝙ ad hoc ꝙ natura hūana et diuina sint vnite in supposito non requiritur ꝙ vna sit alia essentialiter vel ꝙ ex ambabꝰ sicut ex partibꝰ resultet aliquod vnū: sed sufficit ꝙ vna ꝑsona sit habens vtrum q̄ꝫ: lꝫ vnā habeat ꝑ idēptitatē. scꝫ diuinam que realiter est eadē cū diuino supposito. Aliā vt innixā siue vt sustentatā ꝑ ipsam: q̄ tamen non est ipsum suppositū diuinū. Diuinū autē suppositum et natura humana sunt vnū supposito sicut suppositum habens et id quod habet̄: et sic p̄ꝫ de secundo quomodo scꝫ aliqua dicunt̄ vnū natura ⁊ quō vnū supposito.

Scd̄a cōclusio. ¶ Secunda conclusio est videre quō natura humana potuit assumi in vnitate ꝑsone et nō suppositū. ¶ Ad cuiꝰ euidentiā sciendū ꝙ sicut dictū est de rōne suppositi ē ꝙ sit subsistēs non innixum alteri subsistenti cum quo sit idem supposito. hoc eñ implicat cōtradictionē ꝙ non innixū alij faciat vnū vel sit vnū suppositū cuꝫ eo quia sequeret̄ ꝙ vnū suppositū essent duo supposita: ⁊ ex eo q̄ꝺ ponit̄ vnū supposito: sequit̄ ꝙ non sit ibi nisi vnū suppositū. et ex eo ꝙ ponunt̄ duo subsistentia quorū vnū non innititur alteri essent duo supposita. sub rōne aūt nature nō est ꝙ sit subsistens non innixū alteri: sed de rōne eius est tm̄ ꝙ aliquid sit ꝑ eam vel ꝙ sit habita: et ideo si ꝫm cōmunem cursum humanitas esset idē ꝙ suppositum humanū: tamen illa res non posset assumi ad vnitatē alicuiꝰ suppositi ꝫm rōneꝫ qua suppositū humanū. Posset tū assumi ꝫm rōnem qua est natura humana: nec ex hoc q̄ꝺ assumitur ei aliud positiuū adderet̄: sꝫ tolleret̄ aliquid q̄si ꝑuatiuū vꝫ tolleretur ab ea q̄ꝺ est non vniri alteri vnde habet habitudinē ad aliq̄d de nouo q̄ꝺ excludit rō suppositi. Unde sicut quātitas subsistēs in sacramento altaris posset vniri alicui subiecto retinēs rōnem quantitatis absolute non rationē subsistētis: ita etiā humanitas posset assumi retinens rationem humanitatis: non autē retinēs rationem suppositi humani. ¶ Tertia cōclusio est ꝙ vnio facta est in persona diuina non natura nisi ꝫm q̄d non autē posset fieri vnio in vna quin fieret vnio in alio. si in diuinis natura ⁊ suppositū sicut inter se non differunt nec habent differentiā realē: ita etiā in habitudine ad tertiū non importarent diuersam habitudinē realē: nunc autē in diuinis: lꝫ natura et persona non differāt re nec dicāt diuersas res tū in ordine ad tertium dicunt siue importāt aliā et aliā habitudinē rei: q̄ꝛ aliud est rem illam que est diuinitas ⁊ persona diuina esse naturam humanā ⁊ suppositū esse hūane nature. Nā ad hoc ꝙ res illa dicat̄ vel sit natura hūana oporteret ꝙ esset essentialiter humanitas: sed ad hoc ꝙ sit suppositū non req̄rit̄ ꝙ illa res diuina sit humanitas: sed ꝙ sit habēs humānitatē vt substātia per ipsam. Item aliud est ⁊ ex natura diuina ⁊ humana resultare aliquā naturā siue quidditatē ex ꝑte partibus. et aliud diuinū suppositū sustentare humanā naturā: Quis ergo in diuinis nō differūt suppositū et natura intrinsece: sed solū in cōparatione ad tertiū. tū hoc sufficit ad hoc ꝙ possit fieri vnio in supposito non natura: q̄ꝛ vnio in natura requirit vel ꝙ due nature fiāt vna vel ꝙ ex duabus fiat tertia quod est impossibile: sed vnio i supposito requirit solū ꝙ vnū suppositū duas naturas habeat: quod est deo possibile. vꝫ lꝫ sint idem suppositū et natura: tū aliud est esse vnū i natura: et aliud in supposito. et patet simile: q̄ꝛ lꝫ locꝰ sit superficies realiter: tū aliud est esse superficiē alicuius ⁊ esse locū eiusdē. Impossibile eñ est ꝙ eadem superficies se habeat ad idē corpus realiter vt locus ei vt superficies. ¶ Quantū ad tertiuꝫ quod est declarare principale ꝓpositum ponunt tres alias conclusiones. ¶ Prima ꝫm quem modum natura humāa intelligat̄: vnita ꝟbo ⁊ in supposito diuino. Hoc autem sufficiēter impossibile est ab homie explicari. Inter tū aliquos modos magis videt̄ appropinquare ad istā vnionem illa que est vnio corporis ad aiam: non ꝑut corpꝰ respicit aiam sicut propriū subiectū suā formam: sed prout respicit eam vt instrumētū naturalr coniunctū per quod cōpositū aliquo modo operatur Quis vna habitudo non sit sine alia i corpore aiato. Unde oportet ymaginari ibi talē dependētiā humanitatis ad suppositū diuinum absq̄ꝫ hoc ꝙ vnū formaliter insit alteri: vel absq̄ꝫ hoc ꝙ vnum habeat proprie rationē partis cum alio: vel quācumq̄ꝫ cōpositionē proprie dictā. ¶ Ad hanc autem habitudinē exprimendā magis cōueniēs est vt dictū est: habitudo instrumēti ad illud q̄ꝺ per ipsum operatur. maxime quādo instrumētū naturaliter est vnitum. Nā nō est ꝓprie quod operat̄: sed quo principale agēs operatur quādo etiā naturaliter est cōiunctū: sicut non est quod operat̄. ita nec ei ꝯuenit rō eiꝰ q̄ꝺ est: sed q̄ aliq̄d est. hoc ē remotū exēplū: q̄ꝛ ad plenū exēplū nō pōt dari: alioquin illud nō eēt singulare. ¶ Ex hac autē ꝯclusione potest sic inferri ꝓpositū: q̄ꝛ sicut aīa vna ī essentia tripl̄r in potentijs vnitur corpori ꝫ vnā potentiā: vꝫ puta organicā vegetatiuā scꝫ vl sensitiuam: ⁊ nō ꝫdm aliam. puta abstractā vt intellectiuā et volitiuā. sicut diuina essentia vna in tribꝰ personis vnitur humane nature in vna persona ⁊ non in alia. ¶ Secunda conclusio est ꝙ cōcretū

Tertia cōclusio.

Tertiꝰ articulus. Prīa conclusio.

2. ꝯclusio.

non supponit pro forma a qua descendit. siue pro natura abstracto in recto: sed tm̄ in obliquo. nec hoc contrariatur ei qd̄ dicitur q̄ albū solā qualitatem significat: vel quod saltē formale albi est albedo: quia non oportet q̄ semꝑ id quod importatur in recto qualitercūq; sit principale in significato termini: immo quandoq; illud quod ex modo significandi importatur in obliquo est principale in significato termini. cuius ratio est q̄ illud dicitur principale significatū termini a quo significatio termini hȝ determinationē ꝛ fixionē. Nūc autem ita est q̄ significatio termini concreti habet fixionē et determinationē a natura q̄ importatur in obliquo et nō ab ipso habēte quod ex modo significādi importatur in recto. Nā qñ dico habēs albedinē vel humanitatē talis dictio hȝ determinationem et fictionē a natura ipottata in obliquo. Nā ex hoc p̄cise dicitur aliquid albū quod hȝ albedinē quicquid sit illud habēs: et ideo ex parte habētis nō est determinatio vel fixio: sed ex p̄te albedinis Non eñ idifferēter a quocūq; habito dicitur aliqd albū: sed tm̄ albedine: et siliter ab hūanitate hō sed indifferenter quicquid est habēs albedinē est albū. sic ergo dicitur albuȝ solam qualitatē significare loquendo de principali significato et determinato a quo terminus hȝ fixionem sue significationis hñs aūt aliqd lȝ importet aliud p̄ter albedinem: vel tñ certum vel fixum et determinatū importat: et propter hoc dicitur q̄ albū solā qualitatē significat licet nō iportet eā ex modo significādi nisi in obliquo. Ex quo pōt sic inferri ꝑpositum quia esse hominē non est esse humanitatem: quia sic non posset vna persona esse homo sine alia: q̄ vna persona nō potest esse aliquid absolutū essentialiter quin alia sit illud cū in absoluto nō differant: sed esse hoiem est habere humanitatem sicut suppositum habet rem supposiu. et sic vna persona potest esse homo sine alia sicut vna persona habet vnā relationē realiter quam non habet alia.

Tertia. ¶ Tertia conclusio est iferre ꝑpositū ex duobus primis articulis sicut qñ aliqua differunt in ꝑsona et conueniunt in natura: lȝ vnio que fit in natura non possit terminari ad vnū quin terminetur ad alterum illa vnio q̄ fit tm̄ in persona lȝ fiat cū natura. potest terminari tamen ad vnum sine hoc q̄ terminetur ad aliud: lȝ ꝑsone diue: sic cōueniunt in natura q̄ tamē differunt in personis: vt patet per primū articulū. Unio autē incarnationis lȝ sit facta nature cū natura: nō tamē facta est in natura sed in persona: vt patet per secundū articulum. ergo potuit terminari ad personam filij sine hoc q̄ terminaretur ad personā patris vel spiritussancti

Secunda opi. q̄ē durandi. q. 2. huius dis. ¶ Secunda opinio principalis sic ꝓcedit ad declarationē eiusdem conclusionis. lȝ q̄ vna persona potuit sine alia īcarnari. Et declarādo primo intellectū dicit q̄ licet incarnare. i. incarnationem facere nō possit vna persona sine alia eo q̄ indiuisa sunt opera trinitatis: tamen incarnari. i. carni vniri potest vna persona sine alia. Ad cuius euidētiam vidēda sunt tria. ¶ Primum est q̄ ad vnionem personalem humane nature cū diuina persona preexigitur vnio eiusdem nature humane cum essentia diuina. ¶ Secundum est q̄ vnio nature cum natura non sufficit ad vnionē ꝑsonalē nature cum persona: sed vlterius requiritur vnio cuȝ hijs que sunt propria persone inquantum persona.

¶ Tertium est q̄ illa vnio est possibilis cū ꝓprio vnius ꝑsone absq; proprio alterius in quo cōsistit principalis titulus questionis. ¶ Primū pȝ premittendo primo differentiā que est inter suppositum diuinū et creatū. que talis est. lȝ eñ vtrumq; suppositū sit illud quod subsistit cū in creaturis suppositū nō solū est illud quod subsistit: sed etiā formalis ratio suppositi est ꝑ se subsistere vel fundatur per se et conuertibiliter in proprietate per se subsistendi. In diuinis aūt lȝ suppositū sit qd̄ subsistit: tñ ratio formalis suppositi non est per se subsistere nec fundatur in ꝓprietate per se subsistendi: sed est ad aliud esse: et iō per aliud ē suppositū et per aliud subsistit. est eñ suppositū fo͡rmalit ꝛ cōpletiue per ꝓprietatē relatiuā subsistit aūt non ꝑ ꝓprietatē relatiuā: sed per essentiā vel substātiā. Prima

Cuius ratio est: q̄ subsistere dicit esse s̄m perfectissimū modum essendi. qui est esse in se vel ad se hoc autē non conuenit alicui in diuinis nisi rōne essentie: q̄ per alia oīa dicuntur supposita diuia ad aliud et non ad se: q̄re suppositū diuinū subsistit per essentiā ꝛ non per ꝓprietatē relatiuā. Secunda

¶ Hoc expresse dicit beatus Augustinus. 7. de trinitate dicens sic. Si deus relatiue subsistit sicut relatiue gignit et relatiue dominatur iam substātia non est substantia: quia relatiuuȝ est. sicut eñ ab eo quod est esse appellatur essētia: ita ab eo qd̄ est subsistere substantiā dicim⁹. Absurdū autē est vt substantia relatiue dicatur. Oīs ergo res ad seipsam subsistit: q̄to magis deus. si tn̄ dignum est dicere vt deus dicatur subsistere qd̄ addit Augustinus: q̄ aūt subsistere est sub alio existere: et sic non ꝯpetit deo. aut q̄ nobiliori modo subsistit q̄ creature vt magis ꝓprie dicatur superexistere. si ergo aliquis vocet eē ad aliqd subsistere. abusiue loquitur / ignorās vim vocabuli: esse eñ ad aliqd qd̄ ē relatiuū ī q̄tū hmōi / nō iportat aliquā ꝑfectionē sicut subsistere iportat. alioqn aliq̄ ꝑfectio esset ī vna ꝑsona q̄ nō esset in alia / cū aliqua relatio sit ī vna ꝑsona q̄ nō est in alia / qd̄ est icōueniēs. subsistere ergo in diuinis est vnicū et absolutū competens oib⁹ ꝑsonis ratiōe essentie. Ex quo patet primum sic ꝑ illud p̄mo cōpetit ꝑsone diuie vniri nature assumpte per qd̄ cōpetit ei depēdētiā nature assumpte t̄minare: sed ꝑsone diuine ꝯpetit t̄minare depēdentiā ratione substantie vel essentie: ergo persone diuine p̄mo ꝯpetit vniri nature assumpte ratiōe essentie. maior pȝ / q̄ sicut natura assumpta vnitur q̄ depēdet: ita ꝑsona assumēs eā sibi vnit / q̄ terminat ei⁹ depēdētiā. minor apparet ex suppositiōe iā declarata: sc̄ȝ q̄ ꝑsona diuina nō subsistit nisi ꝑ essentiā vel rōne essētie. ꝑ illud aūt ꝑ quod cōpetit sibi ꝑ se subsistere ꝯpetit ꝑ se ꝛ p̄mo t̄minare depēdentiā nature assumpte. ꝛ hoc est esse vt dictū est: q̄re ꝛc̄. ¶ Sed ꝯtra illā rationē instatur dupliciter / p̄mo q̄ nō oportet q̄ natura per quā suppositū subsistit sit imediate ratio vniōis ei⁹ ad naturā q̄ in eo existit. sicut gr̄a / color existit in corpore qd̄ est suppositū alteri⁹ generis / rō tñ vnionis coloris ꝛ corporis nō est imediate natura corporis ꝑ quā subsistit: lȝ superficies mediāte q̄ color est in corpore. Similiter posset videri q̄ licȝ ꝑsona diuina subsistat ꝑ essentiā ꝛ ꝑ eā t̄minet depēdētiā nature assumpte: tñ nō oportet q̄ essentia sit p̄ma ꝛ imediata ratio talis vniōis: sed poterit eē ꝓprietas relatiua / ꝛ ita vnio nature assūpte ad naturā diuinā est mediate

Tertia

Primo

vnione eiusdē ad ꝓprietatē relatiuā/sicut vnio coloris ad corpus per superficiem. ¶ Secundo: qꝛ natura humana non vnitur persone diuine nisi qꝛ ipsa amittit ꝑsonalitatē et induit aliā. ergo s3 hoc vnit prius ꝗ immediatius ſm quod magis attenditur personalitas: sed personalitas in diuinis magis attendit ſm ꝓprietatē relatiuam ꝙ ſm essentiam. ergo natura humana prius ⁊ immediatius vnitur persone diuine per ꝓprietatē relatiuam ꝙ per essentiā. ¶ Ad primū istorū dicendū ꝙ nō est simile de colore in corpore et de natura assumpta et persona assumente: qꝛ ꝙ color sit in corpore qḋ est suppositū alterius generis hoc competit ei ꝑ naturam. nā natura coloris nō est per se existēs: sed in aliquo: sc3 corpore. est enī naturalis qualitas corporis: et ideo inherentia coloris ad corpus non solū attendenda est ex eius dependentia: sed eius speciali natura ad quā consequit specialiter modus dependentie ꝗ est vt ea que naturaliter insunt corpori insint ei quodā ordine vnū mediante alio: et ob hoc color inest corpori mediante quantitate: sed substantia cōpleta: vtpote natura humana. ꝗ de se nata est constituere suppositum non existit in alio per aliquā dependentiā naturalem quam de se habet ad illud: sed per hoc ꝙ priuat ꝓpria subsistentia: et ideo nihil primo respondet sibi in persona in qua existit nisi illud per quod ipsa persona subsistit: ⁊ hoc est natura diuina. ¶ Ad secundū dicēdum ꝙ cum personalitas humane nature ⁊ cuiuscunq3 alterius nature create consistat vel saltem fundetur in ꝓprietate per se subsistēdi vt declaratum fuit qñ natura humana amittit hanc ꝓprietatem et suā personalitatem et vnit alteri: vnitur ei prius et immediatius ſm illud qḋ ipsa persona supplet vicē personalitatis debite nature. hoc autē est subsistentia ꝗ competit persone diuine ratione essentie et non ratione proprietatis relatiue ꝗuis personalitas formalius ei cōpetat per ꝓprietatē relatiuā: et ideo non oportet ꝙ ſm illud fiat prius et immediatius vnio ſm quod attendit formalius personalitas. et sic patet primum ꝙ sc3 ad vnionē personalē nature humane cū natura diuina preexigit vnio eiusdē nature humane cu3 natura diuina. ¶ Secundū patet. sc3 ꝙ ad vnionē personalem predicta vnio non sufficit: sed requirit vlterior vnio quantū ad illa que sunt propria persone: qꝛ vbi ratio formalis et ꝯpletiua suppositi seu persone non consistit in per se subsistere nec fundatur in proprietate per se subsistendi: sed in aliquo superaddito ibi per se subsistentia non sufficit ad vnionem personalē: sed requiritur vnio in aliquo superaddito: sed ratio formalis ⁊ cōpletiua suppositi seu persone diuine non ꝯsistit in per se subsistere nec fundatur in proprietate per se subsistēdi sed consistit in proprietate relatiua. ergo ad vnionem personalem nature humane cū persona diuina non sufficit vnio per essentiam: sed requiritur vlterior vnio per ꝓprietatē relatiuā. Item omne illud quod cōpetit alicui persone ratione essentie precise cōpetit oībus: sed vnio per essentiā. vt sc3 in existētia nature assumpte termineť per subsistētiam persone assumentis cōpetit persone rōe sue essentie precise per quā solam competit ei subsistere. ergo talis vnio est cōis oībus ꝑsonis sicut ⁊ essentie per quā attendit quare impossibile est ꝙ sufficiat ad personalē vnionē cum persone diuine

Secundū dictum durandi.

in personalitate distinguanť. requiritur ergo vlterior vnio ꝗtum ad ꝓprietatē relatiuā ſm quam personalitas formaliter completť. ⁊ sic pt3 secūdū. ¶ Tertiū pt3. sc3 ꝙ illa vlterior vnio est possibilis cum ꝓprietate vnius persone absq3 ꝓprietate alterius. et hoc sic: qꝛ ꝙ natura hūana nō possit vniri personaliter vni ꝑsone sine altera hoc esset vel ex habitudine personarum inter se: vel ex habitudine earum ad essentiam non ex habitudine personarum inter se: qꝛ illa habitudo est distinctiōis et oppositionis. ꝗ magis operatur ad hoc ꝙ vnio possit fieri cū vna persona et nō cū altera ꝙ ad oppositū: vt patet de se. que enī sunt distincta et opposita possunt alicui tertio vel distincte vniri vnū sine altero: nec ex habitudine personarū ad essentiam diuinā: qꝛ intimius vnit ꝑsona diuina essentie diuine ꝙ natura assumpta vnit ipsi essentie diuine sed vnio ꝗtumcunq3 intima persone diuine cum eēna non facit quod in quocunq3 sit essentia diuina sit et persona personaliter. Alioquin cu3 eēna sit in qualibet persona quelibet ꝑsona esset in qualibet persona personaliter et esset confusio ꝑsonarum qḋ est inconueniēs. ꝗuis enī pť sit in filio et econuerso quantū ad essentiā: non tñ quātum ad esse ꝑsonale: sed semper in eo distinguiť. ergo nec naturā assumptā et vnitā diuine essentie ꝓpť quācūq3 vnionē vel habitudinē personarum ad essentia diuinā ꝗ est vnita oportet esse personaliť in qualibet persona: sed potest esse in vna sine altera. Iuxta quod est intelligendū ꝙ si relatiōes diuine hoc solū haberent ꝙ essent respectus fundati in essentia diuina nō videť ꝙ illud quod vniret essētie non vniretur oībus respectibus nec video ꝙ posset vniri vni respectui sine alio: qꝛ forte illud qḋ vniret essentie diuine nō vniret respectibus: nisi sola vnione fundamenti que esset cōis oībus: sed qꝛ relationes diuine vltra naturā oīm respectuū habent ꝙ sunt cōstitutiue personarum. ideo op3 dicere ꝙ natura assumpta possit esse vnita vni persone sine altera sicut ipsa essentia diuina personaliť potest esse in vna in qua ꝑsonaliter nō est alia persona. ¶ Tertia opinio h3 quatuor articulos.

Tertiū dictum.

tertia opi. Obijcitur ꝯtra dicta durandi

¶ Primo reprobat opinionē secūdam.
¶ Secundo respondet ad ratiōes eius.
¶ Tertio confirmat oppositum.
¶ Quarto descendit ad propositum.

Primus articulus.

¶ Quātū ad primū dicunt ꝙ hic modus ponēdi non potest stare. sc3 ꝙ in diuinis sit tñ vnum subsistere absolutū. ¶ Primo qꝛ suppositū et subsistētia idē sunt. Nā suppositū supra naturā singularē non dicit nisi in se: et non in alio subsistere. ⁊ ideo per idem est ponere subsistentiā et suppositum: sed in diuinis nō est suppositum absolutū. ergo nec subsistentia absoluta. ¶ Secūdo: qꝛ ſm Augustinū in diuinis. Quicquid ad se dicit singulariter: ⁊ non pluraliter dicť. secūdo de trini. cap. decimo. sed dicimus in diuinis tres subsistentias et tres subsistentes: et nō vnū. ergo subsistētia nō dicit absolutū nec substantiā accipiendo substantiam ꝓ absoluto siue ꝓ essentia.

Probat ista opi. ꝙ nō sit idem subsistere in diuinis ꝯtra durādum.

¶ Tertio: qꝛ nō minoris simplicitatis est suppositū in diuinis quantū ad rationē suppositi ꝯstitutiuam ꝙ suppositū creatū: sed suppositū creatum eo ꝙ suppositum est quod subsistit vt dicis. ergo multo fortius suppositū diuinū eo ꝙ est quod subsistit: sed suppositū diuinū formaliter est per rela-

tionem . ergo sub sistit per relationem. ¶ Quar
to qꝛ persona ſm Boetiũ libro de duab⁹ naturis
etiā vna ꝑsona xpi ē rõnalis nature īdiuidua sub
stantia. Accipiamus ergo oēs conditiones istas
constat ꝙ per rationalem seu ītellectualē naturā
nõ ē ꝑsona suppositũ nec ꝑ īdiuiduā ibām accipi
endo substātiā ꝑ essētia et natura:qꝛ natura huma
na in xpo est rationalis nature singularis substā-
tia cũ suppositũ assumpserit naturā ī athomo ſm
Damasce li.3.cap.5.tunc esset persona. ergo acci
pitur substantia ꝑ subsistētia. Ratio ergo forma-
lis quare ꝑsona est suppositum est subsistere.et iõ
si subsistere esset absolutũ esset suppositũ absolu
tum et ꝯsequēs ꝑsona eo ꝙ ꝑsona non addit
Quinto supra suppositũ nisi quod est suppositũ in natura
intellectuali. ¶ Quinto illud in quo est ratio ter
minandi naturā assumptā ꝛ ei⁹ dependentiam est
vere habēs illā naturā sic ꝙ in concreto vere dicit
illud vt qꝛ in supposito verbi verbũ hꝫ dependen-
tiam terminare nature humane.puta qꝛ ī eo natu
ra humana subsistit.iõ verbũ est habens humani
tatē:et omne tale est homo. vnde ſꝫ Damasce. li
3.cap 15 Sibi cõicant ydiomata. nec est alia rõ
quare deus est homo nisi quia deus hꝫ terminare
dependentiā humane nature: sed subsistere est rõ
terminandi hanc depēdētiam.ergo in quib⁹ esset
idem subsistere terminans hanc dependētiā esset
humanitas sic ꝙ quelibet ꝑsona habens tale sub
sistere esset vere homo : sed si subsistere sit absolu
tum et dictũ ſm essentiaꝫ cõmune esset necessario
tribus personis ſm regulā Augu.ergo non solũ
filius est homo sed pater et spũssanctus . qđ est er
roneũ:quare subsistere quod terminat hũane na
ture dependentiam non erit absolutũ nec ſm essē
tiam dictum. Nec valet dicere ꝙ lꝫ essentia sit in-
trinseca rõ terminandi:tñ requirit ꝓprietas rela
tiua et ꝑsonalis:et ideo poterit īcarnari vna ꝑso
na sine alia hoc inꝗ non valet. ¶ Primo quidem
qꝛ ex quo persone conueniunt in formali rõne ter
minandi lꝫ requirat ꝓprietas relatiue ꝛ ꝑsonalis
seu ꝑsonarum in terminando talē dependentiam
nature assumpte erũt vẽ qđ illatũ est: vt qꝛ pater
et filius conueniunt in formali ratione spirandi:
lꝫ ad actum spirandi requirat emanatio filij a pa
tre et vtriusqꝫ ꝓprietas . necessario tñ sunt vnũ in
spirando.ergo non obstante ꝙ in terminādo depē
dentiā requiratur ꝓprietas si rõ terminandi cēt
cõis tribus ꝑsonis tres ꝑsone terminarēt depēdē
tiam. ¶ Secũdo:qꝛ ꝑ tanto requirit ꝓprietas ī
ꝑdicta vnione et terminatione: qꝛ ipsa est forma-
le in persona et ideo cum vnio facta sit in persona
vt persona distinguitur ab essentia ſm Ansel. de
incarnatione verbi.cap.7. Formalis ratio termi
nandi naturam in ꝑsona est ꝓprietas et non eēna
¶ Sexto principalr qꝛ ad illud tanꝗ ad rõnem
termini dicitur termīari assumptio et vnio qđ est
magis per se ratio terminandi talē dependentiaꝫ
ꝗ ad illud quod quasi consequenter se hꝫ ad ter-
minādũ. hoc patet: qꝛ illud dꝫ dici rõ vnionis qđ
terminat eam. sed ſm istos prim⁹ et ꝑ se termin⁹
terminans dependentiā est essentia ꝛ nõ ꝓprietas
ergo debet magis dici facta vnio in essentia ꝛ na
tura ꝗ in supposito et ꝑsona que dicit relationem
vel saltē relationē formali⁹. hoc autē est ꝯtra san
ctos et expresse contra Ansel. de incarnatiõe verbi
cap.7. reprehēdentē articulũ heretici q̄ sic argue

bat Deus est incarnatus qui est deus filius : sed
deus filius non est alius deus a deo patre. imino
vn⁹ et idē numero de⁹. ergo de⁹ pater est īcarnat⁹
Ad quod Ansel. dicit. Videte qꝛ q̄ hoc dicit quõ
claudicat vtroqꝫ pede de incarnatione filij dei.
Nã qui recte suscipit ei⁹ incarnationē credit cum
non assumpsisse hoiem in vnitatē nature: sed ī vni
tatem persone. hic autē sõpniat hominē a filio dei
magis assumptũ in natura ꝗ in ꝑsone vnitatem.
¶ Hoc idem probat cõis doctor tertio scripto ꝛ Confirmatio ꝑ tho.
vltima parte. q 2 ar 2 et.3. ꝑ sinodos. quintā con
stantinopolis ꝛ ephesinā vbi subsistētia diuina ac
cipit ꝑ persona. Idem Damasce. lib.3.ca.3.et.4.
et 7. dicit qm̄ autē diuitas homo generata est vñ
humana natura est. nequaꝗ audiuimus qm̄ autē
diuitas vnita est humanitati in vna ei⁹ ypothesēō
didicim⁹ ergo ſm hoc essentia nõ ē rõ terminādi
depēdētiā incarnationis: sed magꝫ ꝓprietas ꝑso
nalis. ¶ Quantũ ad secundũ dicũt ꝙ rões alio Secũd⁹ articulus.
rum non valēt. ¶ Prima: no quia in diuinis nõ
aliud est subsistens et suppositũ. vnde ꝑ eodē acci
piunt sancti ypotheseon subsistentiam suppositũ
et ꝑsonam in diuinis. ¶ Secundo: qꝛ non minus
ꝑfectum modum essendi dicit esse ꝑsone ꝗ eē sub
sistentie: tũ qꝛ esse ꝑsone ꝑtinet ad dignitatem. tũ
qꝛ dicit exclusionē oīs depēdentie: saltē actualis
et habitualis. ergo si ꝓpter ꝑfectiorē modũ essen
di poneretur subsistere absolutũ in deo oporteret
multo forti⁹ ponere esse ꝑsonale absolutũ qđ fal-
sum est et contra eos: et ideo dicit ꝙ ꝑfectio diui
na requirit in vnitate nature. ¶ Tertio subsisten
tias quas greci dicebant tres substantias vt dicit
Augu.7. de trini. ca.7. Congruit igit ꝑfectioni
diuine vt habeat istũ ꝑfectiorē modũ vel illũ ꝑfe
ctiorem modũ essendi cum quo modo essendi stat
essentie vnitas et ꝑsonarum pluralitas. cũ modo
autē essendi qui est subsistentia et suppositatio ab
soluta quod ꝑ eodē accipitur non stat pluralitas
ꝑsonarum cum vnitate essentie: sed stat cum subsi
stentia relatiua quare rõ nulla. ¶ Secũda rõ q̄
est ex verbis Augu. nõ est ad ꝓpositum: quia ſm
Augu. pro tanto greci dicebant tres substātias ꝛ
qꝛ apđ eos substātia accipit ꝑ ypostasi ꝛ persona
latini autē nõ dicũt tres substantias: qꝛ apud eos
substantia accipit ꝑ essentia. Vnde scđm hoc sub
sistere equiuocatur ſm duplicē acceptionē substā
tie: qꝛ subsistere ſm grecos idē est ꝙ suppositum ꝛ
sic de⁹ relatiue subsistit sicut relatiue subsistit etiā
ꝑsona ꝛ subsistere isto modo termināt depēdentiā
sed scđm acceptionē latinorũ ꝛ Augu. subsistere
idē est quod esse sicut substantia idē est ꝙ essentia
et isto modo subsistere non terminat dependētiā
vnde secũdũ hunc intellectũ nihil ad ꝓpositũ : qꝛ
sicut esse et essentia absolute et nõ relatiue dicit
in deo: sic subsistere quod est essentiale a quo dici-
tur substantia esse absolute et non relatiue dicit ī
deo et sic omnis res a se subsistit qđ non aliud est
nisi quia substantia et essentia est absolutum ꝛ nõ
relatiuũ. Item ꝑ tanto etiā subsistere põt vocari
ad se et non relatiue: qꝛ lꝫ subsistere sit relatiuum
sicut suppositũ in deo. dicit tñ ad se: qꝛ ex mõ suo
significandi non connotat correlatiuũ et isto mõ
ipse dicit eodē libro ꝙ ꝑsona non dicit ad aliud sꝫ
ad se constat tñ ꝙ ꝑsone sunt relatiue vt ipemet di
cit.9. de trini cap.1. ergo ꝑ hoc nõ habet plus de
subsistentia ꝗ de persona. ¶ Ad tertiũ posset di-

ci primo ꝙ cuȝ omne quod est sit ens et omne ens dicat perfectionem: q᷑ entitatem necessario vt sic relatio dicet perfectionem. ¶ Secūdo ꝙ paternitas est perfectio in patre. nā non posse generare esset imperfectio in patre sm̄ Augu. contra maxi. et sic filiatio est pfectio in filio. Unde quod est paternitas vel generatio in patre est in filio generari et filiatio.

Terti⁹ articulus

¶ Tertio: q᷑ subsistere non dicit pl⁹ perfectionis in deo q̄ȝ esse personā. igit̄ si esse psonam non obstante perfectiōe dei est relatiuū non est causa: quare subsistere in deo rōe perfectionis sit absolutū ⁊ nō relatiuū. ¶ Quantū ad tertiū dicendū ꝙ ratio immediata terminādi dependentiam humane nature est ꝓprietas personalis qua formaliter est persona in diuinis: quod probo sic Illud est ratio terminandi dependentiaȝ nature assumpte quo persona est hec et nō illa: ſȝ proprietas personalis est hmōi et non essentia. ergo formalis ratio terminandi est proprietas ⁊ nō eēna. ¶ Maior ꝓbatur: q᷑ vt dictū est vnio facta est i persona vna: sic ꝙ nō in alia. ergo facta est primo et per se in hoc ꝙ hec persona est hec. Nam si esset facta in eo ꝙ habēs cōe sm̄ rem magis esset facta in hoc ꝙ sunt vnum q̄ȝ in eo ꝙ sint distincte psone cui⁹ oppositū dicit Ansel. et supra īductū est. Mi noi pȝ: q᷑ vt supponitur ad p̄sens persone diuine cōstituuntur et distinguūtur per proprietates relatiuas. vt ꝓbatum est sufficienter p᷑io li. di. 26. ¶ Itē persona diuina est illud quod terminat dependentiā et non essentiā: q᷑ vnio nō est facta ad essentiā: sed ad personaȝ. In persona autē non est nisi essentia aut ꝓprietas. aut igitur essentia ē rō formalis terminādi dependentiā aut proprietas non essentia: q᷑ pro tanto persona terminat depēdentiam q᷑ est suppositū. hoc autē est per ꝓprietatem incōicabilē ⁊ nō per essentiam. ergo proprietas ypostatica est ratio immediata terminādi dependentiā nature assumpte. ¶ Itē illud est ratio terminandi quod est ratio subsistendi: q᷑ natura non terminat̄ nisi in subsistente quaten⁹ est subsistens et sub ratiōe subsistentis: sed ꝓprietas relatiua est immediata ratio subsistendi personis diuinis: q᷑ vt dictum est per idem. Persona diuina est subsistēs et suppositū. ergo ratio formalis terminandi est ꝓprietas relatiua: nec hoc est incōueniens: q᷑ relatio diuina eo ꝙ subsistēs pōt terminare dependentiā relationis nature assumpte.

Quartus articulus.

instans necessario coexistit dum ultimo est si ergo
instanti mensuranti infusionem gratie coexistit in
tẽpore nostro: aliquid aliud instãs sequitur quod in
stans temporis nostri est aliud istanti imediatum si
cut istãs tpis discreti est immediatum alteri et ita
non poterit culpa per gratiam deleri quod est in
conueniens. Et si dicatur quod nõ est dare ultimum in
stans temporis coexistentis durationi culpe quamuis
uis sit dare primum instans: temporis coexistẽtis
durationi gratie: instans enim semper et posterio
ris passionis ut di. 8. phisicorum. et sic instãs nõ est in
stanti immediatum: sed tempori non valet quia omne
finitum qua ratione habet indiuisibile principiũ
sui: etiam eadem ratione habet ad indiuisibile pro
termino: sed tempus mensurans vel coexistens du
rationi culpe et durationi gratie: est finitum ergo
qua ratione habet instans quo primo est culpa vel
gratia eadẽ ratione habet istãs quo ultimo est culpa vel
gratia et idem allego de omnibus formis: vel de for
mis et priuationibus que succedunt sibi in eadẽ ma
teria vel subiecto. Quod autem dicit aristo. quod semper
instãs est posteriorum passiõis: ita quod est dare instãs
quo forma que acquiritur primo est: sed nõ est da
re instans quo forma vel priuatio que abicitur ul
timo sit sine ratione dictum fuit ad vitandum illud
inconueniens ne instans esset instanti immediatũ
hoc autẽ non oportet dicere: quia coexistentia for
me substantialis in materia est per tempus: et ideo
sicut tempus est tempori immediatum sic forma que
acquiritur immediate succedit forme que abicitur:
nec est dare in tempore nostro aliquod instans in
actu quo ultimo sit forma que abicitur. quia inexi
stentia forme in materia non est dare primum et ul
timũ sine prius et posterius cum sit tota simul quam
diu est: et existentia eius magis sit per solum instans
temporis discreti: quod est eius propria dura
tio quam sit per tempus continuum: cui solũ coexistit
accidentaliter. Si ergo inexistẽtia forme secundũ
se non sit dare primum et ultimum siue prius et po
sterius: sequitur quod nec in tempore sibi coexistente
in tempore enim secundum se non est dare aliquod
instans in actu: nec ratione forme coexistentis tpi
quia illa nihil variat in tempore quare nullo mõ
sequitur quod sit dare instans in actu quo forma prio
fiat in materia sicut non est dare aliquod instans
in actu: quo forma que abicitur ultimo sit in ma
teria et hoc sufficiat ad presens: quia de hac mate Ad secũdũ
ria forsitan alias plus dicet. ¶ Ad secundum dicẽ
dum quod aliqua duo sunt quandoque possibilia diui
sim unum sicut aliud: quorum tamen neutrum est
possibile posito alio seu coniunctim sicut eque pos
sibile est aliquem moueri sicut quiescere: posito tñ
quod quiescat nõ est possibile quod moueatur nec ecõtra
¶ Similiter dico quod equaliter potest esse gratia per so
lum instans sicut culpa et ecõuerso culpa sicut gra
tia: sed posito quod culpa fuit per solum instãs quod
non contingit pluries sumere non est possibile quod
gratia sequens: sit solum per simile instãs: sed oportet
quod sit per instans: quod poterit tempori coexistere
sicut in tempore nostro: non potest post nunc actu
signatum aliud nunc signari actu: sed solum tem Ad tertium
pus. ¶ Ad tertiam rationem dicendum quod recessus
a culpa in gratiam potest esse per motum propter di
uisibilitatem gratie que continet multos gradus
sicut et quelibet alia forma que suscipit magis et minus
et tunc euacuata est oĩa instãtia et dato quod sit per mu
tationem non sequitur: quod instans temporis unum
sit alteri immediatum: quia talis mutatio non est
terminus motus ut sic mensuratur nunc temporis
nostri: sed est mutatio que est actio permanens men
surata per nunc temporis discreti: cui non necessa
rio correspondet actuale: nunc in tempore nostro
sed aliqua pars tẽporis: et ideo nõ sequitur quod unum
nunc temporis nostri sit alteri nunc immediatum
per idem apparet quod dictum eorum non est uniuer
saliter verum. s. quod causa quare aliquid potest esse per
solum instans in una dispositione est quia recessus
ab ista dispositione est per motum hoc enim non oportet
sed sufficit quod sit vel per motum vel per actionem que
coexistat tempori: sicut motus per tempus mensu
ratur: cum igitur nihil sit subtrahendum potẽtie
diuine: nisi illud quod clare contradictionem impli
cat: ponere autem quod beata virgo fuit per solum in
stans in originali peccato et deinceps semper in gra
tia non implicat contradictionem clare immo habet
magnam probabilitatem ideo tenendum est quod de
us facere potuit quod ipsa fuit in originali peccato per

solum instans. ¶ Utrũ autẽ hoc fecerit ipse nouit
quia illa q̃ mere depẽdent ab eius voluntate non
sunt nobis plene certa nisi ipse reuelauerit.
P. Rñdet ad rões du rãdi ꝓ p̃ria o pinione. ¶ Si quis autem vellet secundam opinionẽ susti-
nere que consonat cõmuni dicto posset rñdere ad
dicta istoꝝ: ad rationem eorũ concedendo ꝯñtiam
sed negandũ est antecedens: qꝛ gratia solo instãti
temporis discreti quod coexistit tempori cõtinuo
esse potest sed solo instanti temporis cõtinui ⁊ per
coexistentiam esse nõ potest quia si soli nunc fluẽti
coexisteret: aut desineret esse in instanti simili aut
in tempore: ⁊ dico in siue noret propriam mensurã
siue soluȝ extranee mensure concomitãtiam actu
vel aptitudine. si in instanti cõsili aut esset idem ⁊
tunc simul esset ⁊ non esset: aut esset aliud ⁊ tunc vł
immediatũ ⁊ sic essent duo instantia fluentia imme-
diata aut mediatũ ⁊ tunc esset medium interesse ⁊
non eẽ eiusdẽ. Si autẽ desinẽ esse coexisteret non
instanti sed solum tempori tunc haberet esse plus
q̃ in instanti: quia taȝ diu est gratia q̃ semel fuit quo
usq̃ suum desinere esse sit completuȝ si ergo suum
desinere esse non statiȝ completur qñ incipit ergo
partim manet plusq̃ instãti quod est cõtrapositũ.
¶ Ad probationem quando dicit ꝙ agens ꝙ agit
per voluntatem actione non successiua potest per
vnum solum instans agere dicendum ꝙ ista est fal
sa si suum agere est conseruare nõ quia necesse ha
beat agere simpliciter sed quia nõ potest agere cõ
tradictoria. Est autem contradictio ꝙ res solo in
stanti conseruet vt dictũ est. ¶ Rñsiones quas dãt
ad argumenta non valent: nã cuȝ dicunt ꝙ non est
in tempore continuo aliqđ nunc actuale dicendũ
ꝙ verũ est sed esse potest vñ in quolȝ nunc potẽtia
li cui coexistit nunc temporis discreti sunt infinita
nunc in potentia qđ autem potenciale est vel possi
bile potest poni in actum ⁊ sic cuilibet nunc discre
to coexistit nunc fluens actuale secundum poten-
tiam ⁊ si non secundum actum: tunc autem sequit
idem quod prius quia ita est incõueniẽs duo nũc
fluentia esse immediata de facto sicut eẽ immedia
ta de possibili ⁊ ecõuerso. ¶ Nec valet deductio se
quẽs quia non est dare vltimũ instans culpe ⁊ qñ
probatur ꝙ finitũ quo ratione habet indiuisibile
principium sui eadẽ ratiõe habet indiuisibile pro
termino dicendum ꝙ non est verum quia si habet
indiuisibile pro mensura principiĳ non sequit con
tradictio que sequeret si haberet indiuisibile pro
mensura termini: nec dictum argumẽtũ est sine ra
tione: quia mobile in quolibet nunc quo mouetur
se habet aliter nunc ⁊ prius si ergo tempus q̃ mo-
bile moueẽ a nigredine in albedinem habeat pro
primo nunc a pro vltimo b non potest dici ꝙ b. se
teneat ex parte nigredinis quia tunc se haberet si
cut prius: sed se tenet ex parte albedinis vt. s. toto
tempore precedenti ab a. fuerit nigrum et in b. in
cipiat eẽ albũ: ⁊ sic non est dare vltimum nunc in q̃
fuit nigrum sed primuȝ quo fuit album. ¶ Qui di-
cunt ꝙ propria mẽsura forme substantialis in ma-
teria est instans temporis discreti improbatũ est.
2. li. di. 2. ¶ Responsio quam dant ad secundaȝ ra
tionem contradicit rationi ipsoruȝ quia ita est de
ua libere agens actiõe successiua respectu gratie
sequentis culpam momentaneam: sicut est sequẽ-
tis culpaȝ diuturnam: ergo si illa ratio esset bona
ita posset post istãs iñfusiõis gratie cessare: istud in

vno casu sicut in alio vnde concedendum est ꝙ in
neutro potest post instans fluens cessare: quia eẽt
contradictio vt visum est. ¶ Itẽ nec valet respõsio
ad tertiuȝ argumentũ. nec est euacuata instantia
si accessus ad gratiam sit per motum: qꝛ tunc gra-
tia q̃tum ad primum gradum in instanti introdu
citur: qꝛ semper est dare instans forme posterioris
⁊ tunc illud esset immediatum instanti culpe vlti-
mo si esset dare illud ⁊ sic ideȝ quod prius. Nec vȝ
quod dicunt si est per mutationem non sequitur i
mediatio instantiuȝ: qꝛ immo sequitur quia qñ ꝓ-
bamus ꝙ culpa vel gratia non possũt eẽ solo instã
ti intelligimus de instãti tẽporis nostri quod actu
est vel esse potest ⁊ tunc si nullus cum solo tali in-
stanti esset culpa ⁊ immediate post esset gratia in-
fusioni gratie primo sicut ⁊ creatiõi angeli coexi-
steret instans temporis nostri existens actu vel po-
tens existere sicut si aliqđ de nouo crearet ⁊ sic eẽt
instans alteri immediatum actu vel esse posset.
¶ Ad rationes principales tamen dicendum ad p̃ mam dicendum ꝙ etiã in beata virgine prius fuit animale q̃ spirituale quia prius fuit secundũ car nem concepta in originali culpa deinde fuit ꝑ spi- Ad rõnes p̃ncipales
ritum sanctificata. tamen ante natiuitatem ex vte
ro. ¶ Ad secundam dicenduȝ ꝙ q̃uis sanctificatio
beate virginis ex vtero non legaẽ expsse in nouo ⁊
veteri testamento. haberi tamẽ potest ex hĳs que
ibi leguntur. Si enim Jheremias propheta ⁊ Jo
an. baptista qꝛ christuȝ pronunciauerunt in vtero
sãctificati sũt fortiori ratione beata virgo que ge
nuit christum. ¶ Tertium in oppositum conceden
dum est: ⁊ tria sequentia que probant ꝙ fuit con-
cepta in originali. ¶ Ad vltimum ꝙ probat oppo
situm dicendum ꝙ parẽtes beate virginis fuerũt
sancti post conceptionem non qñ concipiebatur.
sic beata virgo fuit sancta ⁊ plus sancta et prius
q̃ ipsi ante natiuitateȝ: tamen sensus literalis au
ctoritat; non est ad propositum quia est ad hunc s
nem quia sicut patriarche fuerunt sancti sic poste
riores dñẽ esse sancti vel imitando vestigia eorum
quia filius fit vt ille non sic ꝙ filius sanctorum cõ
cipiatur sanctus. alias Joannes Baptista ⁊ filĳ
Abraham ysaac ⁊ Jacob non contraxissent origi-
nale.

¶ Questio secunda

Secundo queritur de effectu sanctifica- questio. 2.
tiõis: ⁊ p̃mo respectu fomitis: vtruȝ be
ata virgo per primam sanctificationeȝ
fuit liberata a fomite: ⁊ videtur ꝙ nõ qꝛ
sicut pena originalẽ fomes ita ⁊ mors sed per pri
mam sanctificationem ymmo per nullam fuit bea
ta virgo liberata a morte ergo nec a fomite. Iteȝ
Damas. dicit. 3. li. ꝙ in beata virgine superuenit spi
ritus sanctus ante conceptioneȝ dei purgans eã sȝ
illa purgatio non potuit esse ab originali culpa qꝛ
ab illo in vtero purgata fuit nec ab actuali: quia
illam nunq̃ commisit relinquitur ergo ꝙ a fomi-
te ergo per primam sanctificatiõem nõ fuit libera
ta a fomite sed solum per secundã. ¶ In ꝯtrariuȝ
arguitur qꝛ beate virgini aliqđ tribuendum fuit
vltra communẽ legem: sed sanctificatio que fit se-
cundũ legem comunem aufert originalem culpaȝ
fomite remanẽte ergo sãctificatio beate virginis questio. 2.
fomitem a b ea ammouit. ¶ Alteri⁹ quero de alio
effectu sãtificationis vtrum beata virgo post pri-

maꝫ sāctificatiōem peccare potuit: ⁊ videtur ꝙ sic
q: augustinus dicit in questionibus veteris ⁊ no
ui testamēti ꝙ maria ꝑquam gestum ē misteriuꝫ
incarnationis in morte domini dubitauit non tñ i
dubitatiōe ꝑmansit: sed dubitatio de fide pctm̄ est
ḡ ipsa post primā sanctificationē nō tantū peccare
potuit: sed peccauit. ¶ P̄ Joā. chriso. sup math. ex
ponēs illud. Ecce mat̄ tua ⁊ fratres tui foris stāt
querentes te dicit ꝙ manifestuꝫ est ꝙ faciebat ex
vana gloria ⁊ super illud Joā. 3. Uinum non hn̄t:
dicit idem Chrisostomus ꝙ volebat seipsam clari
orē facere per filium: ⁊ forte aliqͦd humanū pacie
bat̄ quemadmodūꝫ fratres dicētes. manifesta te=
ipsuꝫ mundo: constat autē ꝙ talia peccata sunt sal
tē venialia ergo beata virgo post secundam san=
ctificationem non immunia fuit ab omni peccato
¶ In cōtrariū est quod bernardus scribit in epl̄a
ad lugdun̄ loquēs de prima eius sanctificatiōe di
cens. Ego puto ꝙ copiosior gratia sanctificatiōis
ꝙ̄ in aliis sanctis in vtero sanctificatis in ipsam d
scendit. que non solum ortum eius sanctificauit: sꝫ
eam ab omni peccato deinceps immunem custodi
uit: ergo non solum per secundā sanctificationem
sed etiam per primam beata virgo adepta est im=
Responsio munitatem ab omni peccato: ⁊ idem dicit augusti
P:ia opio nus libro de natura ⁊ gratia. ¶ Respōsio de vtraqꝫ
de ruc' d ꝑ questione sunt tres opiniones. quarū prima est di
scti.q.1. cētiū ꝙ in prima sanctificatione fuit fomes ligat'
in secunda autem totaliter ablatus ⁊ ipsa fuit cō=
firmata vt ipsa de cetero non posset peccare. ¶ Ad
cuius euidentiā sciendū primo quid importet fo=
mes. Est autem fomes habitualis inclinatio ap=
petitus sensitiui in aliquod delectabile secundum
sensum ꝑter imperiū rationis que quidem inclina
tio vt in secundo dictum est posset esse in hoīe etiā
in puris naturalibus constituto vt si fieret homo
miraculose de lapide ⁊ nullum donum supnatura
le ei conferretur: ⁊ tunc esset talis inclinatio nō cul
pa vel pena: sed tantū quidē defectus naturalis:
sed in descendentibus ab adam ante baptismū ha
bitum in re vel in voto pertinet ad culpaꝫ origina
lem: sed post baptismuꝫ est pena quedam ⁊ ista in=
clinatio non necessario addit aliquam rem super
appetitum sensitiuū licet inclinatio possit esse ma
ior ⁊ minor secundum dispositiones corporis sm̄
quas appetitus disponit̄ ad appetendum diuersi
mode. ¶ Secundo sciendum ꝙ aliqua potentia vl̄
inclinatio habitualis ad actum aliqueꝫ potest ma
nere ⁊ non exit vel etiam non potest exire in actuꝫ
quia ligata est: vt si ale alicuius auis essent ligate
posset esse ad huc ꝙ haberet potentiam volatiuaꝫ
⁊ tamen non posset exire in actum eius: ⁊ secundū
hoc potest dici ꝙ licet in beata virgine remanserit
habitualis inclinatio appetitus sensitiui in aliqͦd
delectabile secundum sensum ex qua potuit ꝙ̄tum
fuit ex parte appetit' sensitiui inclinari preter iu
dicium rationis in delectabile sensus ⁊ tamen ista
inclinatio ita fuit ligata per copiam gratie replē=
tis animam eius ⁊ predominātis supꝑdictam in=
clinationem ⁊ ꝑ ꝓuidētiam diuinaꝫ que impedie=
bat ne aliquid occureret quod posset causare mo
tum illicitum ⁊ ꝙ talis incliatio non poterat exire
in actum sed in conceptione filii dei ita fuit sancti
ficata ꝙ per dispositionem virtuosam formaliter
appetitum sensitiuum disponentē fuit ablata illa

inclinatio totaliter quantum ad hoc ꝙ nō esset na
tus aliquis motus insurgere preter inclinationeꝫ
rationis ita ꝙ licet appetitus sensitiuus ꝙ̄tuꝫ ad
essentiam remanserit quia appetebat ꝙ̄tuꝫ ratio
dictabat ea que erant conuenientia secundum sē=
sū non tamen remansit aptitudo vel inclinatio ad
aliquem motum qui esset natus insurgere pre=
ter imperium rationis secundum ꝙ conuenit ap=
petitui sensitiuo rō re fomitis. ⁊ ideo dicit̄ ꝙ in se=
cunda sanctificatione fuit fomes extinctus siue to
taliter ablatus qꝛ esti remanserit appetitus sensiti
uus nō tñ ꝙ̄tum ad talem inclinatiōeꝫ sic ḡ patet
de prima sanctificatiōe beate virginis quādo fuit
⁊ quem effectum habuit prima ⁊ secunda.
¶ Sciēdum vlterius ꝙ communiter tenet̄ ꝙ in se=
cūda scificatione fuit ꝯfirmata sic ꝙ nō potuit ex
tunc peccare: ꝙ est plus ꝙ̄ fomitem extigui: qꝛ in
adam in principio post sui creationem añ. s. pctm̄
nō fuit fomes nō tamē fuit cōfirmatus ꝙ nō possꝫ
peccare sicut patuit per effectum sed beata virgo
in secūda sanctificatione ita fuit plena gratia ꝙ i
clinatio gratie abstulit possibilitatem ad opposi=
tum gratie. s. ad quodcunqꝫ peccatum. ¶ Sed ista P.ꝫ opio=
opinio deficit in multis primo in eo ꝙ dicit in sup nes heruei
positione ꝙ incliatio habitualis sensualitatis añ
baptismum pertineat ad culpam post baptismum
uo ad penā quia si intelligunt ꝙ pertinent ad cul
pam originalem cōsequenter ⁊ cōcomitāter verū
dicunt qꝛ ante baptismuꝫ in re ⁊ l voto susceptum
⁊ ante remedium quod fuit diuersuꝫ diuersis tem
poribus cōtra originale inest culpa originalis ꝙ̄
semper cōcomitatur ista habitualis deordinatio:
⁊ cōsequēter sicut effectus cām sicut etiam morta
litas: post baptismum autem pertinet ad penam
non ad culpam cōcomitant̄ quia nō remanet cul=
pa. Sed si intelligūt ꝙ pertinet ad culpaꝫ origina
leꝫ essētialiter falsuꝫ est qꝛ essentia culpe origina=
lis non consistit in habitu sed in actu. i. in actuali
priuatione gratie propter peccatum ade ꝙ autē
fomes dicitur esse peccatum originale est predica
tio ꝑ causā nō ꝑ essentiā vn̄ ꝯtrarietas nālis ꝓut
nata est causare mortem nature nō est essentia ori
ginali peccati sed pena: ⁊ effectus eius sicut ⁊ re=
bellio moralis que nata est inducere mortem cul
pe non est essentia culpe originalis sed pena ⁊ effe
ctus eius. ¶ Dr̄ dicunt in secunda ꝯclusiōe fomi=
tem posse ligari sic vt remaneat non tamen possit
exire in actum ꝙ̄tum ad hoc verum est ꝙ in ꝑuu=
lis vsqꝫ ad vsum ratiōis est fomes qui tamē ñ po
test actu incliare in peccatum licet inclinet ꝑter im
perium ratiōis quia talibus nō habētibus vsum
ratiōis iclinari ꝑter imperium rationis nō impu
tatur ad culpam sicut nec dormiētibus quib' pol
lutiōes cōtingūt ꝑter culpam l vigilia ꝑcedenteꝫ
⁊ sequētem. ¶ Item verum dicūt ꝙ diuina ꝓuiden
tia poterat impedire ⁊ impediebat vt aliquid ad
peccatuꝫ impelliēs nō occurreret nisi sic. ꝙ ipsa re
pelleret: alioquin impedimētuꝫ si fuisset in ea me=
ritum in resistēdo tēptationib' sed ꝙ hoc sola gra
tia gratum faciēs impediret si intelligūt male in=
telligunt qꝛ magnitudo gratie stat bene cum pctō
veniali ⁊ possibile ē qꝛ Jo. baptista aliquādo ante
mortem tantum habuit de gratia quantuꝫ beata
virgo ante secundam sanctificationem que tamē
in ipso nunꝙ̄ fomitem ligauit: de hoc autem post

ea plenius inquiretur. de tertia etiā cōclusione de
extinctione postea plenius inquiret̄ tñ ad psīs vi
det̄ inconueniens: q̄ ita extinctio sit p dispositiōe3
v̄tutis formaliter si tamen intelligat q̄ sit v̄tus
eiusdem rationis cū v̄tuti. alioꝝ sanctoꝝ mo-
ralibus infusis appetitu sensitiuo: quia eiusdem
cause est pducere eūdem effectum secundum ma-
gis vel minus secundū q̄ est pfectior vel minus p
fecta: si ergo in appetitu sensitiuo virginis non
fuit alia dispositio virtuosa q̄ in appetitu Jo. ba-
ptiste vel Iheremie licet inferior nō videt̄ q̄ ipsa i
ea extinxerit fomitem ꝛ non in aliis sed si in ea ex-
tinxit pfectius in aliis minus pfecte q̄ nō dicim⁹:
q2 etiā Paulus habuit abundantiā gratie cui di-
ctum est sufficit tibi gratia mea: ꝛ tamē fuit in eo
grauis fomes vel stimulus carnis. Sed si intelli-
gūt dispositiōem v̄tuosam alterius ratiōis. q̄ dici
tur v̄tus q̄ hn̄tem pficit: ꝛ opus eius bonum red-
dit ꝛ opus malum prohibet ꝛ impedit nihil prohi
bet in appetitu sensitiuo virginis aliq̄d ponere cō
forme iustitie originali disponēs in ipm in omib⁹
ad expectandū iudiciū rationis. ¶ In quarta etiā
cōclusione deficiunt reducēdo impossibilitatē pec
cādi post secundam sanctificationem in solam ple
nitudinem ꝛ in incliationē gratie quia licet culpa
originalis ꝛ mortalis opponātur gratie secundū
totum ambitum suu3 quia cū minimo gradu gra
tie neutra stare potest secundū legem cōmunem:
tamen culpa venialis nō sic opponitur gratie: sed
bene opponitur gratie secundum statum cōprehē
sorum que nullā maculā patit̄ de lege cōmuni: sed
in statu viatoꝝ nō videt̄ q̄ culpa venialis oppo
nitur gratie secundum certum gradum: quia si es-
set aliq̄s gradus charitatis in via que excluderet
omne veniale q̄tomagis charitas plus accederet
ad illum gradum tanto minus haberet secu3 de ve
nialibus: sicut si calor in gradu proprio igni nō cō
patitur aliquā humiditatē q̄to aer citra illū gra
dum erit calidior tanto minus humidus: sed hoc
est falsu3 q2 aliq̄n qui plus habet de charitate pl⁹
habet de venialibus ergo non est aliq̄s grad⁹ gra
tie in via qui de se confirmet hominē vt non possit

2. opīo Durand. d. p̄nti q. 3.

veniali ter peccare. ¶ Secūda est opinio dicentiu3
ad p̄mam questiōem tria p̄ūmu3 est q̄d est fomes
ꝛ an possit ligari vel totaliter auferri. ¶ Scōm est
vtrum possit ligari vel auferri p solā gratia3 gra
tum facientē vel vlterius requirat̄ aliq̄s aliq̄ gra
tia gratis data. ¶ Tertia est verū p aliqua3 sancti
ficationem fuerit in beata virgine fomes ligatus

Quid ē fomes s3 Durandum.

vel totaliter ablatus. ¶ Circa ad primu3 sciendū
est q̄ fomes nihil aliud est q̄ incliatio habitualis
appetitus sensitiui in aliquod delectabile p̄ter im
perium rationis que quidem inclinatio esset i ho
mine in puris naturalibus cōstituto: ꝛ est inclina
tio maior ꝛ minor in homine secūdum alia3 ꝛ aliā
dispositionē corporis ꝛ causat in nobis p̄nitatem
ad malum ꝛ difficilitatem ad bonum: nec talis in-
clinatio dicit necessario aliquam rem sup appeti-
tum sensitiuum: licet actus eius qui est actualiter
incliari preter imperiu3 rationis possit esse aliq̄d
additum talis autem fomes secundum se est in no
bis quidem defectus nature actus autem eius sp
peccatum saltem veniale: talis etia3 inclinatio ha
bitualis potest ligari ne exeat in actu3: multis eni
modis potest impediri aliqua potentia ne totali-
ter exeat in actum vel tali modo: ꝛ secundum hoc i
beata virgine potuit remanere appetitus sensiti-
uus ꝛ habitualis inclinatio ad delectabile secun-
dum sensum preter imperium rationis. ꝛ tamen i
pediri ne vn̄q̄ tali modo exiret in actum: q̄d im-
pedimentu3 vel potuit esse aliq̄s habit⁹ ipsam for
maliter perficiēs vel diuina prouidētia ei assistēs
que impediebat ne aliq̄d occurreret q̄d talē motū
excitaret. ¶ Qualiter autem fomes possit totali-
ter auferri nō video quia naturalis inclinatio rei
accepta secundum potentiam vel aptitudinē non
potest auferri re manente q̄uis actualis inclina-
tio frequēter impediatur: sicut ab accidēte nō pōt
tolli quin sit aptum natum esse in subiecto. licet v̄
tute diuina in sacramēto altaris fiat q̄ nō sit actu
i subiecto. Similr ab humanitate nō pōt tolli q̄n
potest esse p se q̄uis in christo per se non subsistat.
Nec a graui tolli potest qnin sit aptu3 natum fer-
ri deorsu3 licet motus eius q̄nq3 impediatur: ꝛ cā
est q2 talis aptitudo nō est aliud a natura rei: cum
igitur fomes sit habitualis inclinatio appetitus
sensitiui: ꝛ se habeat ad appetitu3 sensitiuum sicut
naturalis inclinatio accepta secundum potentiā
vel aptitudinem non videt̄ q̄ possit auferri ab ap
petitu sensitiuo natura eius remanente. ¶ Et si di
catur q̄ habitualis inclinatio appetitus sensitiui
in delectabile secundum sensum absolute accepta
non potest auferri ab appetitu sensitiuo vt bene p
bat ratio. illa tamē que est preter imperium rōis
auferri potest: q2 in nobis est ex corruptione natu
re per peccatum: ꝛ hoc importatur nomine ic̄sua-
litatis vel fomitis non v3 quia eadem habitualis
inclinatio appetitus sensitiui est qua natus est fer
ri in obiectum suum siue scōm imperium ratiōis:
siue contra vel preter tota enim illa differētia est i
actibus vel in modo actuu3: sed potentialis incli-
natio est indifferēs nec sunt due inclinatiōes qua
tum vna est a natura alia a peccato: sed vna ꝛ eadē
que est a natura per se: a peccato autē sicut a cā re
mouente prohibēs: q2 p peccatu3 ammota est ori-
ginalis iustitia que prohibebat ne appetitus sen-
sitiuus ferretur in obiectum suum preter imper i
um rationis ꝛ sic impediebat talem actum: sed nō
tollebat potentiam vel inclinationem habituale3
¶ Quid est ergo quod dicunt doc. q̄ fomes potest
totaliter auferri remanente appetitu sensitiuo: ꝛ
ablatus fuit ab adam ꝛ a christo ꝛ auferetur a re
surgentibus: dicendum q̄ dictu3 eorum potest sal
uari secundu3 mentem eorum sic. fomes enim nō
nominat appetitum sensitiuum precise sed prout
est pronus ad malum hec autem pronitas potest
impediri dupliciter ne exeat in actum vnomō per
causam extrinsecam puta per prouidentiam diui
nam ꝛ tunc potest ligari. Alio modo per qualita-
tem vel dispositionem aliquam intrinsecam vl ha
bitualem sicut fuit forte in statu innocentie ꝛ per-
fectius erit resumpto corpore in resurrectione: ꝛ
sic dicitur fomes auferri non solum ligari quia li
gamen videtur aliud extrinsecu3 vocare. licet neu
tro modo ipsa habitualis inclinatio secundum se
tollatur. et sic patet primum. ¶ Quantu3 ad secū
dum. s. an per solam gratiam gratu3 facientē pos
set fomes ligari vel auferri dicendum q̄ non vide
detur quia aut gratia gratum faciēs hoc faceret
mediate vel immediate: non immediate quia ipsa

nō ꝑfic ꝛ appetitū sensitiuū. null⁹ aūt habit⁹ ime=
diate disponit nisi ad actum illius potētie quem
perficit. Nec mediate: quia illud medium non es=
se t nisi actus volūtatis perfecte ꝑ gratiam: habi
tus autem non perficit actū imperatum nisi me=
diante electio: sed actus voluntatis q̄tumcunq̄
perfecte ꝑ grām nisi plus ponat nō pōt impedi=
re quin appetit⁹ sensitiu⁹ possit aū exire in actum
respectu obiecti sui preter iperiū rationis. ꝑ grā
nō pōt hoc mō ligare vel auferre fomitē. ¶ Q̄z
aūt act⁹ volūtatis ꝑfecte ꝑ grām nō possit appeti
tū sensitiuū ipedire ꝑdicto mō ꝓbat sic. Grā gra
tū faciēs videt solū hec duo facere. scʒ volūtatez
iclinare efficacit ad bonū: ꝛ reddere actū merito=
riū: sʒ ex neutro istoꝝ fit ꝙ appetit⁹ sensitiu⁹ plus
obediat rationi q̄ sine istis: q̄re nō videtur ꝙ per
solā gratiā gratū facientē appetit⁹ sensitiu⁹ pos=
sit ligari ne ferat in obiectum suū ꝑter iperiū ra=
tionis. si ergo liget ꝑ aliquē habitū oportet ꝙ sit
aliqḋ donū ꝑ qḋ disponat sensus ꝛ appetit⁹ sensi=
tiu⁹ formaliter: sic ꝙ nihil iudicet cōueniēs scḋm
sensum qḋ nō sit cōueniēs scḋm ratione: ꝛ hoc suf
ficiat de tertio: q: pleni⁹ dicet qū tractabit de vir
tutib⁹/ q̄liter appetit⁹ sensitiu⁹ possit obedire vel
nō obedire rōni. ¶ Quantū ad tertiū/ scʒ an fo=
mes fuerit in beata virgīe ꝑ aliquā scrificationē
ligat⁹ vel totaliter ablat⁹ eo mō quo auferri pōt.
Dicendū ꝙ ꝑ ꝑmā scrificationē fuit soluʒ ligat⁹:
sed ꝑ secundā fuit ablat⁹: qḋ patʒ vnica rōne sic.
Fomes dī ligari qū appetit⁹ sensitiu⁹ ꝑ causaʒ ex
trinsecā ipedit ne ferat i malū. Auferri ꝟo dī qū
idē fit ꝑ habitū intrinsecū. sed post ꝑmā scrifica=
tionē beate ꝟginis ipediebat in ea appetit⁹ sensi=
tiuus ne ferret in malū solū ꝑ diuinā ꝓuidentiā
assistentē. post secundā ipediebat ꝑ habitū ipsam
ꝑficientē. ergo ꝑ ꝑmā scrificationē fuit fomes li=
gatus: sed ꝑ secundā fuit ablat⁹. Maior patet ex
supradictis. Minor ꝓbat: q: cū reparatio hūa=
ne nature fuerit facta ꝑ xp̄m: sicut null⁹ ante xp̄m
glificat⁹ est quo ad aīam. nec plene liberat⁹ ē a ser
uitute corruptionis quo ad corp⁹. Ipse eñ surre
xit ꝑmitie dormientiū ad statū ꝑfecte imortalita
tis. sic null⁹ ante ipm ꝑfecte liberat⁹ est a fomite/
qui est iobediētia viriū sensitiuarū ad rōnē cum
hoc sit q̄dā inchoatio btitudinis corꝑis ſm quā
corp⁹ erit plene subiectū spūi. Corp⁹ autē xp̄i nō
fuit ante a fomite liberatū q̄ conceptū: ergo nec
corp⁹ btē virginis anteq̄ conceperit ꝑmi. cū qua
cōceptiōe cucurrit secūda scrificatio. In ꝑma er
go scrificatione ligat⁹ fuit fomes ꝑ diuinā ꝓuidē
tiā assistentē. sed in secūda sublat⁹ fuit ꝑ habitū/
appetitū ipsi⁹ ꝑficientē. ¶ Ad secundā q̄stionē di
cūt ꝙ est alia a ꝑcedēte: q: q̄uis ꝑ ꝑmā vel secun

Ad scḋā q̄stionē Durā. dis. ꝑūa. q. 4.

dā scrificationē btā ꝟgo fuisset totaliter liberata
a fomite: nō tñ fuisset ꝓpter hoc firmata in bono
ita ꝙ nō posset peccare: q: peccare ex inclinatiōe
fomitis est peccare ex ifirmitate siue ex passione
Cōtingit aūt aliter peccare q̄ ex ifirmitate siue ex
passione: scʒ ex ignorātia vel ex electione siue ex
malicia. ergo ablatio vel ligatio fomitis non po=
test esse causa totius impeccabilitatis. ¶ Item
in angelis nō est fomes nec fuit i ꝑmis parētib⁹ i
statu inocentie: vel saltem fuit in eis ligat⁹: et tñ
tam angeli q̄ primi parentes peccauerunt. ergo
carere fomite non potest esse sufficiens causa vel
ratio quare aliquis nō possit peccare. ¶ Restat

ergo inquirendum verum beata virgo fuerit per
aliquam sanctificationem a deo confirmata in bo
no ꝙ peccare non posset. Et dicendum ad hoc ꝙ
confirmari in bono potest contingere dupliciter.
Uno modo ex dono inherente. Alio modo ex ad
iutorio cōstāte. Primo modo nullus pur⁹ via=
tor confirmatur in bono adeo ꝙ peccare nō pos=
sit: sed soli beati. Cuius ratio est: q: existente pos
sibili defectu in ratione/ possibile est volūtatē pec
care in electione volūtatis: q: electio volūtatis
sequit iudiciū rationis. ꝛ hoc satis bene ꝓbatum
fuit. 2. lib. dis. 7. sed in ol viatore est aliquis defe=
ctus possibilis in ratione vel defect⁹ erroris vel
ignorantie vel nescientie/ vel saltē inconsideratio
nis. Soli eñ cōprehensores hoc habent ꝙ semꝑ
vident actu in essentia diuina quicq̄d ad eos ꝑti=
net. Null⁹ eñ viator semꝑ cōsiderat actu quicq̄d
ꝑtinet ad eū. ergo videt ꝙ nullus pur⁹ viator pos
sit ꝑ aliquod donū sibi inherens sic confirmari in
bono ꝙ nō possit aliq̄n peccare peccato cōmissio
nis vel omissionis. Nō eñ apparet ꝑ quale donū
possit viator habere ꝙ semꝑ cōsideret ea q̄ ad ip=
sum ꝑtinere possunt: ꝓpter quod cū beata virgo
fuerit pura viatrix nō videt ꝙ hoc modo fuerit ꝑ
aliquam sanctificationem confirmata sic vt pec=
care non posset. ¶ Scḋo autem modo credibile
est beatam virginem confirmatam in bono ex di=
uina prouidentia sibi consistente/ et preseruante
eius liberum arbitrium ne inclinaretur in malū
non cogendo ipsum sed inclinando ꝛ iuuando ip
sum ad bonum/ quo existente ipsa non potuit pec
care. sicut homo currens non potest non currere
dum currit. Hoc autem adiutorium habuit bea=
ta virgo per vtranq̄ sanctificationem: sed plení=
us et perfectius per secundam. Et hoc persuade
tur dupliciter. Primo sic. Quia gloria filiorum
sunt patres eorum/ vt dic ꝑ ꝓuerbioꝝ. 17. ꝛ econ
uerso. Ignominia parentum redundat in filios.
Propter quod si mater aliquādo actualiter pec=
casset ignominia ei⁹ aliquo modo in filiū redū=
dasset: quod non decuit. ¶ Scḋo modo quia si=
cut ipsa fuit media inter filium qui fuit sanct⁹ san
ctorū/ ꝛ alios sanctos: ita decuit ꝙ mediū gradū
sanctificationis teneret: sed filius ei⁹ nullum ori=
ginale contraxit nec actuale commisit. alij autē
sancti ꝛ originale contraxerunt ꝛ actuale cōmise
runt. ergo consequēs fuit vt mater originale ha=
beret sub xp̄o: sed preseruari debuit ab ol actua=
li super aliquos scōs. iuxta dictū Ansel. in ꝑce=
dentib⁹ allegatum. Quia decuit vt illius homi=
nis. id est xp̄i conceptio ex purissima matre fieret
que ea puritate niteret qua sub deo nequit maior
intelligi. Quid autem veritatis ꝛ falsitatis ha=
beat hec opinio/ inquiretur in sequentib⁹. ¶ Un= 3. opinio q̄ ē doctoris
de est tertia opinio habēs q̄tuor articulos scḋm
ordinem ꝑcedencē. Prim⁹ est de quidditate ipsi⁹
fomitis/ ligatione/ ꝛ ablatione habēs q̄tuor con
clusiōes. Prima est de qd noīa ei sit. Ubi sciēdū
ſm doc. ꝙ fomes habet octo nomina. Dicitur fo
mes a fouendo: quia est nutrimentum peccati et
radix et origo in his qui peccant ex passione vel
infirmitate: q̄uis prima radix peccati fuerit vo=
luntas/ non sensualitas. Scḋo dicit ignis q: ipi
rat calorē male inflammantē ꝛ ꝑ accidēs timorē
male humiliantē: q: timor de amore ꝓcedit: sicut
esse calidum per se calefacit: per accidens autem

frigefacit : imo ad litteram per concupiscentiam
caro calescit ꝛ inflāmaṫ. ¶ Tertio dr̄ langor na=
ture. nā sp̄s quidē prompt⁹ ē caro aūt infirma ap=
petēs ea q̄ sibi sūt noxia ꝛ fastidiēs vtilia vt infir
m⁹. Nā natura bn̄ disposita nō appetit contraria.
¶ Quarto tirānus: qr exigit quod nō debeṫ sibi
iob clamorē exactorū non audit ꝛ vult dn̄ari sp̄ui
cōtra ordinē debitū ¶ Quinto lex carnis quia
ex carne cōtrahiṫ. ¶ Sexto lex mēbroꝝ qr lȝ sit i
essentia aīe magis tn̄ effect⁹ eius apparet in mē=
bris et specialr̄ gn̄ationis qr plus ceterū mouere
tur i cōtrariū rōnis ꝛ ꝟtualit̄ qr ꝑ actū illū tradu
ciṫ. ¶ Septimo cōcupiscētia quo ad actū q̄ cōcu
piscit aduers⁹ sp̄m ꝙ ꝯcupiscit aliq̄d qr ē hitualis
inclinatio appetit⁹ sensitiui in delectabile sm̄ sen
sū p̄ter imperiū rōis tn̄ melius dr̄ in bonum sensi
bile vt cōp̄hendat arduū et delectabile qr etiam
irascibilis inficitur dū sumus ꝓni ad iram ꝛ vin=
2.cōclusio dictā et pugnā. ¶ Scd̄a ꝯclusio ē de q̄d rei vr̄ eē
Fomes quid est. fomes ꝓut de ipso loquunṫ doc. sc̄ti essentialiter
eē iclinatio aptitudinalis sensualitatis in sensibi
le p̄ter vel ꝯtra iperiū rōnis recte dico aūt iclina
tio positiue: qr de culpa actuali etiam si null⁹ hit⁹
relinq̄ṫ: fit homo ꝓnior ad secūdū pctm̄: qr pctm̄
p̄imū suo pondere ad aliud trahit illud tn̄ nō dr̄
fomes. ¶ Secūdo dr̄ aptitudinalis: qr actualis
inclinatio nō est fomes qr effect⁹ ei⁹ q̄ ē pctm̄ i oī
habēte vsū rōis: nō aūt in carēte eo sicut i fatuis
ꝛ dormientibus. fomes aūt nō est culpa sed pena.
¶ Tertio dr̄ sensualitat; nō ꝓut sonat i aptitudi
nalē rebellionē qr sic sensualitas ē idē ꝙ fomes sȝ
prout dicit naturam appetit⁹ sensitiui q̄ est subie
ctum fomitis secundū rationē. ¶ Quarto diciṫ
insensibile generalit̄ et ad differentiā ꝓnitatis in
malū ꝛ tarditatis ad bonū que est in volūtate ex
ꝯmixtiōe ad sensualitatē. de q̄ Augustin⁹ p̄uolat
itellect⁹ seq̄tur tardus aut null⁹ affect⁹: q̄ tn̄ nō ē
fomes qr nō ē p̄ma radix hui⁹ mali sȝ sēsualitas.
vn̄ sensus ꝛ cogitatio hūani cordis in malū ꝓna
sūt/ p̄mittit sm̄ cognitionē qr cognitio ē ex pte se
sus. Et illd̄ corp⁹ qd̄ corrūpiṫ aggūat aīas ꝛ trēa
inhitatio deprimit sensū. ¶ Quinto dr̄ p̄ter ipiū
rōnis qd̄ est deordiatio in morib⁹ sicut pōere cur
rū ante boues in agibilibus qr licȝ sentire necce=
sario p̄cedat itelligere: tn̄ appetere sensitiuū de=
bet seq̄ appetere itellectiuū. qd̄ facile est videre si
appetit⁹ sensitiu⁹ pōt imediate moueri ab intelle
ctiuo. sed nō pōt moueri nisi mediāte sensu ꝛ ab il
lo moueṫ de necessitate: tūc est difficile videre qr
sentire practicū puta existimare ad ꝓsequendum
vel fugiendū statim sequiṫ appetit⁹. et sic p̄cedit
intelligere practicū: ꝛ ꝑ ꝯsequēs appetere itelle=
ctiuum. Sed dicendū ꝙ ex sola fantasiatiōe siue
estimatione pōt intellect⁹ practicare et voluntas
appetere: ꝛ sic in parte estimatiue et ea mediante
imperare appetitui sensitiuo: ꝛ sic semꝑ eē debet.
¶ Sexto dicitur contra imperiū : qr non solum
a fomite moueri potest: sed moueri contra: qr ca=
ro concupiscit aduersus spiritum. Sed ista con=
Nota. trarietas potest accipi dupliciter. Uno modo ꝓ=
ut est in habitu: et sic idē est preter ꝛ cōtra: nec est
peccatuȝ. Alio modo actu: ꝛ sic est aliud: ꝛ moue
ri preter est peccatum veniale : moueri autē con=
tra nō est peccatū vt videṫ aliquib⁹: qr eodē actu
non est meritū et demeritū: sed qn̄ contra volun
tatem caro moueṫ homo mereṫ per illam volitio

nem. ergo non demereṫ per illā: nec per concupi=
scere: qr illud quod contingit nobis nolentibus:
non est culpa sed pena. ¶ Si dicatur ꝙ prius po
tuit cohibere ne sequereṫ preueniēdo: tūc est cul=
pa omissionis in primo/ non in isto. ꝛ sic posset in=
telligi auctoritas Augustini. Nonnullū est pec=
catum qn̄ caro concupiscit aduersus spiritum et
preter voluntatē contra bonū sp̄us: vel qn̄ cōtra
voluntatē est peccatū non pro tunc sed ante. Sed
tamen est cōis opinio ꝙ vel pro tunc est peccatū:
qr lȝ accidit nobis nolentib⁹ etiā ꝯsiderata volū
tate ꝓ tunc: nō tamen considerata ꝓximiori tem
pore qn̄ potuit primo ipedire. ¶ Septimo diciṫ
rationis recte aptitudinaliter: qr fomes inclinat
scd̄m imperiū rationis errantis ꝛ ꝑuerse in ma=
lis magis ꝙ̄ inclinet p̄ter vel contra iperium ra
tionis recte in bonis. ¶ Tertia conclusio est de 3.cōclusio
ligatione ipsius: et qr fomes nihil aliud est ꝙ̄ ip
se appetitus scd̄m rem loquendo pōt ligari. i. ipe
diri ne exeat in actum/ sicut bene declarat vtraq̄
opinio p̄cedēs. Et ꝙ diuina ꝓuidentia possit im
pedire actum non solū subtrahendo incitatiuuȝ:
imo etiā ipediēdo ipsum p̄sentatū ne moueret ap
petitū. Sicut eīn deus pōt suspendere naturaleȝ
actionē agentis approximati sicut fecit in cami=
no pueroꝝ. sic pōt impedire aīalē ne scȝ apprehen
siua moueat appetitiuā: ꝛ ne speculatiua extēda
tur ad praxim. ꝛ si quidē ad praxim nō extendaṫ/
certū est ꝙ nō erit culpa: sed si sit iudiciū practicū
sine electione sequēte/ adhuc videṫ esse culpa: qr
omne qd̄ est ꝯtra rationē rectā ꝛ in potestate nr̄a
est culpa. Nōi aūt est non solum electio praua/
imo et cōclusio concilij non recta. ergo in vtroq̄
actu ꝛ in vtraq̄ potētia cōsistit formaliter culpa.
incoatiue q̄dē in intellectu: ꝯpletiue in volūtate:
ꝑfecte in vtroq̄ et essentialit̄. Unde vtrūq̄ opor
tet ipedire si debeat fomes ligari ne exeat i actū
peccati: sed ꝙ solus habit⁹ ꝑficiens possit totali=
ter ligare ꝛ potētiā necessitare/ difficile est videre
et videbiṫ in secūdo articulo. ¶ Quarta cōclu= 4.ꝯclusio
sio est de totali ablatione fomitis vel extinctione
Ubi sciēdū ꝙ manēte potētia sensitiua nō pōt au
ferri scd̄m id qd̄ est/ cū sit vnū ꝛ idē: sed scd̄m qd̄
fomes distinguiṫ a naturali potentia: sic pōt dici
et ligari ꝑ ipedimentū extrinsecū ꝛ auferri ꝑ in=
trinsecū. sicut licet sint idem re materia ꝛ sua po=
tentia ꝛ sua priuatio: ꝛ ꝑ consequens ꝙ̄diu durat
materia durant ista scd̄m id ꝙ sunt: scd̄m tamen
ꝙ ratione distinguuntur ab ea tollitur/ ea manē=
te: quia eīn potentia addit respectū rationis ad
formam distantem: ideo aduenientе forma iā ma
teria non est in potentia ad illam formam: sed in
actu. ꝛ similiter iam non est cum priuatione illius
sed cum positione. Ita in proposito: qr fomes su=
per aptitudinalem inclinationem addit priuatio
nem rationis vel positionem oppositi rationis.
Unde qn̄ aliquid additur potentie per quod ne=
cessario determinatur ad subiectionem rationis
dicitur auferri. Et ꝑ hoc patȝ responsio ad id qd̄
obijciūt isti de secūda opinione in fine primi arti=
culi. ¶ Secundus articulus est / per quid possit Secund⁹ articulus
fomes ligari vel auferri: vbi sunt quattuor cōclu
siones. Prima ꝙ per diuinam prouidentiam so= 1.cōclusio
lam non potest dici fomes proprie ligari vel au=
ferri. Ligari quidem : quia non omne impe=
diri/ est ligari. Impediri enim per priuationem/

nõ e ł ligari: vt si hoi amputeꝛ pes vel crus: ille
impediꝛ qdẽ sed nõ ligaꝛ: sed p appositionẽ ꝯtra
eꝫ sicut pes cõpediꝛ vel crus funel gaꝛ. licꝫ ergo
ds possit potẽtiã ipediꝛ ne exeat ĩ actũ p solã sub
tractionẽ sue influentie vel obiecti: nisi tñ hoc fa
ciat p appositionẽ alicuiꝰ cõiũcti totaliter vel in=
formãtis hitualiꝛ nõ dꝛ potẽtia ligari: qꝛ qđ iest
formaliꝛ alicui vel essentialiꝛ licꝫ cũ hoc icludat
respectũ ad aliud nõ põt dici auferri p qđcũqꝫ ex
trisecũ etiã ꝯtrũ ad illũ respectũ nisi mediãte aliq̃
formaliꝛ intrinsecꝰ apposito: sicut põa vel ꝑuatio
ꝯ mã nõ tolliꝛ quacũqꝫ virtute nisi forma mediã
1.cõclusio te. ¶ Secũda cõclusio est ꝙ ista ligatio vel abla
tio nõ est p speciẽ etiã inherentẽ. posset eñ deꝰ fa=
cere ꝙ ĩ sensu nõ fieret aliq̃ species nisi repñsentãs
scđm iudiciũ rõnis/ vel ad quã nõ seq̃reꝛ actꝰ nisi
sequẽs iudiciũ recte rõnis: sed p hoc non diceret
sensus ligari/ nec etiã eius appetitudo auferri: si
cut habitꝰ vniꝰ sciẽtie q̃ nõ inclinat nisi ad actum
suũ: nõ ꝑpter hoc ligat potẽtiã nec ipedit ꝙtum
est de se nisi forte p accidẽs qñ exeat ĩ actum alte
rius sciẽtie: sed remotio vel ꝑuatio alteriꝰ illa ĩ=
3.cõclusio pedit: sed illud ipedimẽtũ nõ est ligatio nec abla
tio vt dictũ est. ¶ Tertia cõclusio ẽ ꝙ nec est per
actũ quẽcũqꝫ qꝛ ligamẽ ꝛ ablatio dicunt q̃dã ipe=
dimẽta ꝑmanẽtia. actꝰ autẽ est qđdã trãsiẽs et nõ
ꝑmanẽs. Unde p actũ suũ vel superioꝝ nõ dꝛ po
tẽtia ligari vel eiꝰ appetitudo auferri licet possit
ipediri p actũ suũ vel superioris ab alio actu suo
Videꝛ eñ ꝙ cõtra ipẽriũ volũtatis nõ possit eẽ
in appetitu sensitiuo affectio cõtraria: qꝛ si posset
sensualitas appetere videre mulierẽ cõtra ꝓhibi
tionẽ voluntatis: tunc hõ aperiret oculos ad vi=
dendum mulierẽ vellet/ nollet: qꝛ posita causa ĩ=
mediata ponitꝛ effectus. motus autẽ mẽbroꝝ exte
rioꝝ imediate causaꝛ ab appetitu sensitiuo. Hoc
autẽ est cõtra experiẽtiã: ꝙ autẽ in aliqb᷒ mẽbris
sit motus ꝯtra iperium actuale voluntatis est nõ
pp aliquã ꝯtrariã cõcupiaꝫ in sensu actu: sed ꝑpẽ
cõmotionẽ vel calefactionẽ naturalẽ excitatã añ
contradictionẽ voluntatis q̃ ex necessitate natu=
4.ꝯclusio re agẽs nõ statim põt cohiberi. ¶ Quarta ꝯclu=
sio est ꝙ tã ligatio ꝙ ablatio põt fieri p habitum
inherentẽ. sed hoc difficile est videre: ꝛ qdẽ de ha
bitu acq̃sito est ꝯtra experiẽtiã/ ꝛ siłr de habitu ĩ=
fuso eiusdẽ rõnis cũ aliis vt dictũ est ꝯtra primã
opinionẽ: sed de habitu alteriꝰ rationis ꝛ ꝯformi
originali iusticie nõ videꝛ icredibile qñ deꝰ de po
tẽtia absoluta in ceteris: ꝛ de ordinata in btã vir
gine p primã sctificationẽ potuit cõferre talẽ ha
bitũ non qdẽ vnũ numero sed tres: qꝛ sicut liberũ
arbitriũ ꝯprehẽdit apphẽsiuã appetitiuã intelle
ctiuã ad cuiꝰ pfectã habituationẽ in bono ꝛ ĩ ma=
lo in vtraqꝫ potẽtia poniꝛ habitꝰ: sic fomes ꝯpre=
hendit estimatiuã ꝛ appetitiuã vtrãqꝫ. Unde ad
eiꝰ pfectã ligationẽ req̃riꝛ in quolibet habitꝰ spe=
cialis quo determinaꝛ vt non moueaꝛ ab obiecto
imediato nisi mouẽte in ṽtute voluntatis ipsum
mouẽtis. sicut si deꝰ ipimeret aliquã formam li=
gno p quã nõ posset ab igne calefieri nisi ignis es
set motꝰ a celo cuiꝰ est natũ esse organũ: licet sine
celo alis posset calefacere. Sic eñ est in ꝓposito:
qꝛ licet fantasia nata sit mouere estimatiuã/ ꝛ il=
la appetitiuã ꝓpria virtute vt pꝫ in brutis: tñ in
hoie nata sunt moueri a rõne/ ꝛ scđm hanc motio=
3.articulꝰ. nẽ mouere alia. ¶ Tertiꝰ articulꝰ est quõ ꝛ qñ fo

mes in btã ṽgine fuerit ligatꝰ et ablatꝰ: vñ sunt
quattuor ꝯclusiones: Prima ꝙ fomes fuit in btã 1.cõclusio.
ṽgine p p̃mã sctificationẽ in vtero mřis sue. Li=
gatus. põt dici aliqs hñe pedes ligatos qñ hꝫ in
eis ferrã qua ipediꝛ ne libere ꝛ prõpte possit ire/
licet cũ eis possit aliq̃liter ire. et sic gñaliter oĩs
põa põt dici ligari p habitũ determinantẽ ad vnũ
sic ꝙ nõ prõpte ꝛ libere durãte habitu feraꝛ in op=
positũ. Sed sic nõ loq̃mur de ligatione potentie:
sed sicut dꝛ rõ ligari in somno: nõ qꝛ nõ possit exi=
re in aliquẽ actũ: sed qꝛ nõ põt exire in actũ q̃ de=
bebat dici actꝰ rõnis simpliciꝛ: qꝛ tũc nõ hꝫ hõ p=
fecte vsum rõnis. Sic qꝛ p primã sctificationẽ col
latũ est btẽ virgini vt nõ possit peccare mortaliꝛ
qđ ẽ pctm̃ simpłr: nõ ãt ꝙ nõ possit peccare veialr
qđ est pctm̃ scđm qd. Inde ẽ ꝙ fomes q̃ dicit essen
tialiter ꝓnitatẽ ad pctm̃ dꝛ fuisse ligatꝰ in ea per
primã sctificationẽ inq̃tũ intrisece ipeditꝰ fuit vt
nõ posset iclinare ad pctm̃ simpłr sed scđm iqud.
¶ Secũda cõclusio est ꝙ p secundã sctificationẽ 2.cõclusio
qñ dei filiũ cõcepit fuit fomes in ea totaliter ex=
tinctꝰ ꝛ ab ea ablatꝰ qꝛ ex tunc nõ potuit peccare
nec mortałr nec veniałr: nec ex inclinatõe fomitꝭ
qđ est ad ꝓpositũ/ nec aliter. Unde ponaꝛ ꝙ for=
ma ipressa ferro a magnete scđm ꝙ inclinat ad ip
sum absolute voceꝛ a. ipsa eadẽ scđꝫ ꝙ ĩclinat sur
sum determinate qñ ꝯtingit magnetẽ esse sursum
voceꝛ b. Ulteriꝰ ponaꝛ ꝙ aliqd sibi imprimatur
p quod ipediaꝛ ferri sursuꝫ etiã magnete ibi posi
to: sed non ipediatur alibi sequi magnetẽ poterit
dici ablatũ b. ꝛ nõ a. Sic autẽ est in ꝓposito quia
potẽtia naturalis dicit aptitudinẽ ferẽdi in sensi
bile absolute. sed fomes dicit determinate aptitu=
dinẽ ferẽdi in sensibile ꝑter vel cõtra rationẽ. Si
ergo aliqđ ponaꝛ p quod nullo modo possit fer=
ri preter vel contra rationẽ diceretur fomes scđm
ꝙ fomes est auferri totaliter. sic autem est in pro
posito qñ in sensu nulla remansit pronitas ad ma
lum: et collata est pronitas ad bonum: ideo ꝛc.
¶ Tertia conclusio est ꝙ vtrunqꝫ factum est per 3. cõclusio
habitum inherentem: nam de secunda sanctifica=
tione scriptum est. Spiritussanctus superueniet
in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Per qđ
significatur non sola exterior assistentia spiritus
sancti ꝓhibens contrarium: sed infusio alicuius
doni formaliter pficientis et refrigerantis: imo
extinguentis concupiscentiam carnalem. De pri
ma autem sanctificatione patet p simile: qꝛ cum
ipsa non fuit minus pfecte sanctificata ꝙ Hiere
mias aut Johãnes baptista: sicut dicit Ber. in
epistola ad lugdunẽs. de Hiere. anteꝙ exires de
vulua sanctificaui te. De Johãne autem Reple=
bitur spiritu sancto adhuc ex vtero matris sue. q̃
ambo sonant in formalem ꝛ habitualem pfectio=
nem. Ideo si illi confirmati sunt/ ne ex tunc mor=
taliter possent peccare: et hoc per habitum inhe=
rentem fomitem ligantem/ et cum hoc per diui=
nam prouidẽtiã vt videtur probabile multoma=
gis virgo. ¶ Quarta conclusio est de modo pos 4. ꝯclusio
sibilitatis: quia qualis est vnusquisqꝫ talis sibi fi
nis videtur. si ergo habitus acquisitus vel infu=
sus communis et consuetus potest sic appetitus
disponere ꝙ apprehensiua non potest nisi confor=
miter ad illum iudicare. sicut per naturam cole=
ricus humor potest linguam inficere sic ꝙ nichil
possit amarum iudicare quantumcunqꝫ sit in se

dulce. Et multomagis potest deus aliquid sen=
sui imprimere per qd nichil potest iudicare pse=
quendū vel fugiendū nisi sm iudiciū rōnis pmū
Quartus articulus. ¶ Quartus articulus est de immunitate peccādi/
et ipossibilitate siue ɔfirmatiōe btē ɣginis: ꝛ ha=
Prima cō clusio. bet q̄ttuor ɔclusiones. Prima est q btā ɣgo nūq̄
actualiter peccauit nec mortaliter nec venialiter
sicut dicūt oēs scti/ ꝛ vniuersalis eccl'a confitet.
Et patet ratione: qꝛ qlibet bon⁹ fili⁹ debet serua=
re matrē suā a pctō q̄tū pōt ꝛ decet: sed xp̄s po=
tuit ꝛ eū decuit matrez ab oi actuali pseruare: qꝛ
opprobriū ē filio habere matrē male vite / maxie
Secunda conclusio. qn̄ hoc pōt ipedire: ergo ꝛc. ¶ Secūda cōclusio
est de causa hui⁹ ipeccabilitatis/ vbi sciēdū scđm
pcedentē opinionē q ligatio vel ablatio fomitis
nō potuit esse tota ꝛ sufficiēs causa/ cū nō solū in
carētib⁹ fomite puta angelis/ imo etiā in habēti=
bus fomitē: sicut i nobis in statu nature corrupte
posset esse pctm̄ aliter q̄ ex fomite. ¶ Itē sola di
uina puidētia posset eē sufficiēs cā ipeccabilitatis
sicut ipsi bn̄ dicūt. Sz pter hoc videt q in viato=
re possit poni habit⁹ aliq̄s supnaturalis hominez
cōfirmās vel hoīs ɔfirmatiu⁹: et q talis fuit in
beata virgine respectu mortalis in pma sctifica=
tione: ꝛ respectu ōis pctī in scđa. Sicut em̄ sensus
qui nō decipit circa ppriū obiectū ꝛ determinat de
necessitate nature ad ipm pōt sic p habitū altera=
ri vt decipiat ꝛ necessario determinet ad opposi=
tum. sicut egrot⁹ p infirmitatē iudicat dulce ama
rū: multomagis liberū arbitriū qd respectu finis
est determinatū: respectu vo aliorū ideterminatū/
pōt p aliquē hitū determinari respectu eorū q̄ sunt
ad finē sic vt nō possit decipi nec deficere i iudicā
do vel eligēdo aliqd nisi eo mō quo est pporcio=
natū fini/ maxime cū hoc sit nature ɔsentaneum.
Probat. ita pōt hō habituari in aliqua sciētia q
sic habet in promptu oēs cōclusiones et pncipia/ q
nec subito nec aliter pōt vnq̄ errare in iudicādo
ꝛ hoc nō solū de vna sciētia sz de plurib⁹. ergo cū
deus de oi materia morali possit pfectissimū ha=
bitū īfundere ꝛ firmissime radicare poterit. sic p
ɔsequēs hoiem hituare q rō nō poterit errare: et
p ɔsequēs nec volūtas peccare salt̄ē pctō cōmis=
sionis. Preterea habit⁹ pfectissim⁹ nō stat cū actu
ɔtrario: qꝛ qlibet act⁹ iducit aliquē gradū sui ha=
bitus: suprem⁹ autē gradus vni⁹ habit⁹ ɔtrarij nō
stat etiā cū infimo alterius. pōt aūt deus oēm vir
tutem in supremo gradu infundere ꝛ in ipso tene
re: ergo cū oē pctm̄ cōtrariet alicui virtuti potest
deus p habitū virtutū sic hoiez pficere vt p illas
fiat ipeccabilis/ et nō solū pctō cōmissionis/ imo
etiā pctō omissionis: qꝛ virt⁹ acq̄sibilis p naturā
remitteret p pctm̄ omissionis. Si ḡ virtus semp
stet in supremo gradu irremissibiliter ꝛ nō possit
remitti per qđcūq̄ pctm̄: ergo p eas sic manētes
homo ab oi pctō pseruat: ꝛ sic etiam p habit⁹ eius
dē rōnis cū acq̄sitis ꝛ infusis cōibus pōt hō fieri
ipeccabilis vt videt/ qd supra negabat. Sed ve=
rū est q ratio solubilis est: qꝛ diceret q oīe pec=
catū cōmissionis ꝛ omissionis natū est remittere
virtutē oppositā si eā inueniet sue nature dimis=
sam. sed de⁹ pōt illā remissionē ipedire: sicut pos=
set ipedire remissionē frigiditatis aq̄ iuxta ignez
Sic igit p infusionē ꝛ cōseruationē oim virtutuz
acq̄sibiliū i summo gradu pbabiliter potuit bea=
ta fieri ipeccabilis oino p secundā sctificationem

iter quas etiā intelligant fides/ spes/ ꝛ charitas/
acquisibiles que vsq̄ tunc creuerūt in ea ꝛ ex tūc
fuerunt inaugmentabiles et indiminute. Sed in
prima sctificatiōe hoc nō habuit: sed p solum ha=
bitum gratie que vsq̄ ad mortē pfecit in ea/ fuit
ipeccabilis peccato mortali: qꝛ data fuit sibi pri=
ma gratia inamissibiliter. q̄diu autez stat gratia
nō pōt cū ea peccari mortaliter. ergo p speciales
gratie radicationē in ea/ facta est ipeccabilis pec
cato mortali: ꝛ hoc sonāt vba quib⁹ dicit cōfirma
ri. vt scz firmitas grē ꝛ virtutū sit sibi causa itrin
seca nō peccādi. ¶ Si qs autē in hoc vult sustine
re secundā opinionē pōt respondere ad istas q̄t=
tuor rationes. Ad primā q licet posset infundi ha
bitus vie q̄ nō pmiserat errare in iudicando nec
peccare ex errore: nō tn̄ q̄ faceret oia simul consi
derare et ideo ex icōsideratiōe siue errore pōt eē
pctm̄. vt in pmo pctō hoīs ꝛ angeli/ ꝛ preterea sine
hoc pōt esse pctm̄ omissiōis. Ad secūdā p idē. Ad
tertiā rn̄det eodē mō. Ad q̄rtā sicut ad tertiā q licet
mortale tollat gratiā sibi dimissam nō tn̄ spāliter
cōtra legē cōmunē a deo retentā. ¶ Tertia con= Tertia cō clusio.
clusio ē de aliis sctificatis i vtero qꝛ de Hiere. ꝛ Jo
hanne baptista oēs tenēt. De Jacob aliq̄ ppter il
lud ad Rom. 9. Cū mundi nati fuissent dictū est
Jacob dilexi/ licet illud pōt referri ad pdestina=
tionē/ sicut ꝛ illud. In charitate ppetua dilexi te.
Quia sicut dr̄ Jacob dilexi: sic dr̄ Esau odio ha
bui. Sed illud nō ponit in illo specialē maliciam
sed solū eternā reprobationē. ergo nec econuerso
De beato Remigio dicūt remenses q fuit sctifi=
cat⁹ in vtero: qꝛ ꝛ ab heremita pnunciat⁹/ ꝛ preci
bus obtent⁹: ꝛ lacte matris ipsiidē heremita ce=
cus illuminat⁹ est. Et hoc nō est cōtra fidē crede=
re qd cōiter tenet ecclesia remēsis/ q̄uis scolasti=
ci parisiēses hoc nō dicāt. Quia Hieremiā ɔstat
sanctificatū quo cū nō est erroneū ponere beatū
Remigiū sanctiorē nec nō credere est contra fidē
qꝛ qd fuerit pnūciat⁹ ab heremita nō pbat ppo=
situm multum. cū Sampson/ ysaac/ et ysmael/ ab
angelo/ Josias a ppheta fuerīt prenūciati nō tn̄
sctificati. Nec silr de lacte: qꝛ vel merito matris
hoc fuit: vel si merito paruuli qd credibili⁹ est iā
fuerat baptizat⁹: ꝛ sic sanctificat⁹. sicut beat⁹ Ni=
colaus tn̄ sugendo māmas miraculū ostēdit: quē
tn̄ nō ppter hoc dicim⁹ sanctificatū: sed solū bea
tam virginē ięmpore grē. Sanctificatos aūt in vte
¶ Respondeo. Primo videndũ quid sit latria essentialiter. ¶ Secũdo de quib⁹ exhibenda materialiter. ¶ Tertio q̃b⁹ obiectiue vel magis finaliter. ¶ Quãtũ ad primũ dicit̃ cõiter ꝙ latria dicit̃ virt⁹ moralis annexa iusticie. ¶ Primũ patz q: virt⁹ est q̃ habentẽ pficit: et op⁹ laudabile et bonum reddit. Perfect⁹ autẽ ẽ hõ si sit bene ordinatus ad deũ. vnde cũ deo debeat honorem sicut et amorem sicut p ꝟtutẽ diligit deũ sicut debet: sic p virtutẽ honorat deũ sicut debet. Latria ergo que inclinat ad exhibendũ deo honorẽ debitũ est virt⁹ sicut caritas inclinans ad amorem deo debitum. ¶ Secũdũ patet: q: virtus q̃ habet deũ pro obiecto imediato illa sola est theologica: sed illa que habet deũ ꝓ fine tñ lz primo habẽs ꝓ obiecto aliquid creatũ est moralis vt penitẽtia. hmõi autem est latria. non eñ actus latrie est honorare deum sicut fidei credere deuz / caritatis amare deũ. spei sperare in deũ: q: sic haberet ꝓ obiecto deũ sicut ille: sed obiectũ latrie est honor dei vel deus honoratus. honor autẽ est in honorante. Unde act⁹ a latria elicit⁹ est velle aliquid facere ad honorez dei ꝓpter quod ipse honor est obiectũ q̃ est aliqd creatuz. non sic autem caritatis obiectũ est deus vt dilectus: q: sic creatũ esset obiectũ sed deus vt in se summũ bonũ: nõ obiectũ fidei est de⁹ vt creatus: sed ſm qd in se est veritas prima et silr de spe. ¶ Tertiũ patet: q: iustũ est subditũ esse deo. vnde latria q̃ deo ipendit debitũ seruitiũ ad eam reducitur: sed non est pfecta iusticia serui ad dñm: filij ad patrẽ: et multominus creature ad creatorẽ. nõ quin seruitus deo impensa ſm ꝙ hmõi sit vere et perfecte debita: sed q: non tñ exhibet̃ sicut debetur. Unde q̃tũ exhibet̃ tantũ hz de pfectiõe iusticie. q̃tuz restat exhibẽdũ tantũ deficit a pfectiõe iusticie. sicut si debeo decem et nõ soluo nisi q̃nq3 q: non possum iuste. pfectio est ꝙ soluo: sed impfectio ꝙ non soluo totũ.

Secũdus articulus.

¶ Circa secundũ sciendũ ꝙ cum latria exhibeat deo seruitiũ in recognitiõe dominij debet exhiberi primo et pricipaliter de bonis aie quas a solo deo habem⁹. et sic dicit Augustin⁹ ꝙ deus colitur fide spe et caritate. Secundo de bonis corporis qd ab ipo pricipaliter habem⁹ et ab ipso singulariter resuscitari speram⁹: et quia corpus vnigeniti ꝓ nobis afflixit: sic genuflexiones ꝓstratiões et hmõi instar xp̄i qui hoc fecit ad quod etiã ptinet oratio vocalis quã xp̄s docuit Pater noster. Tertio de bonis exterioribus que principaliter ab ipso ꝓueniũt ꝓpter qd decimarũ solutio ad latriã ptinet. Sed primũ dictũ est argumentũ contra cõem opinionẽ que dicit ꝙ beatitudo essentialis cõsistit in actu intellect⁹ vel volũtatis: puta videre deũ vel diligere aut frui deo q: btitudo cũ sit vltimus finis ad quẽ oĩs operatio humana ordinari debet nõ est illa ordinatio q̃ dz ad alia ordinari: sed hmõi est visio dei et fruitio et dilectio etiã i p: ia. ꝙ rc. Maior ꝓbata ẽ. Minoris ꝓbatio: q: apostolus dicit. Oĩa ad gloriã dei facite. Uñ viator oẽs opationes suas debz ordinare ad honorẽ dei et de oĩb⁹ dz regratiari deo et non querere gloriã suã. Uñ hõ cũ creatr⁹ sit ad gloriã dei seipsum et multomagis oẽm opationẽ suaz et omne donũ dei debet ordinare ad honorẽ et gloriam dei: sed beati nõ sunt minus subditi deo nec min⁹ obligati ad latriã: sed tãtomagis tenet̃ regratiari q̃tomagis sunt deificati. vñ de visione et fruitione hñt deo regratiari et deũ laudare: et in honorẽ dei et gloriã illud referre ꝓpter qd gratiarũ actio et vox laudis q̃ est act⁹ latrie videt̃ beatitudo nõ visio vel fruitio. Ad qd etiã faciũt multe auctoritates canonis et sanctorũ q̃ i patria ꝑci pue laudẽ icessabilẽ cõmẽdãt. Sanct⁹. Sanctus. Sanct⁹. rc. ¶ Contrariũ tñ videt̃: q: btitudo ẽ merces ꝓmissa et nõ seruit⁹ debita. Aliud eñ est ſm ꝙ seruus seruit. Aliud ſm ꝙ dñs pro seruitio libertatẽ et aliud tribuit. et si de ipsamet mercede seruus dimitteret̃ ad nouũ seruitiũ: ne sit ingratus non ꝓpter hoc vltimũ illud seruitiũ est p̄miũ sed ꝯñs ad primũ sicut primũ seruitiũ est añs. Et p hoc posset rñderi ad illud ꝙ opatio q̃ ordinatur ad aliã p modum meriti vt illi⁹ meritoria sic non est btitudo: sed illa q̃ est alteri⁹ p modũ debiti causatiua et obligatoria nõ ꝓpter hoc desinit esse beatifica cum de beatitudine creata debeat beat⁹ deo subiectionẽ et gratiarũ actionẽ. non põt tñ seruire quin plus teneat̃. Uñ semp hz seruit⁹ rõnem debiti: et p ꝯñs non premij.

Terti⁹ articulus Durã. dis. p̄nti. q. 2.

¶ Quantũ ad tertiũ prio ponent̃ dicta aliorum. Secundo inquiret̃ de illis ¶ Quantũ ad primũ dicũt qdã prio in gñali cui sit latria exhibenda: q: honor latrie vel cuiuscũq3 alteri⁹ reuerentie põt exhiberi alicui dupliciter scz ꝑse et p accñs. Per se exhibet̃ ei i quo est cã talis honoris. p accñs ãt exhibet̃ illi i quo nõ ẽ cã tal' honoris sed hz aliquã habitudinẽ ad illud i quo est talis cã. In eo etiã cui debet̃ honor p se ẽ duo cõsiderare. scz illũ cui honor debet̃ et cãm honoris Ille cui honor debet̃ est suppositũ subsistẽs. ꝓpẽ eñ p se honor debet̃ rei subsistenti et nõ pti. Non eñ dicim⁹ ꝙ pes pape vel man⁹ ep̄i dũ ab aliquo osculent̃ honorent̃: sz papa et ep̄s honorantur in huiusmodi partibus. per quem etiam modũ aliquis potest honorari in aliquo exteriori: puta in veste: vel ymagine / vel nũcio. cã autẽ honoris est illud in quo ille qui honorat̃ hz aliquã excellẽtiã per se. ¶ Hijs suppositis dicendum ꝙ honor latrie debetur per se soli deo ratione diuinitatis p accidens tamen debetur alijs. Primuz patet: q: illi p se debet̃ aliqs honor in quo est p se causa illius honoris: sed in solo deo rõne deitatis est p se causa honoris latrie. ergo solus de⁹ ratione deitatis est honore latrie honorãdus. Maior patet ex dictis. Minor similiter est manifesta: q: honor latrie debet̃ vel cõpetit creatori in ratione creationis. Creare autẽ cõpetit deo ratione diuinitatis: quare rc. Secundũ patet scz ꝙ alijs debet̃ honor latrie p accidens. Sed aduertendũ p̄mo ꝙ aliqd põt habere habitudinẽ ad deũ cui p se debet̃ honor latrie dupliciter. Uno mõ q: incidit in idẽ ſm suppositũ: sicut est hũanitas xp̄i. Alio mõ q: non incidit in idẽ ſm suppositũ: sed habet solã habitu

dinē extrinsecā: vt mr̄/crux ⁊ imago. Pmāo nō ado
raꝛ hūanitas xp̄i p accn̄s adoratiōe latrie: q꞉ qn̄
suppositū p se honoraꝛ p accn̄s qcqd ē i supposi=
to adoraꝛ: s꞉ fili⁹ dei adoraꝛ adoratōe latrie p se.
g̃ hūanitas xp̄i adoraꝛ p accn̄s eadē adoratione.
Dico aūt p accn̄s: q꞉ nec ipa ē ꝓprie qꝺ adoraꝛ cū
non sit suppositum subsistens: nec etiā causa / nec
ratio talis adoratiōis sc꞉ ꝗuis sit causa cuiusdā
alteri⁹ adorationis sc꞉ hyꝑdulie: ꝗ debeꝛ xp̄o ra=
tione hūane nature de qua postea diceꝛ. De illis
autē q̄ habēt solā extrinsecā habitudinē ad deu꞉:
hoc generaliter tenēdū est ꝙ si ꝯsidereꝛ ſm se/ sic
eis nō debeꝛ honor: puta cruci vel imagini/ ⁊ cete
ris reb⁹ inaīatis. aut si debeꝛ sicut beate virgini:
nunꝗ tn̄ debeꝛ honor latrie illis. Cuius ratio est
q꞉ honor latrie tm̄ debeꝛ excellētie diuie s꞉ talia
ſm se cōsiderata naturā excellētiaā hn̄t inaīa=
ta. aut si habēt illa/ tn̄ est ifra excellētiā diuinā:
quare isto mō nō debeꝛ eis honor latrie. Si autē
cōsiderētur ſm habitudinē quā habent ad deum
sic dr̄ cōiter ꝙ debetur eis idē honor q̄ est debit⁹
deo: q꞉ sicut dicit phūs de mēoria ⁊ reminiscētia.
duplex ē mot⁹ aīe in imaginē. Unus ſm ꝙ ipsa ē
qdā respect⁹. Alio modo inqn̄tū est imago. Pri=
mus mot⁹ in imaginē est ali⁹ a motu qui est in rē.
sed secund⁹ q̄ est in imaginē inqn̄tū imago/ idē est
cū motu q̄ est in rē imaginatā. ⁊ sic vt dicūt reue
rētia q̄ debeꝛ imagini inqn̄tū imago/ refeꝛ rei cu
ius est imago: vt sic sit vna reuerētia q̄ debeꝛ ima
gini ⁊ exēplari. ¶ S꞉ illud nō videꝛ ꝓprie dictū
q꞉ qn̄tūcunq꞉ sit vnus ⁊ idē mot⁹ aīe quo refertur
ad imaginē vt imago est ⁊ in rē imaginatā: nūꝗ
tn̄ aīa dicit imaginē inqn̄tū imago est esse idē cum
exēplari neq꞉ signū inqn̄tū signū esse idē cū signa=
to: sed semꝑ est inter ista distictio nature/ ⁊ in cō=
ceptione aīe. habitudo eni eoꝝ ad inuicē est rela=
tiua Relatiui autē esse est ad aliud esse. et ideo qꝺ
attribuiꝛ exemplari vel signato nō est attribuēn=
dum imagini vel signato ꝗruncunq꞉ considereꝛ
sub ratione imaginis vel signi: propter qꝺ ꝓprie
loquendo reuerentia imaginis vel signati debe=
tur signo vel imagini. Sed q꞉ loquendum est vt
plures/ ideo cōmune dictū sic exponiꝛ/ ꝙ ꝓ tanto
diciꝛ imago sub ratione imaginis adorari eade꞉
adoratione cū re cuius est imago: q꞉ p p̄sentiam
imagīs seu signi fit remēoratio rei quā remēora=
tam adoram⁹ eadē adoratione acsi p̄sens esset in
se/ ⁊ ꝓ tāto cōcedi pōt ꝙ signa ⁊ imagines adorā
tur eade꞉ adoratione cum reb⁹ signatis ⁊ imagi=
natis: q꞉ res vt cognite p signa ⁊ imagines simili
modo adoranꝛ acsi essent p̄sentes ſm se. Et qꝺ di
ctum est de signo ⁊ imagine intelligendum est de
oīb⁹ aliꝗs q̄ habēt solā habitudinē extrinseca꞉ ad
deum. q꞉ rōne talis habitudinis seu relationis: ⁊
nulli alio debeꝛ eis honor diuin⁹/ q̄ est honor la=
trie. ⁊ sic patet primu꞉ principale/ cui sc꞉ sit latria
exhibēda. ¶ De matre autē xp̄i in speciali dicūt
ꝙ vbi mater ⁊ fili⁹ includunt p̄cise eandē natura꞉
specificā: maiorē honorē qn̄tū ad hoc debet filius
matri q̄ mater filio: q꞉ mr̄ se habet ad filiū vt p̄n
cipiū: et sic excellēti⁹ qn̄tū ad hoc honoraꝛ mater
q̄ filius. Dico autē qn̄tū ad hoc: q꞉ ista excellētia
posset esse in filio: puta ꝙ esset papa vel ep̄s rōne
cuius mater etiā teneꝛ ad tantā vel maiorem re=
uerentiā exhibendā filio sicut ecōuerso. extraneo
autē ꝑsona ab vtroq꞉ nō plus teneꝛ honorare ma
trē q̄ filiū: sed illū in quo ē maior excellētia. Mo=
do ad ꝓpositum de matre xp̄i constat ꝙ ipsa non

Durand⁹ vbi supra.

fuit precise eiusdē nature cū christo filio/ cū sit pu
ra creatura: christus autē deus et hō. Unde sicut
ipsa fuit mater xp̄i quo ad hūanā naturā. sic ipsa
fuit filia eius iure creationis ratione diuine na=
ture in filio. ⁊ q꞉ pfectior rō p̄ncipij est in creante
q̄ totū ꝓducit q̄ in generante: q̄ aliqd supponit.
ideo pl⁹ teneꝛ btā ꝟgo honorare filiū qn̄ in⁹ de⁹:
q̄ fili⁹ qn̄ in⁹ hō teneaꝛ honorare matrē. ⁊ si mr̄ te=
neꝛ ad hoc: fortiori rōne ⁊ nos. alia g̃ ratione de=
bemus honorare filiū quatinus deus sc꞉ honore
latrie: ⁊ alia matrē q̄ est pura creatura. S꞉ q꞉ inē
creaturas ipsa est excellētissima: ideo sibi debeꝛ
sub honore latrie honor excellentissimus sc꞉ ho=
nor hyꝑdulie. ⁊. dulie excellētis: de qua postea di=
cetur. ¶ De cruce aute꞉ xp̄i dicunt ꝙ illud qꝺ nō
potest esse subiectū sanctitatis vel susceptiuū vir
tutis non potest esse subiectū vel terminus adora
tionis sed lignū crucis in qua christus pependit
non est subiectū susceptiuū sanctitatis ⁊ virtutis
ergo scd̄m se nō potest esse res adorationis. nūꝗ
ergo cruci xp̄i debeꝛ aliquis honor nisi inqn̄tū du
cit in remēorationē xp̄i ꝙ facit figura figurata ⁊
nō figurata alie hoc solum factum ratione figu=
re. ¶ De imagine dicunt ꝙ imago aut represen=
tat xp̄m ſm ꝙ homo est: aut est facta ad represen
tandū patrem ⁊ spiritū sanctū sc꞉ quo ad diuinita=
tē sicut pinguntꝛ qdā imagines quarū vna rep̄sen
tat deū patrē: ⁊ alia xp̄m crucifixum: ⁊ tertia spm̄
sanctū quasi colūbā ꝓcedentē a patre in christu꞉.
¶ Primo mō debeꝛ idē honor imagini q̄ ⁊ xp̄o/
scd̄m intellectū tn̄ pri⁹ positū. Secūdo modo au
tem fatuū est imagines facere/ vel eas venerari.
Unde Dam. dicit li. 4. ꝙ summe est ipietatis fi=
gurare qꝺ est diuī. Et si aliꝗs dicat ꝙ spūs scūs
in colūba apparuit: ⁊ pr̄ in veteri testamento sub
aliqb⁹ corporalib⁹ figuris formis. ⁊ sic pōt p imagi
nes rep̄sentari. Dicendu꞉ ꝙ ille forme corꝑales
nō fuerūt a patre vel spū sctō assumpte: ⁊ ideo re
presentatio earū p imagines nō est nature diuine
rep̄sentatio: sed est rep̄sentatio fili⁹ forme scd̄m se
ꝓpter qꝺ nō debeꝛ eis aliqua reuerētia: sicut nec
illis formis ſm se. Et si dicaꝛ ꝙ ille forme ſm se
ꝓpter qꝺ nō debeꝛ eis aliqua reuerentia sicut nec
illis formis ſm se. et dicatur ꝙ ille forme ſm se
nō erāt a ꝑsonis diuinis assumpte/ erāt tn̄ rep̄sen
tatiue diuinarū ꝑsonarū. et eodē vt videꝛ modo
possunt nūc fieri imagines ꝑsonas diuinas repre
sentātes. Dicendū ꝙ ille forme in quib⁹ dicuntur
ꝑsone diuine apparuisse nō fuerūt formate ad re
presentandū duas ꝑsonas sed representādū effe=
ctus quos ꝑsone diuine faciebant in rebus sicut
colūba in qua spūs sctūs apparuit sup xp̄m bapti
zatū signabat spiritualē fecunditatē: quā xp̄s ta=
ctu sue mūdissime carnis cōtulit aquis baptismi
et ideo nichil factum p modum imaginis ad rep̄=
sentandu꞉ ꝑsonas diuinas nō incarnatas est adorā
dum. ¶ Inquirendo autē de his qꝺ dicunt Pri=
mo de imaginibus ⁊ aliꝗs que dicūtur latria ado
rari propter deum non deberi latriā in se: sed deo
in eis. videtur probabile pro tanto. quia si precisa
ratio latrie est creatio: sicut deus creationem nul
li cōmunicat nec principaliter nec instrumenta=
liter: sic nec latrie debitum. vt sicut sola sanitas
animalis est vere ⁊ ꝓprie dicta que quæriꝛ in me=
dicina sicut cā/ in vrina sicut in signo. est aūt rea
liter et formaliter i aīali solūmō sic latria soli crea
tori debeꝛ et exhibeꝛ s꞉ nō i se sol : sed i signis suis

Inquirit doc. de dictis Durā.

¶ Cõtra tñ est qꝛ licꝫ sic possum diligere deū ĩ re odio habita ꝓpter deū: puta odiẽdo pccm̃ ꝓpter deū. sic etiã possum deū colere ⁊ honorare in ydolo despecto ꝓpter eū: ⁊ tũc nullo mõ dicor adorare ydolū: sed deū in ydolo. sicut nec diligere peccatū sed deum in pctõ: si tñ hoc est ꝓprie dictū. tñ qñ diligo inimicū vel ꝓximū ꝓpter deū: nõ solũ diligo deū in ꝓximo ꝑmo ⁊ ꝑncipaliter: sꝫ cū hoc diligo ꝓximū ꝓpter deū sꝫ scdario eadẽ caritate et eodẽ actu dilectionis. sicut etiã in oĩ eo qđ appetiꝶ ꝓpter finẽ est idẽ velle respectu vtriusqꝫ. cū aũt flectim⁹ genua ante imaginẽ vel ante crucem nõ põt dici ꝙ adorem⁹ crucifixū ⁊ despiciam⁹ crucẽ sicut ydolū. nec põt dici ꝙ adorem⁹ crucifixũ in cruce ipsam autẽ crucẽ nullo mõ adorem⁹ vel honorem⁹: qꝛ ipsam crucẽ ĩ se osculamur venerãdo/ ⁊ auro/ argento/ lapidib⁹ ꝑciosis ornantes eã honoram⁹: sed ꝓpter crucifixū. ⁊ sic eodẽ honore numero sicut crucifixū ¶ Et ꝑ hoc patet responsio ad rationem suã: qꝛ licet imago vel vt imago differat ab exẽplari: vt ꝑ hoc non sit adorãda ꝓpꝫ se sicut exẽplar: eodẽ tñ actu intelligiꝶ ⁊ eadẽ deuotione numero. de⁹ quidẽ ꝓpter se: ⁊ imago dei ꝓpter deū veneraꝶ. sicut eadeꝫ caritate de⁹ ꝓpter se diligiꝶ/ ⁊ ꝓxim⁹ ꝓpter deū. ¶ Preterea cū de⁹ sit ĩ oĩ re ꝑ essentiã/ ꝑsentiã/ ⁊ potentiã in oĩ re de mũdo põt adorari ⁊ venerari. vnde ꝓhibemur iurare ꝑ terrã: qꝛ scabellū pedū dei ẽ. Si ergo imago dei vel crux nõ adoraꝶ sed deus tm̃ in ea: ergo non plus adoraꝶ imago vel crux xp̃i ꝙ̃ lapis vel vermis cū tñ reputareꝶ ydolatra q̃ lapidẽ vel lignū non hñtia xp̃i imaginem ita honoraret sicut imaginẽ crucifixi lapideã vel ligneã: vel qꝛ ita honoraret aurū ⁊ argentū sicut crucẽ auream vel argenteã. ¶ Itẽ creatura rationalis est imago dei in qua modo reali est deus et in sctõ ꝑ grãm amplius ꝙ̃ sit in imagine: vbi nõ est nisi sicut ĩ signo si ergo nõ adoraꝶ imago: sꝫ de⁹ in ea existẽs sicut in signo: ergo oĩs hõ sctũs est magis ꝙ̃ sicut in signo: qđ tñ nõ facit ecclesia. videꝶ ergo ꝙ imaginibus latria adhibeaꝶ in se/ licet nõ ꝓpter se. ¶ De adoratiõe autẽ imaginū vt dicit sigibert⁹ ꝙ ãno xvj. Leonis iperatoris tertij Gregori⁹ papa sinodum. 90ꝫ epõꝝ rome cõgregauit: ⁊ venerationeꝫ sctãrū imaginū cõfirmat: earū violatores generali sentẽtia anathematizat. ¶ Q; dicunt scdo matri dei etiã inq̃tū mater dei nõ deberi/ latriaꝫ cõsonat cõmuni dicto ꝑ tãto qꝛ rõne sui debeꝶ sibi specialis veneratio ꝓpter qđ etiã creature rationali: cui ex hoc ipso in se debeꝶ specialis honor nõ exhibeꝶ latria: ꝙ̃uis sit imago dei dignior ꝙ̃ crux imago humanitatis. ¶ Sed contra hoc est qꝛ cū sit triplex bonū/ vtile/ delectabile/ ⁊ honestū ex hoc ꝙ aliq̃d est vtile ad aliud vel ordiabile ad desiderabili⁹ ⁊ honorabili⁹/ nõ tolliꝶ q̃n in se possit esse appetibile ⁊ honorabile ⁊ delectabile/ Vñ ꝙ̃uis beata virgo ratiõe sui sit honorabilis sicut sanctissima. nihilomin⁹ tñ inq̃tū est mater dei nõ minus diciꝶ relatiue ad deū ꝙ̃ imago vel crucifixi dei. si ergo ꝓpter solã humanitatẽ ad deū imago dei adoraꝶ latria: cū beata ꝟgo inq̃tuꝫ mater habeat habitudinẽ nõ ꝓhibeꝶ silr adorari qꝛ aliter est adorabilis. si ei medicina amara diligitur ꝓpter sanitateꝫ medicina dulcis que est eque sanatiua non respuitur ꝓpter dulcedinẽ: sed eligiꝶ magis ꝓpter sanitatẽ. ⁊ idẽ videreꝶ de aĩa que est imago dei maxime si verū est ꝙ nõ imago sed de⁹ in imagine adoraꝶ. ¶ Preterea ꝺm cõmune dictum vera crux xp̃i licet in se adoreꝶ hyꝑdulia ꝓpter xp̃i carnẽ: nichilomin⁹ inq̃tū imago crucifixi qui est de⁹ adoraꝶ latria ergo silr beata virgo ¶ Q; dicũt tertio ꝙ crux xp̃i vera in se nõ debet adorari aliqua veneratione: qꝛ nõ est subiectū sanctitatis. videꝶ absurdū istud ꝑncipiū: qꝛ licet nichil irrationale sit ad hoĩe honorandū ꝓpter se: nichil tñ ꝓhibet ipsum honorandum ꝓpter aliud nõ solū si est supposito cõiunctū: vt pes vel man⁹ aut si est actualiter cõiunctū: vt dyadema in capite/ vestis in corꝑe/ sandalia in pede: sicut osculamur pape pedes. sicut eñ adoramus species in sacramẽto altaris inq̃tum sub eis latet de⁹. ⁊ nõ solum deū in illis/ sic etiã ea q̃ fuerũt scõꝝ capillos et vestes ⁊ hmõi in seipsis veneramur. nec est impietas talia ponere in auro ⁊ argẽto/ ⁊ sic etiã frusta q̃ credim⁹ a vera cruce decisa: ꝙ̃uis nõ habentia figurã crucis nõ solū veneramur crucifixū in eis sed ipsa in seipsis ꝓpter crucifixū tñ. Quãdo ergo diciꝶ ꝙ nõ est exhibẽdus honor rei inalate. verum est propter se sed ꝓpter aliud. ⁊ silr veneramur oleū sctm̃/ crisma ⁊ oĩa sctã: ꝙ̃uis non sint sanctitatis subiecta: qꝛ sunt ei⁹ causatiua. ¶ Q; dicũt quarto ꝙ deberẽt fieri imagines patris ⁊ spiritus sctõ: sed opibus eoꝝ q̃ tñ nõ sunt adorande De primo videꝶ ꝓbabile: qꝛ si in veteri lege ꝓhibebaꝶ effigiari oĩs ꝑsona diuina: qꝛ nulla assũpserat creaturã corporeã/ postꝙ̃ solus fili⁹ eã assumpsit: ipse assignari põt cetere ꝑsone non in q̃b⁹ adhuc remanet ratio ꝓhibitionis. vñ imagines patris ⁊ spũ scti attestanꝶ nõ solum herẽsi antropomorphitarū qui dicebãt deū corporeū: verũetiaꝫ error sabellij qui dicit patreꝫ ⁊ spiritum sanctum incarnatū inq̃tum non distinguit personas. Sed ꝙ colũba representãs fecunditatem vel aduentū spũs sancti, non debet adorari: sicut crux vel imago crucifixi: verum est in se. ¶ Q; eñ columba non representat ꝑsonam spirit⁹ sancti sed operationem eius transeuntẽ que nõ est spirit⁹ sanctus ideo nõ debet adorari in se latria. sicut imago crucifixi: qꝛ ꝑsona crucifixi est ꝑsona dei: ideo cū ipsa debet eadẽ latria adorari. sed si imago xp̃i baptizati nõ adoraꝶ in se: sed fili⁹ dei in ea sic repñsentatus: pari ratione in colũba sup eū picta põt adorari spũs: qꝛ licet spũs sctũs non fuerit colũba sicut deus fuit crucifix⁹: tñ ita repñsentaꝶ spiritus sanct⁹ in sua oꝑatiõe sicut xp̃s in sua cruce. si eñ intelligo colũbã significantẽ nõ spm̃ sctm̃ sed oꝑationẽ eius ex hoc ipso intelligo eum esse: vel sicut in signo vel aliter ibi possum eū adorare: sicut in cruce imaginor crucifixum q̃ est de⁹. ⁊ sic oꝑatio spiritus sancti non est spiritus sanctus. sicut nec caro dei est deus: sed sicut caro xp̃i connotat deū sic operatio dei connotat deum. sed hoc habet caro christi ꝙ est vnum supposito cum deo quod nõ habet operatio dei: sed non propter hoc adoratur in imagine solum: sed propter representationem que est hinc ⁊ inde: nisi ꝙ immediati⁹ representatur filius in cruce ꝙ̃ spiritus sanctus in columbe specie. Sicut enim aliq̃d videꝶ in speculo cui primo obꝫcitur: sic crucifixus in cruce in quo suppositum non mediante alio supposito pependit. Sed sicut id quod relucet in vno speculo apparet in alio: sic spiritus sanctus relucens

Quãtum ad tertiũ De gẽda no q̃li:10. q.6.

in sua operatione. Scdo relucet in repñtante suã opatiõnē: qđ est mediãte nõ solũ aliena natura: sz etiã mediante alieno supposito scz illi⁹ opationis subiecto: ⁊ p hoc pz solutio ad obiecta. ¶ Quantũ ad tẽtiũ hic pmo pmittit̃ differẽtia iter ista qn̄qz/q̃ sunt: reuereri honorare/laudare/glĩficare/⁊ adorare. Scdo ostẽdit̃ quõ xp̃s debeat adorari/ et alia q̃ ad scẽitatẽ ptinẽt. Propt̃ pmũ pmo sciẽdũ qđ sit reuereri. Reuereri aũt nichil aliud ẽ q̃ h̃re in alo hĩtũ inclinãtẽ ad aliũ: sic vt bona q̃ i ipso sunt reputet magna: ⁊ bona sua p ꝯpatione ad bona q̃ sunt in alio paruipẽdat vel parua reputet Honorare aũt̃ aliqđ addit sup ipm reuereri. tũc eñ dr̃ aliqs aliũ honorare/qñ qđ iterius mẽte cõcepit exteri⁹ aliq̃ idicto seu signo corpali exprimit. Honor eñ est exhibitio reuerẽtie in testimonium virtutis .i. 4. ⁊. 9. ethicoꝝ. ⁊ pmo rethorice. Honorẽ bñfactiue opionis signũ. ⁊ hec diffinitio eadẽ ẽ illi q̃ pri⁹: nã honor dr̃ signũ .i. testioniũ opinionis bñfactiue .i. extimationis multoꝝ de aliq̃ faciẽtis illũ ⁊ dicẽtis bonũ seu v̄tuosum cũ v̄tus bonũ facit vt pz .2. ethicoꝝ. Uel honor est signum ⁊ testimoniũ opionis bñfactiue .i. reputatiõis et credulitatis aliqꝝ de bñficẽtia alicuius .i. v̄tute. Uirtutis eñ ẽ bñfacere et magis bñfacere q̃ bñ pati vt dr̃ .4. ethicorũ. ſm quẽ exponẽdi modum subdit phũs ad dictã assignationẽ dicens. Honorant̃ aũt iuste q̃dẽ maxie q̃ bñficia ꝑstiterũt: ⁊ nõ solũ sed honorant̃ etiã q̃ pñt bñficiare. Hoc autẽ signũ ex multis ostẽdit̃ ⁊ attẽdit̃: qr̃ ex multis et diuersis ptib⁹ honoris q̃s phũs in dicto pmo enumerat cũ dicit subdẽs ad ista q̃dã iũt. partes aũt hoꝝ sunt sacrificia/recordationes in meritis ⁊ sine merit ⁊ tẽpliũ. antiq̃ pmordit̃es sedis/ monumẽta/imagines/⁊ multa alia. Laudare aũt sup honorare addit cõmẽdationẽ cũ alio vel ad aliũ: nõ eñ tũc q̃s laudat aliquẽ qñ solum mente ꝯcipit ⁊ exteri⁹ signũ reuerẽtie expmit siue ostẽdit: sz qñ ipm cũ alio ꝯmẽdat. vñ laudare addit sup honorare: qm̃ datiões alicui⁹ cũ alio/ vt laudare sit honoratũ aliquẽ cõmẽdare. iñ ſm phm̃ loq̃ndo/ honor ⁊ laus in duob⁹ differũt. Prima ei differẽtia est respectu eoꝝ in q̃b⁹ ista ꝯsistũt. Secunda vero respectu illorũ, quib⁹ ipsa debentur. differunt q̃dẽ ista ex parte hoꝝ i q̃b⁹ ꝯsistũt. nã honor vt pz ex ei⁹ ptib⁹ enũeratis ꝯsistit tã i dictis q̃ i factis/ ⁊ vñ fieri põt p q̃cũqz signa exteriora nõ soluz vocalia sz etiã realia. ppt̃ qđ dictũ ẽ q̃ ptes ei⁹ sunt recordatiões tã i meritis ⁊ sic in dict ⁊ ꝑcib⁹ q̃ sine meritis/ ⁊ sic in fact ⁊ seu opib⁹. Laus aũt solũ i v̄bis et ſmonib⁹ attẽdit̃. Est ei laus ſmo elucidãs magnitudinẽ v̄tutis. ⁊ sic honor est vltior laude/ et p ꝯñs fama ⁊ glĩa. Glĩa v̄o addit sup laudẽ vltatẽ loci ⁊ tp̃is: vt tũc aliqs glĩficare dicat̃ deũ vel hominẽ qñ ipz sp ⁊ vbiqz ꝯmẽdat. vñ ⁊ dr̃ glĩa freq̃ns de aliq̃ fama cũ laude ſm Ambro. de officijs/ vel potius vt credo gloria addit sup laudẽ diffusionẽ cõmendationis: qr̃ nõ est q̃cunqz laus sed longe lateqz diffusa. Est eñ gloria scđz Tullium in pncipio tertij de questiõibus tusculanis: solida quedam res ⁊ expressa non obũbrata eaqz est consentiens laus bonoꝝ ⁊ incorrupta vox indicantium de excellente virtute: qr̃ que ratione sanctoꝝ plerumqz comes est bonus viris reputanda nõ est. ⁊ sic dicit̃ gloria quasi claria. ¶ Aliqui etiam volunt distinguere inter famã ⁊ gloriam: quia vt dicunt ex laude ⁊ honore oritur gloria. ex gloria vero fama. Inter famam ⁊ gloriam nõ distinguunt doc. sicut patet satis .2. ⁊ .3. de cõsolatione p Boetium. vbi expresse p eodem accipit gloriam et famam. Honor autem ⁊ laus distinguuntur iterũz ex parte illorum quib⁹ debẽtur: nam licet vtrũqz excellenti bono debeatur. Honor tamen debetur bono excellenti quod tantum propter se ⁊ nunq̃ propter aliud queritur: sicut est deus et felicitas quibus debetur honor ⁊ beatificatio/ non autem laus vt patz primo ethicoꝝ. ca. pe. Laus vero alicui bono excellenti in ordine tamen ad excellentius. Debetur enim virtuti in ordine ad operationem optimaz ad quam ordinatur virtus sicut ad finem dicente philosopho vbi prius in fine primi ethicorum. Iustum ⁊ vniuersale et vniuersaliter bonum ⁊ virtutem laudamus ꝑpter opera ⁊ act⁹ propter quod ibidem concludit q̃ optimorum nõ est laus sed aliqđ laude meli⁹/ sicut honor. Adorare autem est se totum illi subijcere propter eminentiam virtutis ⁊ sanctitatis. nichil enim aliud est q̃ totam suam fiduciam in talez qui adoratur ponere: et ideo dicitur cultus ⁊ seruitus. cum eñ colitur aliquid / fiducia in eo tota intentione ponitur: ⁊ per seruitutem seipsum subicit et submittit ei homo cui adorationem impendit. ¶ Ad videndum autem secundũ quomodo christ⁹ debeat adorari est aduertendum q̃ aliquid adoratur tripliciter vel per se et primo: vel per se ⁊ non primo sed ratione alterius cui est adiunctum: vel per accidens. Per se et primo adoratur illud in quo sicut in fine tota spes ⁊ fiducia adorantis ponitur: sicut trinitas benedicta ⁊ christus ratione diuine sic adoratur adoratione latrie. Per se ⁊ non primo sed propter aliud cui est coniunctum adoratur humanitas etiam propter singularem vnionẽ ad diuinum suppositum hyperdulia. et similiter anima ⁊ corpus/mors ⁊ passio/resurrectio/ascensio. corpus autem et anima scti ⁊ accidentia adorantur simplici dulia propter vnionem ad deum per gratiam gratum facientem: ratione cui⁹ quãdam excellentiam sortiuntur vt eis reuerẽtia debeatur: et quia corpus scđm se nullo modo habet habitudinem ad talem gratiam nisi mediãte anima. ideo etiam si maneat forma corporis non est adoranda nisi in ordine ad animã. Per accidens autem est aliquid adorandum propter ordinem ad illud quod est adorandum per se. ⁊ hoc quinqz modis: scz significatione/ imitatione/ continẽtia/ contractione/ et descensione siue detinatione. Significatione igitur adorantur elementa sensibilia in sacramentis simplici dulia: quia sunt signa gratie p quam sancti deo cõiungũtur: et etiã verba sacre scripture: quia sunt signa eorum que circa christum et deum sunt per se adoranda: ita tamen q̃ illud/ quod adoratur per accidens / semper adoratur eadem adoratione qua illud ad qđ reducitur. Imitatione secũdõ adorantur imagines non inq̃tum res nature sed inq̃tum imagines vel effigies/ ⁊ hoc dulia vel hypdulia sicut illa quorum sunt: non autem latria/ quia deo nõ potest fieri imago scđm Dam. libro .3. ca. 4. Continentia vero tertio: quia continent adoranda per se. et sic debuit adorari columba in qua spiritus sanctus apparuit latria. et species sacramẽti eucharistie quia continẽt verum corpus christi/ de=

bẽt adorari hyperdulia. Contractione quarto vt sanctorꝫ vestes ꝛ cetera hmõi q̄ nõ resurgẽt in resurrectione/dulia adorant. Crux autẽ tota xp̄i ꝛ sepulcrũ ꝛ q̄cunq̧ alia ab ipso cõtrectata habent hyperdulia adorant. Descensione q̄nto: qꝛ scꝫ descẽdit ab illo qd̄ est adorãdũ p se: ꝛ descendit p quãdam resolutionẽ. ꝛ hoc nõ habet locũ in xp̄o: cuius corpus resolutum nõ fuit. qꝛ nõ dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Sed isto mõ reliq̄e aliorum sctõꝝ sunt adorande: qꝛ descẽdunt de eis qui essent adorandi p se etiã si sint in cineres resolute. Et hoc est ppt̃ ordinẽ quẽ habẽt ad alam. q̄ q̄dẽ ordo aliqualiter manet q̄diu est ibi descensio s̃m ordinẽ naturalis relationis: qꝛ non fit q̄dlibet ex quolibet: sed determinatũ ex determinato: corp⁹ autẽ hois si ꝯtinue natũ est resolui donec veniat ad elemẽta. vñ si exitur ab ordie descẽsiõis: ita q̄ inde generet aliq̄d viuũ: puta vermis vel aliquid hmõi: est iã ascẽsio nec amplι⁹ manet ordo ille sꝫ mutat in aliũ ordinẽ. vnde nõ est amplι⁹ adorãdum nisi forte p itellectũ referẽdo ad animam rõnalẽ: cui i resurrectione eadẽ materia vniet. ꝛ hoc etiã si cõstaret tale generatũ esse de materia q̄ descẽdit de corpe scti/aliis nullo mõ esset adorandũ. Unde qꝛ in forma cinerũ nõ ponit esse tale dubiũ ideo illi sunt firmiter adorandi. ¶ Aliq̄ vero addunt sextũ modũ adorãdi p accidẽs: quo scꝫ aliq̄d adorat ꝯnaturalitate quo mõ adorant et possunt adorari mẽbra corpis alicui⁹ sancti puta brachia vel man⁹ vel materia pᵃma q̄ fuit pars ipsi⁹ corpis naturalis. Unde cõcedũt q̄ materia corporis alicui⁹ scti existẽs sub forma vermis potest dupliciter ꝯsiderari. Uno mõ inq̄ntũ est terminata terminatiõe actuali ꝛ sic nõ debet adorari aliquo mõ. Alio mõ considerari põt p relationẽ ad aliquẽ sctm̄ sub cui⁹ forma fuit. Sed tunc distinguũt: qꝛ aut q̄rit de adoratione iã exteriori q̄ interiori: aut interiori solũ. Si pᵃmo mõ sic dicit q̄ q̄ nõ debet adorari ne videat q̄ adoret vermẽ vel aliqd̄ aliud alal in quo est talis materia ab oib⁹ circũstãtib⁹. Si scd̄o mõ scꝫ de adoratione iteriori solũ sic dico q̄ potest adorari talis materia existẽs in verme nõ tñ inq̄ntũ est informata ꝛ terminata actualiter tali forma sed p relationẽ ad sanctũ cuius talis mã pars fuit ꝛ erit i resurrectione. Si autẽ stet sub forma descẽsionis sic põt adorari adoratione interiori ꝛ exteriori. Dicũt igitur ad questionem q̄ caro xp̄i siue viua siue mortua semper debet adorari: qꝛ semp fuit vnita diuinitati ꝛ nunq̄ separata.

¶ Questio secunda.

2. q̄stiũcla Secũdo q̄rit de dulia vtrũ dulia debeat oi hũane creature. vr q̄ sic. Subiecti estote oi hũane creature. Cõtra vide ne feceris cõseruus tu⁹ ego sũ. ¶ Juxta hoc q̄rit ꝯñter de dulia et latria. Utrũ esse apprehẽsum p fidẽ icludat in ratione p se obiecti ipsorꝫ. ¶ Et vr q̄ sic: qꝛ sicut se habet ratio naturalis ad volũtatẽ: sic fides ad latriã ꝛ duliã: qꝛ deus colitur fide/sed esse app̄hẽsũ p rõnẽ icludit in obiecto volũtatis. ergo ꝛc. Maior pbata est. Minoris pbatio: qꝛ illud est de p se obiecto volũtatis quo distinguit obiectũ voluntatis ab obiectis p se aliarũ potẽtiarũ: sed hmõi est esse app̄hensum p rõnẽ qꝛ p esse app̄hẽsũ distinguit appetibile aie a natura: p esse ṽo sensatũ ꝛ intellectũ ab appetibili sensitiuo. ergo ꝛc. ¶ Contra. Habito p se obiecto potẽtie quietat potẽtia: sed apprehensio bono non quiescit: sed feruescit magis volũtas. ergo app̄hẽsio nõ ẽ p se obiectũ volũtatis: nec p ꝯñs app̄hensio fidei de p se obiecto dulie vel latrie. ¶ Ad primaꝫ q̄stionẽ dicẽda sũt tria. Primo vidẽdũ q̄d dulia/ꝛ q̄d hyperdulia. Scd̄o cui exhibẽda sit hyperdulia. tertio cui dulia et cui nõ. ¶ De primo dicũt doc. q̄ dulia est virtus differẽs a latria ꝛ hyperdulia/ꝛ etiaꝫ a seipsa si pprie sumat. Q̄ ꝫ eñ dulia sit virt⁹ pꝫ: qꝛ ois habitus q̄ inclinat ad hoc q̄ hõ se habeat ad aliũ sicut debet est virt⁹: sꝫ hõ debet alteri honorẽ. ergo dulia q̄ facit hoĩeꝫ honoratiuũ ei⁹ quẽ debet put debet q̄ñ debet ꝛ vbi debet ꝛ quõ debet virt⁹ est. Rñsio ad pmã q̄stionem 1. articul⁹. Si ergo dicat habitũ quo aliq̄s reddit honorẽ debitũ cuicũq̧ ratione excellẽtie. sic ꝯp̄hẽdit latriã et hyperduliã ꝛ oẽm suã speciẽ. Si ãt scd̄o: respicit honorem soli deo debitũ indistincte: sic adhuc nõ distiguit a latria nec ab hyperdulia vno modo dicta. Si ṽo tertio mõ sumat p honore debito cuicũq̧ creature rõne cuiusq̧ sic distinguit a latria nõ ab hyperdulia. Si ãt q̄rto sumat p hõre debito cuicũq̧ creature deo nõ vnite. sic distinguit a latria et hyperdulia et in multas species sub se scd̄ꝫ q̄ diuersa rõ honorandi est in diuersis puta dñij/magisterij/paternitatꝫ/platiõis/ꝛ sic de aliis. ¶ De scd̄o videt q̄ sũt tres species hyperdulie. Una qua humanitas xp̄i in se ꝛ ppter se adorat ꝛ ppter eã q̄ habet habitudinẽ ad ipsum inq̄ntũ hmõi: vt mater xp̄i/crux xp̄i/ꝛ alia imago xp̄i. In his eñ est vna rõ pᵃncipalis venerãdi: scꝫ vnio ad verbũ ex qua dedit ei nomen qd̄ est sup oẽ nomẽ: vt in noĩe iesu. ꝛc. Si autẽ dicat q̄ hũanitati xp̄i debet vna hyperdulia rõne qua ẽ vnita etiã si nõ haberet nisi gl̄iam aie ꝛ corpis quã habet: ꝛ cũ hoc debet sibi secũda rõne qua nos redemit/ꝛ est dñs noster/et nos serui ei⁹. tertia rõne sctitatis incõparabilis põt dici q̄ qꝛ ad gratiaꝫ vnionis sequunt oia illa. Ideo ẽ vna hyperdulia ppter vnã pᵃncipalẽ rõnem honoris: lꝫ respectu hoim sit aliqua rõ honorãdi q̄ non est respectu angelorꝫ sicut redẽptio: tñ rõne dominij habẽt eũ honorare etiã angeli: qꝛ dñs est vniuersorꝫ etiã s̃m humanitatẽ. ¶ Secunda species est yperdulie s̃m q̄ accipit honor debit⁹ matri xp̄i ppter singularẽ sctitatẽ in se: ꝛ qꝛ est sup oẽs choros exaltata in aia ꝛ corpe nulli equalis: nulli inferior nisi deo. ¶ Tertia species yperdulie videtur honor debit⁹ sctis q̄ sunt in patria. Cõstat eñ q̄ aliter honorat sctũs i patria/ꝛ aliter in via: cũ etiã eccl̃ia phibeat aliquẽ coli nisi canonizatum. Sed eiusdẽ rõnis videt esse honor in oib⁹ beatis animab⁹ et angelis/licet maior ꝛ minor. Nisi q̄s dicat q̄ nõ exhibet specialis honor paruulis baptisatis: q̄uis beati credant: sed soluꝫ martyrib⁹ et aliq̄s canonizatis sctis specialẽ honorẽ ecclesia exhibet: qꝛ q̄ minor est in regno celorũ/maior est iohãne bap. viatore. Sꝫ tñ q̄n differãt a dulia debita puro viatori null⁹ negat. ¶ Tertio est de dulia dicẽdũ q̄ põt ꝛ debꝫ exhiberi oi creature rõnali nisi dãnatis/lꝫ s̃m magis ꝛ min⁹. Creature eñ irrõnali nõ ppt̃ se sꝫ ppt̃ rõnalẽ nichil phiberet sicut dr̃ Hester. xi. Adorauerẽ fastigiũ ṽge ei⁹: ꝛ Hester sũmitatẽ ṽge honorãde osculata est. non debemus talia aliqua creature dãnate: qꝛ cũ honor primo debeatur reb⁹ diuinis: ꝛ p hoc aliq̄s minime debetur illis qui oino a deo sunt elongati.

Ceter; aūt oib⁹ debet: q: supiori debet hō honorē sʒ hō debet oēʒ aliū reputare supiorē ɓm illō. Su periores iuicē arbitrātes ⁊ oēs honorate. ideo ⁊c. Etiā pctōres: q: aptitudie sunt ītuosi honorari pñt. Si āt nec actu nec aptitudie nullo mō vt dā nati. ¶ Ad argumētū in oppositū dicendū ꝙ ve

Ad rōnes pro pma questione

rū cōcludit de oi creatura rōnali q̄ nō est i termi no dānationis extremo. ¶ Ad aliud in oppositū dicendū ꝙ angel⁹ renuit honorari/ nō q: id male fecerat: sʒ q: ois hō debet alteri honorē/ sic debet ab alio refugere honorari: vel vt ostēdet aliques hoiem ab oi angelo honorādū. vñ dixit cōseruus

Ad scdaʒ q̄stionē pme opio.

tu⁹ sum. ¶ Ad secundā q̄stionē dicendū ꝙ de hoc sunt tres opiniones: due cōtrarie/ ⁊ tertia media. ¶ Prima dicit ꝙ apphēsio est p se rō formalis obiecti. ⁊ pbat hoc qnqʒ rōnib⁹. ¶ Pria ē. Illō qō p se icludit in rōne motiui p se est de rōne obie cti: q: obiectū potētie passiue est motiuū ipsi⁹ p se et nō p accñs: q: natura ē pncipiū mot⁹ p se ⁊ nō p accñs in eo in q̄ est. obiectū aūt naturaliter mo uet potētiā: sed eē apphēsum icludit p se in obie cto volūtatis vt est motiuū ⁊ si non vt ē termīati uū: q: lʒ nō terminet nisi ad bonū absolute: tñ nō mouet a bono nisi vt est apphēsum: q: aliter non mouet naturalr nisi mediāte apphēsione. ergo ap prehēsio q̄ ē mediū naturale ⁊ pncipiū naturale ē

Scda rō.

mediū ⁊ pncipiū p se ⁊ nō p accñs sicut ⁊ natura. ¶ Scdo ad idē. Sicut illud qō ē sūme desidera tum ⁊ sūme volitū amore cōcupiscētie ⁊ p se/ licʒ scdario desideratū vel amatū amore amicitie p se nō p accñs est obiectū volūtatis q̄ p se nō fertur nisi in id qō p se est obiectuʒ: sed visio itellect⁹ est beatitudo subiectiue: sicut de⁹ obiectiue: ⁊ p ɔñs est p se ⁊ pmo amatū amore cōcupiscētie. p se aūt licet scdario post deū / q̄ ē finis cui⁹ amore amici tie sicut finis quo. q: btitudo pmo ⁊ p se volitū ē

Tertia rō

cū sit vltim⁹ finis: ⁊ p ɔñs p se obiectū volūtatis ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Illō ad cui⁹ variationē se quit variatio actuū volūtatis essentialis ⁊ specifica se hʒ ad illos sicut p se cā ⁊ nō solū p accñs: sʒ actus itellect⁹ sunt hmōi: q: in via ⁊ in patria dif ferūt essentialr ⁊ specifice act⁹ volūtatis: nō aūt ex parte potētie/ habit⁹ vl obiecti: cū illa tria sunt

Quarta.

eadē: sʒ sup variationē actuū itellect⁹ q: differūt act⁹ fidei ⁊ visio. ergo ⁊c. ¶. Quarto sic. Illud est de p se obiecto volūtatis sine q̄ nō distigueret realr ab obiecto itellect⁹: q: cū realr distinguūt itellect⁹ ⁊ volūtas nec nisi p obiecta: oporʒ mul tomagis obiecta distingui: sed nisi esse apphēsuʒ includat in obiecto voluntatis nō differret re ab obiecto intellect⁹ cum ens verū ⁊ bonū sola rōne differāt. Sed ens ⁊ bonū non apphensum ex vna parte ⁊ bonū apphēsum ex alia parte sunt differē

Quinta rō

tia re: cū apphēsio rei sit alia res a re apphēsa. er go ⁊c. ¶ Quinto sic Potētia abstracta debet hre obiectū abstractū/ ⁊ p ɔñs abstractio ē de p se ob iecto ei⁹: sʒ volūtas est potētia abstracta ad cui⁹ obiecti abstractionē nō sufficit abstractio q̄ est p itellectū agentē: nisi ɔcurrat illa q̄ est p actū itel lect⁹ possibilis q̄ est apphēsio. g apphēsio est de p

Contra istā opi.

se obiecto ei⁹. ¶ Sed ɔtra istā opionē ē: q: nichil est rō formalis alicui⁹ effect⁹ nec formalis nec ef fectiui nec alteri⁹ illi qō est separatū ab eo essen tialiter ⁊ subiecto pprer qō. 7. metaphi. pbat ꝙ ydea separata nō pōt esse rō formalis essendi vel agēdi entib⁹ materialib⁹/ sʒ apphēsio est separata ab obiecto volūtatis essentialir/ ⁊ subiecto: sic qñ balneū appetit/ balneū est extra apphēsio i ala. g apphēsio nō ē sibi p se et formalis rō mouēdi aut terminādi aut q̄uolibʒ alio mō hñdi se. ¶ Ad pri

Ad pmū pme opi.

mū eoꝝ dicendū ꝙ obiectū est motiuū potētie/ et est terminatiuū: sʒ ad motionē cōcurrit itellectio extrinsece: sicut si color nō mouet oculū ad visio nē nisi mediāte specie coloris: nō pprer hoc tamē species icludit in rōne formali obiecti visibilis: ⁊ sir bonū ē obiectū formale appetit⁹ totalis lʒ nō moueat nisi itellectiōe mediāte. ¶ Ad secūdum

Ad scdm.

dicendū ꝙ visio dei vt ē qōdā bonū in se ipsi⁹ itel lect⁹/ ⁊ summū bonū in gñe cōcupiscibiliū est ob iectū qōdā pticulare ipsi⁹ volūtatis nō vt cogni tio boni amati nisi cognita sicut q̄stio q̄rit: sed si cut aliq̄d cognitū vt bonū. pōt em etiā ipsi⁹ volū tatis act⁹ puta fruitio esse p se obiectū volūtatis q: p se ɔsequit btitudinē p se ⁊ pmo amatā. Sed nō pprer hoc dicim⁹ ꝙ ille amor q̄ necessario cō currit ad amandū: imo q̄ amat formalr sit obie ctū suimet. Et sir etiaʒ cognitio boni amati nō ē de rōne amati vt amatū ē: imo qñ visio dei appe tit in rōne visionis desiderate nō includit cogni tio q̄ iudicat illa desiderāda. ¶ Ad tertiū dicūt

Ad tertiū

q̄dā ꝙ act⁹ volūtatis in via ⁊ in patria esse eiusdē rōnis specifice: nec tñ viua est fides ⁊ spes nra: q: sicut caritas ꝑut dicit habitū est augmentabilis in infinitū. vñ q̄si inestimabilr excedit caritas pa trie caritatē vie in pfectiōe/ q̄uis nō differāt spe cie nec numero. ita etiā dilectio et delectatio vie ⁊ patrie q̄uis nō differāt specie/ illa tñ nō pōt ex cedere istā infra eandē speciē q̄trū si differunt spe cie: q: species nō pñt tm̄ differre ꝙ differāt in infi nitū in facto eē sʒ tm̄ in fieri. vñ sicut dicim⁹ ange los creabiles in ifinitū ⁊ oib⁹ rñdet eadē caritas spē: maior tñ ⁊ mior ɓm capacitatē nālīū. sic acti bus itellect⁹ spē differētib⁹ pñt rñdere sufficient act⁹ volūtatis spē nō drites. ¶ Sed ista solutio vr dupla ppr duo. pmo q: si caritas ⁊ ei⁹ act⁹ pñt augeri in ifinitū tñ pari rōne fides ⁊ su⁹ act⁹. Nec vr ꝙ amor dei possit magis augeri i ifinitū q̄ co gnitio dei. si g ppr dei ifinitatē illoꝝ graduū apō volūtatē nō oporʒ differre spē actū ei⁹ ⁊ hitus. g nec ex pte itellect⁹. Scdo/ q: hoc ipʒ vr pbare ꝙ nulla spēs creata vel creabilis sit augmētabil' i ifi nitū q: ipossibile ē ꝙ vna creatura differat ab alio vel distet i ifinitis g̃dib⁹ pfectiōis. cū g caritas ⁊ act⁹ su⁹ differāt spē: oportet alterū ipsoꝝ eē ipfe cti⁹ ɓm totā spēm altero: ⁊ p ɔñs sic mim⁹ g̃d⁹ al bedis ē pfectior oib⁹ gradib⁹ nigredis possibilib⁹ ita mim⁹ g̃d⁹ spēi supioris excedit minimū g̃dū spēi iferioris plusq̄ ifinitis g̃dib⁹ pfectiōis possibi lib⁹ iferioris spē. Posset g alir dici ɔcedēdo mino rē ad maiorē: q: ad variationē ei⁹ qō accidit q̄ ad itrinsecā rōnē obiecti: sʒ p se cōcurrit ex pte passi bilitatis ad ei⁹ actiones bene pōt seq̄ variatio es sentialis effect⁹: sicut operatio oculi nō est de ra tione obiecti visus: sed quia p se requirit ex parte oculi: ideo eius variatio variat essentialiter actū visionis de esse ad non esse. Si quis autem vellet sustinere ꝙ eiusdem speciei esset actus volunta tis in via ⁊ in patria posset respōdere ad hoc ꝙ cō tra hoc aliqui dicunt ꝙ illud gaudium est inexco gitabile: quia hoc est verum: non secūdum quid ditatem suam absolutam: sed secūdum gradum ⁊ p hoc est auctoritas Augu. dicētis. Recreas me

dñe aliqñ gaudio tui: qd si pficiat i me nescio qd est paradisus nisi sit illud ¶ Ad qrtũ dicẽdũ ad minorẽ q sine hoc q cognitio icludat in obiecto volũtatis realiter differũt ipsoꝝ obiecta: ⁊ si non ẽm se tñ in ꝯparatione ad potẽtias: q; vna ⁊ eadẽ res ens ⁊ bona sufficit ex sua entitate ad mouendũ itellectũ realit/nõ aũt ex sua bonitate ad mouendũ volũtatẽ: q; est bona in se ⁊ nõ ẽ bona huic sicut infern⁹ dãnatis. ¶ Ad qntũ dicẽdũ q pmũ obiectũ potentie abstracte oportet esse abstractũ vel in se vel in sua similitudine: sed nõ oportet q abstractio illa sit de rõe obiecti. cũ abstractio nõ sit illud in qd pmo ferẽ potẽtia: s; res ipsa abstractioni subiecta: sicut dicim⁹ q vniuersale est obiectũ intellect⁹. nõ q itellect⁹ ob' ectũ sit lectio vniuersalitati; s; res ipa subiecta vnitati. ¶ Secũda opinio ẽ totaliter cõtraria q nullo modo cadit: p se i obiecto volũtat; cognitio. Et istr pbaẽ dnqz rationib⁹. ¶ Prima talis est. Illud qd est obiectũ potẽtie p se pmo vel scd'ario est id in qd terminatur act⁹ potẽtie in'ol actu suo etiã pmo. sicut oẽ qd videẽ ⁊ in ol visione semp est color vel lux qd est pmo ⁊ p se visibile: ⁊ qñtitas ẽ est p se licet nõ pmo visibilis: sed multa amanẽ q cognitio non amaẽ. quia non cogitaẽ: q; cognitio non cogitaẽ nisi p actũ reflexũ: actus aũt rect⁹ nõ nisi p reflexum põt mouere affectũ. ꝙ ⁊c. ¶ Scdo sic. Illud qd accidit obiecto inqñtũ est terminatiuũ potentie licet p se ei cõueniat inqñtũ est motiuũ potẽtie accidit obiecto vt obiectũ est: q; accidit obiecto esse motiuũ. cũ nihil min⁹ sit obiectũ si nõ mouet sicut si mouet: sicut eqꝫ bñ cogitaẽ creatura cognitione infusa ⁊ meli⁹ ꝙ acqsita: cũ sola acqsita sit ex motione obiecti: sed cognitio accidit obiecto vt terminat licet non vt mouet: q; si iudico aliqd appetendũ deo causante in me illud iudiciũ non obiecto: ita appeto acsi ipsuꝫ appetibile moueret ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Sicut se habet appetitus naturalis ad cognitionẽ separatã: et sensitiu⁹ ad sensitiuã sic realis ad realẽ: s; cognitio separata p quã op⁹ nature d; op⁹ intelligẽtie esse nõ includiẽ i obiecto appetit⁹ naturalis. nec sensatio i appetitu sensualitatis: q; sensibile positũ sup sensuꝫ nõ facit sensuꝫ. sensatio aũt posita i sensu q nõ differt subiecto a suo appetitu: mouet tñ ipsuꝫ appetitũ. ergo nec intellectio est de p se obiecto voluntatis. ¶ Quarto sic ⁊ tactũ est arguẽdo cõtra pmã opinionẽ. Illud qd est separatũ essentialiter ⁊ subiecto ⁊ loco ab aliquo subiecto non põt ei esse formalis ratio obiecti: q; ratio formalis essendi/ vel operandi vel causandi p modũ finis est aliqd intrinsecũ sicut ydee separate quas plato posuit non possunt esse ratio essendi vel operandi corporibus a qb⁹ sunt separate. 7. metaphi. sed cognitio est in volũtate: obiectũ aũt volũtatis cõiter ẽ extra essentialiter loco et subiecto. ꝙ ⁊c. ¶ Preterea sicut inuisa possum⁹ diligere/ icognita neqꝫ ⁊ p ꝯñs nõ est amor nisi cogniti: sic etiã fantasia est mot⁹ fact⁹a sensu ẽm actũ nec ẽm ordinẽ naturẽ nec cursum põt fantasiari aliqd nisi pri⁹ exteri⁹ aliq mõ fantasiatũ: sicut etiã oportet itelligẽtem fantasmata speculari. Sed nõ pp̃ter hoc dicim⁹ actũ sensus exterioris eẽ de rõne obiecti fantasmatis: q; talia nõ apprehẽdunẽ a potẽtiis nisi p actũ reflexũ. ꝙ istr nec act⁹ itellect⁹ ẽ de rõe obiecti volũtatis licꝫ sine illo obiectũ non moueat

¶ Sed cõtra istã opinionẽ est: q; natura est pncipiũ mot⁹ eo in q ẽ p se ⁊ nõ p accñs: ⁊ sic naturale ẽ q volũtas nõ mouet ab aliq nisi moto intellectu ꝯiũcto. ergo motio itellect⁹ p se ⁊ nõ p accñs cõcurrit ad motionẽ volũtatis. ¶ Ad pmũ põt dici q cognitio cõcurrit p se ad volitionẽ nõ sicut se tenẽs ex pte obiecti itrinsece: q; tale qd est i pmo actu cognitũ v'amatũ s; sicut p se exigitũ ex pte volũtatis: q; p se ⁊ nõ p accñs est ordo iter duos effect⁹ ex pte patiẽtis ⁊ agẽtis: sicut dicerem⁹ q sol illuminãdo calefacit/calefaciẽdo calefacit et istia p se ⁊ nõ p accñs put pfectas dicit ordinẽ inẽ hos effect⁹ ex pte agẽt; ⁊ patiẽt;: q; nec sol ẽ nat⁹ alio ordie agere: nec aer alio ordie pati: s; lux ipsa vel calor nõ ppẽ hoc sunt ipi soli ratio agẽdi. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ q ẽ motiuũ nõ accidit obiecto q; ꝯuenit sibi p naturã qẽ pncipiũ mot⁹ p se Unde sicut calefacere calefactibile p se ꝯpetit calido: s; de⁹ posset alit calefacere vel calefactiones ipedire: sic etiã appetibile p se mouet appetitũ: s; de⁹ sine hoc possit mouere ⁊ hãc motionẽ ipedire ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q tã cognitio extrinseca ad appetere naturale ꝙ sensitiua ad appetere sensitiuũ reqrunẽ p se ⁊ nõ p accñs s; nõ ꝯtinẽ in obiecto. Et istr ẽ i pposito nisi q in hoc ẽ differẽtia inẽ istos appetit⁹: q; cognitio separata etiã p accñs nõ põt eẽ obiectũ nec pars obiecti appetit⁹ naturalis q nõ fieri aliq mõ i rẽ puta spãles. Et istr est de appetitu sensitiuo in bruti q nõ ẽ nisi pp̃ necessitatem tact⁹ ⁊ gust⁹. vñ appetere brutale nũqꝫ ferẽ obiectiue: ⁊ imaginari vel estimare q sunt cognitiões imediate ꝯsequẽ: q; i brutis nõ semp iste potẽtie sup se reflectũẽ: ⁊ p ꝯñs eoꝝ act⁹ nõ sunt sensibiles: nec pari rõe appetibiles. S; i hoie vidẽ iste potẽtie ex ꝯiũctiõe ad itellectũ ꝯuersiue sup se i; reditiõe ꝯpleta. vñ sensatiões sensibiles sunt etiã appetibiles ⁊ hoc multo magis est i appetitu itellectiuo: cui⁹ scꝫ obiectũ põt eẽ ⁊ act⁹ itellect⁹ a su⁹ reflexionẽ vt dictũ est. ¶ Ad qrtũ dicẽdũ q ydee put plato posuit nusqꝫ sunt. put aũt Augu. ponit necessario sunt. ⁊ i; nõ sunt formalis rõ essendi nec agẽdi nec realr nec itẽtionaliter nec ipso deo in q sunt: cũ sine eis nichil oiẽ nec iterit: imo p se sicut virt⁹ agẽtis pmi reqrunẽ ad oẽ agere. ⁊ i; nõ sit istr i pposito simplr: tñ qñtũ ad hoc ẽ istr: q; argumẽtũ nõ pl⁹ ꝯcludit nisi q itellectio nõ ẽ bona rõ q sit obiectũ volũtat; põt tñ pter hoc p se reqri ad hoc q volũtas i illo itẽdat vel ab alio moueaẽ. ¶ Ad qntũ istr: q; sicut actus sensus pticularis nõ ẽ obiectũ fantasie nec act⁹ illi⁹ itellect⁹: tñ vtraqꝫ p se nõ p accñs cõcurrit ad vtriqꝫ ita i pposito vt dictũ est. ¶ Tertia opinio q mediat iter istas dicẽs eẽ qttuoꝝ ꝯclusiões: qꝝ pma talis ẽ. Cognitio p se reqriẽ ad appetere aiale. itellectiua qdẽ ad itellectiuũ. sensitiua ad sẽsitiuũ: sicut cognitio extrinseca ad appetere nãle: ⁊ ista ꝯclusio pbaẽ sic. Illud qd sp ⁊ de necessitate reqriẽ ad aliqd vr p se reqri ad illud: sed cognitio coniuncta semp et de necessitate requiritur ad appetere animale. ergo ⁊c. Maior patet non solũ de illis q semp cõcurrũt etiã de necessitate absoluta dei ⁊ creature: imo etiã de cõcurrentibus naturaliter: q; qd est naturaliter est vt freqnter. quod autẽ accidit / casuale et secundariũ est. ¶ Si dicaẽ q mutatio localis actiui ⁊ passiui de nouo semp reqriẽ nõ tñ p se sed p accidẽs. Dicẽ

dū ꝙ ad mouendū de nouo reqrit mutatio actiui vel passiui. Sed ad mouēdū absolute non reqrit mutationis approximatio: sed reqrit presentia ꝛ primitas p se sicut semp. Minoris pbatio ḡtrūz sufficit: q2 scꝫ naturaliter semp ꝛ de necessitate sic est vt oēs dicunt. Quod autem alij semp addunt ꝙ nec diuina virtute aliter esse potest puta ꝙ sit volitio ꝛ nō cognitio. sicut nec appetere naturale sine cognoscere separato: q2 volitio est effect⁹ formalis intellectionis queꝫ deus non potest facere sine causa formali. dicit vero effect⁹ formalis: q2 resultat ex illa sine noua efficientia. ¶ Et q2 itellectio non est solū causa efficiens: sed specificans et mensurans non videt bene dictū. Nam ḡtū ad primū nō est simile: q2 cognitio separata sine qua nulla virtute potest esse naturale appetere non est cognitio itelligētie create sine qua de⁹ potest mouere oēm appetitū naturalē: sed est ipsa cognitio dei que oīa dirigit in suū finē olm prima totalis ꝛ sufficiēs causa sine qua nulla. Isto autem modo non se habet cognitio cōiuncta ad appetere ꝯiunctum. Secundū etiā nō valet: q2 effectus formalis semp ē in eodē subiecto cū sua p se causa: q2 effectus formalis est p informare sue cāe. Unde si illa nō informat nō habet effectū formalē ꝛ p cōsequens illi subiecto quod nō informat nō dabit effectū formalē. ¶ Itē nō potest de⁹ facere causam formalē in suo subiecto naturali qn cōsequat eā sicut effect⁹ formalis: sicut si faciat de⁹ albedinē sine subiecto quā nō ꝯsequit esse albū: qd ē est albedine informatū: tū nō pōt facere albedinē in subiecto vt videt ꝙ nō sit illud albuꝫ: ita nec pōt facere cognitionē in itellectu sine volitione in volūtate. si esset effect⁹ formalis licꝫ forte itellectionē separatā nō cōseqret volitio: sed illud est falsum. ergo ꝛ primū. Per qd etiā videt ꝙ in xp̄o nō pōt esse aīa in corp⁹ qn cōsequat ꝓpriū existere/ si sit effect⁹ formalis. sicut ꝛ oēs concedunt. Per hāc etiā rōnē apparet ꝙ iproprie dr descēsus deorsum esse effect⁹ formalis grauitatis: q2 grauitas pōt esse sine illo. ¶ Tertiū etiā qd dicit de specificāte et mēsurāte nō valet: q2 sicut deus est primū agēs: itā ꝛ primū mēsurās et specificās. sed p hoc ꝙ est primū agēs ipse pōt supplere vicem oīs esse agētis ꝛ oīs specificātis ꝛ mēsurantis: q2 oīa cōstituit in mēsura ꝛ specie: ꝛ ipse est prima mensura oīm. oēm etiā causalitatē quā habet obiectū ꝛ cognitio sup volitionē cū sit extrinseca differēs essentialiter a subiecto/ siue sit agēs/ siue finis/ siue exēplar de⁹ pōt supplere. vnde videt possibile de potētia dei lꝫ nō nature: ꝛ illō sufficit ad ꝓsitatē. ¶ Si dicat ꝯtra minorē ꝙ volūtas trahit ab appetitu sensitiuo nō existēte iudicio intellectus vel cōtrario. ꝛ sic nō de necessitate ꝛ semp requiritur. ¶ Dicendū ꝙ qn̄ caro cōcupiscit aduersus spm̄/ nichilominus oportet illā cognitionē quā immediate sequit volitio esse in intellectu licet illa vanet scdm̄ iudiciū sensus frequēter. ¶ Scda conclusio est ꝙ cognitio potest accipi vt quoddā bonum p se cognitum ꝛ amatū et sic ipsa potest esse per se obiectum: sed tunc est obiectum non vt est cognitio sed vt est aliqd cognitū ꝛ amatū sicut dictū est in solutione ad secundū argumentū prime opinionis. Et sic beatitudo subiectiue est p se secūdario desideratū. sed beatitudo obiectiue est p se primo sicut ꝓbat secundū argumentū p̄me opi- 2. ꝯclusio.

T

entie siue ipsa species abstracta si ipse intellectus
non prehabeat scientiā ante abstractionem. Si au-
tem prehabeat tūc talis abstractio non est vt sciē
tiam acquirat sed vt scientia vtatur prius habita
¶ Ad secūdū dicendū ꝙ ille modus arguendi ī Ad scđm.
diuinis aliqua non differunt: puta essentia et esse
essentie siue esse existentie. ergo in creatura debēt
differre. vel si in deo differūt realiter nō valet pꝛo
pter hoc sic ꝙ nō valet scientia diuina vna existēs
pōt recipere diuersas demōstrationes. ergo mul
to fortius in scientia aīe xp̄i cū sit minus immu-
tabilis potest esse aliqua acquisitio de nouo: vt
sit in aīa xp̄i sic vna alia scientia acquisita a scien
tia infusa alia inq̄ȝ realiter. ex quo sciētia diuina
est alia ⁊ alia denolatio. Uel dicēdum ꝙ scientia
diuina est magis immutabilis: q̄ et quantum ad
habitum ⁊ quantū ad actum. semꝑ eñ manet vn⁹
habitus et vnus actus. Scientia vero xp̄i creata
nō est minus immutabilis: quia q̄tum ad actus
mutatur: q̄ semꝑ habet aliū ⁊ alium actū nouū
intelligendi. Sed q̄tum ad habitum manet im-
mutabilis: ⁊ ideo ista minor imutabilitas non dz
attendi penes acquisitionē alicuius scientie: sed
penes alium ⁊ alium actū de nouo ⁊ non habitū.
¶ Ad tertium dicendū ꝙ qñ sunt due ꝑfectiōes
alicuius repugnantes adinuicē quarū vna ē ꝑfe- Ad tertiū
ctior alia semper debemus ponere ꝑfectiorem: et
q̄ minus perfecta repugnat magis perfecte non
pōt poni simul cum ea: ⁊ q̄ ita se habēt sciētia in-
fusa ⁊ scientia acquisita: ꝙ scientia infusa est ꝑfe
ctior q̄tum ad modū ⁊ habēt repugnātiā abinui-
cem vt sint simul cum sint eiusdem rationis: ideo
debemus ponere in anima xp̄i scientiam infusam
et non acquisitam: q̄ tota perfectio scientie acq̄-
site est in scientia infusa. et ex quo tota perfectio
est in ea non debemus ponere scientiam acquisi-
tam. non eñ ponentur ꝓpter aliud si ponanē nisi
ꝓpter ꝑfectionem. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ
nō semper mutationes differunt penes terminos
sed aliquando differunt penes modū eiusdē ter Ad q̄rtuz
mini. Exemplum de nutritiōe ⁊ generatione: q̄
terminus vtriusq̄ ſm philoso. de generatiōe. est
substātia solū differēter se habens quo ad modū
Cum eñ substātia sit per se dicitur generatio: cū
vero sit substātia ī alio dicitur nutritio. Et ideo
distinguendum est de mutatiōibus. ꝙ quedā sunt
mutatiōes disparate ⁊ limitate: cuiusmodi sunt
generatio et nutritio siue augmētatio ⁊ tales nō
differunt penes terminos et penes modos eius-
dē termini sicut exemplificatum est supra. Que
dā vero sunt mutationes alie. quarum vna ex vna
ꝑte ē illimitata ⁊ vlis: ⁊ alia limitata ⁊ ꝑticularis
cuiusmodi sunt generatio ⁊ creatio. Nā creatio
est mutatio illimitata ⁊ vlis: ⁊ iō pōt terminari
ad oē illud ad qđ terminatē q̄cūq̄ alia mutatio il
limitata ⁊ ꝑticlarꝭ ⁊ ꝑ ꝯñs sequitē ꝙ creatio nō dfat
ab aliis mutationib⁹ nec q̄tum ad terminos nec
q̄tum ad modū terminorū ex ꝑte terminorū. ita
eñ pōt creari aliq̄d in alio: puta substātia adue-
nire substātie ꝑ creationē sicut pōt ꝑ nutritionē:
et eodē modo est in oīb⁹ aliis: ⁊ hoc bñ congruit.
nā sicut pꝛīa cā q̄ ē cā vlis pōt sup totū ens sic pꝛi
ma mutatio q̄ ē vlis ⁊ illimitata pōt terminari ad
quodlibet ens siue sit accñtale / siue substantiale /
siue sit ens in seipso factum: siue sit ens factum
in alio. ¶ Tertia ē opinio q̄ habet duos articl'os 3. opinio.
Pꝛim⁹ articul⁹ ē de sciā īfusa. Scđs de acq̄sita.

Durā. q.3 hui⁹dist.

¶ Quantuȝ ad primum ꝓponunt tria videnda.
¶ Primū est. An in christo sit ponere talē sciētiā
¶ Secūdū est. Ad que et ad quod se extendat.
¶ Tertiū est de vsu illi⁹ sciētie. Utrū fuit collati
uus ꝛ ꝑ conuersionē ad fantasmata. ¶ Quantū
ad primū dicūt ꝙ ꝑter cognitionē beatam fuit in
xp̄o cognitio infusa qua cognouit res ĩ ꝓprio ge=
nere. qđ ꝓbāt dupliciter supponendo illud qđ di=
ctum fuit superius ꝛ ꝙ non decuit filium dei assu
mere naturā humanā imperfectā. Tūc sic. Sicut
se habet gratia ad voluntatē: sic scientia ad intel=
lectum: sȝ in xp̄o fuit plenitudo gratie ꝑficiēs vo=
luntatē nō solum ad actus patrie: sed etiā ad act⁹
vie qui est cognitio rerum in ꝓprio genere. ¶ Se
cundo: q̄ꝛ sicut dicit Dionysi⁹. 2. cap̄. celestis Je=
rarchie. xp̄s sȝ ꝙ homo docet angelos. hoc autē
nō pōt intelligi quo ad cognitionē beatā: q̄ꝛ ſm il
lam q̄libet docetur immediate a deo videndo di=
uinam essentiā ꝛ illa q̄ representatur ꝑ ipsam: er=
go opȝ ꝙ intelligatur de alia scientia ꝑ quam co=
gnoscitur res aliter q̄ȝ in ṽbo. Tenendū est ergo
ꝙ in xp̄o ab instanti sue conceptionis fuit nō solū
cognitio beata sed quedam alia cognitio ĩfusa ꝑ
quā cognouit non solū entia naturalia: sed etiam

Secundū dictū hui⁹ opinionis

mysteria diuina vt statim dicēt. ¶ Quantū ad se
cundum dicendū est ꝙ hec scientia extendit se ad
cognitionem oīm rerū naturaliū: et ad cognitio=
nem oīm mysterioꝝ diuinoꝝ ꝛ oīm cogitationuȝ
et factorum hoīm. ꝙ em̄ extendat se ad cognitio=
nem oīm rerum naturalium ꝛ oīm mysterioꝝ di
uinorum patet ex eodē principio quo supra. scȝ ꝙ
decuit ꝙ aīa xp̄i esset ꝑfectissima ex quo sic argui
tur. Ens in potentia non est ꝑfectum quousq̄ȝ re=
ductum sit ad actum: sed aīa xp̄i fuit in potentia
naturali ad cognitionē oīm rerum naturaliū cuȝ
hoc sit ĩ natura intellect⁹ possibilis. fuit etiam ĩ po
tentia obedientiali ad cognitionē oīm mysterioꝝ
diuinorū. ergo cū fuerit ꝑfectissima oportet ꝙ ha
buerit cognitionē oīm rerū ꝛ mysteriorū diuiorū.
¶ Q; autē cognouit oīa facta ꝛ cognitiones ho
minū ptȝ: q̄ꝛ cuilibet beato ꝑter visionē diuinam
reuelaē q̄cquid ad eū ꝑtinet sed ad xp̄m ſm ꝙ hō
ꝑtinet iudicare de oīm hoīm factis et eorū cogi=
tationibus. ḡ xp̄s habuit cognitioneȝ oīm hoīm
factoruȝ ꝛ cognitionū ipsorū. ĩ p̄am tamē essentiā
diuinā nō videt ꝑ talē scientiā nisi sicut videtur a
viatorib⁹ deductiōe naturali: q̄ꝛ visio clara ꝛ nu
da diuine essentie est visio beata de qua dictū fuit
supra. Hec autē q̄ dicta sunt insinuantur in ysa. my
stice. xi. vbi dicitur plenus fuisse spū sapientie et
intellectus scientie ꝛ consiliȷ̄. Nā ad sapientiā ꝑti
net cognitio diuinoꝝ. ad intellectū cognitio ꝑn=
cipiorū. ad scientiā cognitio conclusionum. ad cō
silium cognitio agendorū q̄ oīa fuerūt ꝑfectissime
in xp̄o Propter qđ dicit ap̄ls Coll'. 2. ꝙ ĩ xp̄o sūt
oēs thesauri sapiētie et scientie abscōditi ꝛ sic ptȝ

Tertiū dictum.

secundum. ¶ Quantū ad tertiū de vsu talis scien
tie vtrū fuit collatiuus ꝛ ꝑ cōuersionē ad fantas=
ma intelligendū est ꝙ est duplex collatio. vna per
quam ex notis inuestigaē ignota ꝛ talis nō fuit
in xp̄o cui oīa nota erāt ꝑ scientiā infusam. Alia ē
collatio ꝑ quā ex aliquo actu considerato deduci
tur aliud non actu ꝯsideratū lȝ habitualiter esset
notū ꝛ hec fuit ĩ xp̄o: q̄ꝛ nō cōsiderauit siē oīa q̄ꝛū
noticiā habitualē habuit. ꝛ ideo ex vno actu con=
siderato potuit aliud nō actu consideratū collati
ue deducere. ¶ Quantum ad secundū de sciētia

Su. q. 4

acquisita dicit idē sic ꝙ q̄ꝛ vn⁹ ꝛ idē doctor vtrūq̄ȝ
modū dicendi in ista q̄stione tenuit videē ꝙ satis
ꝓbabilr possit vtrūq̄ȝ sustineri. facta tñ alia ꝛ alia
suppositiōe. Si em̄ ponaē ꝙ oīa scientia infusa sit
alterius rōnis a scientia acquisita: tunc pōt ꝓba
biliter sustineri ꝙ ꝑter scientiā infusā fuit in xp̄o
alia sciētia naturali modo acquisita: quia ex quo
sunt diuersarū rationū vna nō impedit aliaȝ quin
possit esse simul in eodē subiecto nec aliquid ꝑfe=
ctionis auferendū est a xp̄o quod inueniē in aliq̄s
hoīb⁹ sicut est acquisitio scīe modo naturali. Si
autē scīa acquisita ꝛ infusa sunt eiusdē rōnis: ma
xime respectu eiusdem obiecti: tunc tenendus est
secundus modus scȝ ꝙ in xp̄o non fuit aliqua sci
entia modo naturali acq̄sita. ¶ Suppositio au=
tem secūda videtur rōnabilis q̄ꝛ sicut visus natu
raliter habit⁹ ꝛ ꝑ miraculū restitut⁹ est vnius ra=
tionis: sic scientia naturaliter acquisita ꝛ diuinit⁹
ĩfusa videreē esse vnius rōnis. quo supposito pro=
batur ꝙ in xp̄o non fuit aliqua scientia acquisita
¶ Primo sic in eo qui iam habet habitū sciētie ꝑ
ea que a sensu accipit non acquiriē nouus habit⁹
eorum qui prius sciuit. Alioquin due forme eius=
dem speciei vel ratiōis essent simul in eodē subie=
cto quod est impossibile vel saltem vna supflueret
sed xp̄s habuit habitū scientie infuse ꝑ quam co=
gnouit q̄cq̄d naturalr est cognoscibile vt fuit pri⁹
dictum. ḡ ꝑ ea q̄ a sensib⁹ accepit nō fuit in eo acq̄
situs nouus habitus scientie. ¶ Secundo ꝓbat
sic. Sicut incōueniēs est ꝙ xp̄s acceperit sciētiā
ꝑ auditum ꝛ doctrinā: sic incōueniēs est ꝙ xp̄s ac
ceperit sciētiam ꝑ experiētiam ex reb⁹ sensibilib⁹
sed oēs cōiter cōcedūt ꝙ ĩcōueniēs est ꝛ fuit xp̄m
accipere sciētiā ab hoībus ꝑ auditū ꝛ doctrinā eo
ꝙ ipse dat⁹ fuerit nobis doctor. ḡ incōueniēs fuit
ꝙ xp̄s accepit sciētiā ex rebus sensibilibus ꝑ ex=
periētiā. Maior cōcediē: q̄ꝛ hō nō accipit sciētiaȝ
ab alio hoīe nisi q̄ꝛ ꝓponunē ei voces sensitiue re
rum scibilium: ita ꝙ hō docēs nō videtur esse nisi
ꝓponēs obiectū ꝛ eodē modo res sensibiles se ha
bēt ad hoīem: q̄ꝛ ex eis tanq̄ȝ ex obiectꝭ sumit co=
gnitionē ꝑ experimētum. Si ergo incōueniēs est
xp̄m accipere sciētiā ex hoībus: q̄ꝛ ex hoc videreē
sua ꝑfectio depēdere ab hoīb⁹ eadem rōne videē
incōueniēs ꝙ accepit a rebus ꝑ experientiam. sic
em̄ ꝑfectio sua depēderet a reb⁹. ¶ Tertio quia
sciētia que ꝑ experiētiā acquiritur ex hoc ꝙ sen
sibilia sunt presentia sensibus. sed sensibus christi
valde pauca sensibilia fuerūt presentia per com=
parationem ad illa que nunq̄ȝ sensu ꝑcepit. ḡ sciē
tia hoc mō acq̄sita fuit ĩ xp̄o valde ĩꝑfecta qđ nō
est dicēdum. ¶ Et si dicaē ꝙ lȝ corporalib⁹ sensi
bus xp̄i nō fuerunt omnia sensibilia subiecta. ex
hijs tamen que sumpta fuerunt potuit in noticiā
aliorumm deuenire cum ex lumine naturali intel
lectus possit homo procedere ad intelligēdū effe
ctus per causas ꝛ econuerso: et hoc modo xp̄s po
tuit videndo corpora celestia cōprehendere eorū
virtutes ꝛ effectus quos habent in istis inferiori
bus: qui etiam eius sensibus non subiacebāt non
valet: quia ex sola visione corporum celestiū nul=
lus potest comprehēdere virtutem eorum: sed po
tius experientia effectuum loquendo de naturali
cognitione hominis de qua nunc agimus: ꝛ ideo
per experientiam habitam in quacunq̄ȝ re non po

test haberi scientia nisi de illis rebus de quibus
est experiētia: vel de cōsimilibus sm speciem. sic
em ex multis sensibus fit memoria: ex multis me
morijs fit experimentum: et tādem vniuersale qd
est principium artis et scientie. ¶ Ad rationes
Ad duas vltias rōnes ad oppositum. duas vltimas in contrarium. Dicendum ad pri-
mam q profectus incrementum in sciētia potest
esse dupliciter. Uno mō q̄tū ad essentiā habitus
quia efficit habit⁹ intensior: vel q: ad plura se ex-
tendit. ꝛ isto modo xp̄s non pfecit in scientia: q:
oīa sciuit ab instanti sue conceptionis eque pfe-
cte sicut postea. Et sic loquit Damā. qui dicit. qui
proficere dicunt xp̄m sapiētia ꝛ gratia vt additā-
mentum sensus accipientē / non eā que scdm ypo
stasim vnionē est venerantur. Alio modo est pro
fectus in sciētia q̄tum ad aliquē modū certitudi
nis: sicut cū aliq̄s cert⁹ de aliqua ꝯclusione: puta
de eclypsi / postea subtilit eā intuet ꝛ sensibiliter.
per hoc em noua certitudo addit ꝛ pcedens cōfir
mat. ꝛ hoc vocat certitudo experimētalis. ꝛ q̄tū
ad hoc creuit scientia xp̄i inq̄tū quotidie aliqua
videbat q̄ prius nō videbat licet ea sciret p scien
tiā infusam. et de hoc incremēto loquit euāge. et
Ambrosi⁹. Uel potest dici pfecisse in sciētia sicut
magister exponit / non in se sed fidelib⁹ quib⁹ ma
iora de die in diē ostendebat de se. ¶ Ad tertiam
dicendū q pfectio gratie q̄ est alteri⁹ rationis q̄
profectio nature nō excludit eā: sed si p gratiam
det alicui pfectio quā posset acq̄rere p naturam:
tunc ea data non pōt similis acq̄ri ne due forme
eiusdē rationis sint in eodē subiecto. Per id qd
dictū est pri⁹ pz responsio ad illud Machabeorum. 5.
Didicit. ꝛc. quia hoc itelligit solū quo ad certitu
Opi. ꝛ sententia do. dinem experimentalē. ¶ Inter has autē videtur
prima pbabilior q scz in xp̄o preter cognitionē
diuinam fuit triplex scientia creata scz beatifica:
quā oēs concedunt. infusa de obiectis creatis pn
cipaliter. acquisita via sensus. De īfusa nō beati-
fica patet: q: quicq̄d infusum fuit perfectiōis ali
cui viatori nō includēs nec supponēs imperfectio-
nem pfectioni xp̄i repugnantē / fuit infusum ani-
me xp̄i: qui accepit spm̄ nō ad mēsurā: ꝛ ad cuius
exemplar quasi pmogeniti alijs pfectiones īfun
dunt. Dico autē nō includēs impfectionē pper
fidem ꝛ spem / ꝛ nō supponēs pper virtutē penitē
tie q̄ supponit peccatū. Sz scīa etiā nō beatifica est
pfectionis nec ipfectionē includit / nec supponit
xp̄o repugnātē. ergo ꝛc. ¶ Idē arguit de cogni-
tione vespertina q̄ est p infusionē q: fuit viatoris de
cuit magis q̄ adā. ergo oportet pter cognitionē
in vbo cōprehēsore ipsum habuisse aliā viatoris.
¶ Itē mysteria gr̄e nouit sed tm̄ cū istud nō pti-
neat ad pfectionem nature sed magis patrie: po
tuit ad hoc sufficere cognitio matutina / sine alia
vespertina. Similiter o: cta sancta cogitata oīa no
uit q̄ iudicabit. ꝛ q: hoc erit pper iudicium / suf
ficit ad hoc cognitio matutina. sed q̄ negant res
quo ad esse videri in vbo habēt distinguere alias
cogitatiōes ab illa. ¶ Scdo pbat de sciētia acq̄
sita ꝛ experimētali q̄ ad possibilitatē q scz potuit
esse in xp̄o: q: nichil phibet nisi illa cognitio na-
turalis infusa sit eiusdē rationis cū acq̄sita: tunc
em perfectio illi⁹ habitus nec intendebat q̄ erat
perfectissimus in sua specie / nec alius solo nume-
ro differens potuit generari. ¶ Sed videtur q
licet deus posset infundere omnē scientiā acquisi
bilem: non tamen videt fuisse eadē illa q̄ in xp̄o
et in aristotele fuit: sed multo pfectior etiā specie
fuit infusa sciētia in xp̄o. Si eniz morales infuse
differunt ab acq̄sitis respectu eiusdē obiecti: pari
ratione ꝛ itellectuales infuse. ¶ Ulterius si for
titudo donū infusum circa idē obiectū differt ab
acquisita / pari ratiōe metaphisica in xp̄o infusa /
a metaphisica acq̄sita. ¶ Tertio: q: de eodē obie
cto possūt creata causare diuersas sciētias vt alia
est sciētia: q: alia pper quid multo magis deus
¶ Quarto / q: scientia q̄ aie separate infundit na
turalis videt spē differre ab acq̄sita q̄n est coniū-
cta pari ratione cōiuncte potuit infundi. ¶ Ter-
tium pbat: q: de facto habuit scientiā acquisitā
q: actiuis ꝛ passiuis debite approximatis neces-
se est fieri actionem nisi de⁹ impediat q̄ sine causa
non ipedit. Sed xp̄s habuit itellectū agentem et
sensibilia pñtia ꝛ sensus ꝛ intellectum possibilē
bene dispositū ex quib⁹ sciētia experimētalis acq̄
ritur ꝛ causat: nec est ratio quare de⁹ ipediuisset
maxime cū ista scientia sit pfectionis: ꝛ cum xp̄s
subiectus fuit sensibilib⁹ quo ad dolorē ꝛ vitā ani
malem mirū si nō quo ad pfectionis acq̄sitionē
Et q intellectus agēs fuit in eo ociosus quo ad
principalē ei⁹ operationē que est aquisitio scien-
tie habitualis videt incōuenies: q: ꝛ si in paruu-
lis dementibus est ociosus / hoc est p accidens: aut
naturaliter stolidis p impedimentū nature ꝛ de-
fectum q̄ in xp̄o non fuit. ¶ Uel verius dicendū
q in xp̄o fuit sciētia experimētalis de facto q̄tū
ad aptitudinē: q: talis fuit sibi īfusa qualis nata
est acquiri similis in specie: ꝛ preter hoc ea q̄ non
est nata acquiri sed in adā / et in salomone illa ex-
perimentalis infusa no fuit sed tantum prima nō
acquisibilis vt in experimentali proficeret.
¶ Ad argumenta contraria. Ad primū in oppo-
situz principale dicendū q iste modus nō fuit per Ad rōes i oppositū.
doctrinā: q: hoc est impfectionis q homo ab ho-
mine adiscat: ꝛ xp̄s qui debuit esse doctor omniū
nullius debuit esse discipul⁹. sed quia sensibilib⁹
scientiam accepit ab ipso deo docet qui ipsas res
creauit: et hec est natura hois / ꝛ pfectior qui p se
itelligere potest et pficere: q̄ q̄ solum ab alio sm
philosophum pmo methaphisice. q̄n dicit q sciē-
tia p solam vnius hois experientiā acquisita / est
valde impfecta. ¶ Dicendū q verū est maxime
illius hois q̄ paruin vacat talibus curiosis sicut
christ⁹ faciebat: q̄ pnoctabat in oratione dei / non
in consideratione astroꝝ celi: sed eādem scientiā
specie quā ceteri hoies p experientiā acq̄rere pos
sunt / eandem xp̄s habuit p infusionem. vnde ista
distinguit contra infusam: non q: pars huius nō
sit īfusa / quia differt specie ab obiecto infusibili.
Uel verius dicendum q tota fuit infusa et nulla
pars de facto acq̄sita: sed vna acq̄sibilis / alia aūt
non. ¶ Ad primā auctoritatē scdē opinionis
potest dici q in xp̄o fuit solum sciētia infusa: sed
īfusa est duplex scz p se: vt que non potest acq̄ri ex
sensibus. et p accidens: vt q̄ potest acq̄ri. ꝛ sic nul
lam xp̄s scientiā p experientiā acq̄siuit: nec ali-
qua in eo ignorantia ponat: sed sicut pfectionis
est de eadē re habere scientiam q: et pper quid:
q̄ pper q̄d tantū. et pfectius est scire rotundita
tem terre p demonstrationes q̄ p vnā tantum si-
cut christus habuit preter scientiā diuinā ꝛ beati
ficam alias duas infusas specie differentes: sicut

anima separata habet duas sciẽtias de eodẽ. vnã
quam acquisiuit per species acq̈sitas. aliam infu
sam tunc ꝑ species infusas. ℂ Ad secundam au-
ctoritatem ⁊ amace. dicendũ ꝙ superfluum est ⁊
nõ necessariũ in christo ponere scientiã acquisitã
de facto: qꝛ est in eo acquisibilis īfusa: sicut si deꝰ
infunderet alicui virtutes morales ⁊ illas q̃ non
sunt nate ex actibꝰ generari: ⁊ cum hoc alias que
nate sunt generari in summo gradu. tũc enim per
exercitiũ solus actus acq̈reret: non habitus nec
etiam intenderetur. Per istam viam potest respõ
deri ad omnia contraria. et differt ista opinio ab
oibꝰ aliis: qꝛ p̃ma opinio intendit ꝙ in christo de
facto fuit scientia acquisita habitualis. hec autẽ
ponit ꝙ nullus habitus fuit in christo acquisitꝰ:
in quo cõuenit cum secũda. ⁊c. ℂ Item alie due
ponunt ꝙ in christo nõ fuit aliqua scia īfusa p̃ter
beatificam ⁊ scientiã acquisibilem ꝑ naturã. Ista
autẽ ponit inter istas duas scientiam mediam: vt
visum est.

Questio tertia.

Primum Ertio queritur Utrũ aïa xp̃i
habuerit omnipotentiã. Et vi
detur ꝙ sic: qꝛ Matthei vltimo
dixit xp̃s. Data est michi oĩs
potestas in celo ⁊ in terra: sed
nomine celi et terre oĩs crea-
tura ītelligit̃ sm̃ illud Geñ. i.
In p̃ncipio creauit deus celũ
Secundũ et terram. ergo christus habuit potentiã sup omnem
creaturam sꝫ hoc est omnipotẽtia ⁊c. ℂ Itẽ aĩa
xp̃i habuit plenissime gratiã virtutum ⁊ miraculo
rum sꝫ hanc habere nõ potuit nisi habendo potẽ-
tiam super omnem creaturam: qꝛ oĩs mutatio cre-
ature põt ad gratiam miraculorum ꝑtinere cum
etiam corpora celestia fuerint aliq̈ando ꝑ mira-
culum a suo ordine transmutata. ergo anima christi
habuit potentiã super omnẽ creaturam. et sic idẽ
Tertium. quod prius. ℂ Itẽ sicut potentia dei est infinita
ita et eius sciẽtia: sed scientia dei respectu omniũ
est aliquo modo cõmunicata anime christi. ergo et
In oppo- potentia respectu oĩm: ⁊ hoc est oĩpotẽtia. ℂ In
situm cõtrariũ arguit̃: qꝛ potẽtia ꝓportionat̃ essentie ī
qua fundatur sꝫ essentia aïe christi nõ potest eẽ in-
finita. ergo nec eius potentia: sed sola potẽtia infini-
Secundũ ta ẽ oĩpotentia. ergo ⁊c. ℂ Preterea potentia creã-
di continet̃ sub oĩpotentia sm̃ illud / patrẽ omni-
potentem creatorẽ celi et terre. ⁊c. sꝫ anime xp̃i cũ
sit creatura nõ põt cõicari potentia creãdi. ergo ⁊c.
Respõsio ℂ Rñsio. Tria sũt vidẽda. Primũ de oĩpotẽtia
Scd̃m de potẽtia creãdi. Tertiũ de īfinitate scie
i. articulꝰ visionis. ℂ Quãtũ ad p̃mũ sunt due opiniones
Durã. q. 5 Prima dicẽtiũ ꝙ p̃mittẽde sunt due distictiones
huiꝰ disti. necessarie ad ꝓpositũ: ⁊ scd̃o eis positis respõde-
bitur ad questionẽ. ℂ Prima distinctio est ꝙ cuꝫ
potẽtia sit principiũ trãsmutãdi alterũ: vt habet̃
5. metaphisice. Illud habet oĩpotentiã qđ hꝫ p̃n
cipiũ ꝑ quod põt transmutare om̃e aliud a se sm̃
quodcũq̧ genus trãsmutationis possibilis. Est
autẽ triplex genus trãsmutationis possibilis in
rebus loquendo de transmutatione largo modo
Una q̇dẽ naturalis q̃ fit a p̃mo agente sm̃ ordi-
nẽ nature Alia ẽ miraculosa: q̃ fit ab agẽte supna-
turali sup cursum ꝯsuetũ nature. Tertia est scd̃m
quã oĩs creatura producta est de nichilo / ⁊ vertibi
lis est in nichilũ Illud ergo hꝫ simplr̃ oĩpotẽtiã qđ
habet in se p̃ncipiũ ꝑ qđ põt trãsmutare oẽm crea
turã oĩbꝰ p̃dictis modis. ℂ Secũda distictio est
ꝙ in aliqua trãsmutatione aliqđ agẽs põt dupl'r
Uno mõ ꝑ potẽtiã in ipso formaliter existentem.
Alio mõ nõ ꝑ potẽtiã in ip̃o existẽ sꝫ ꝑ v̾tutẽ alte
rius sibi assistentẽ. Possumꝰ eñ nõ solũ ea q̃ pos-
sumꝰ ꝑ nos ⁊ ꝑ v̾tutẽ ꝓpriã: sꝫ ea q̃ possumꝰ ꝑ ami
cos tñ ꝑ potẽtiã nobis assistẽtẽ. ℂ His suppo-
sitis dicẽdũ est ad q̈stionẽ: qꝛ si loq̈mur de potẽtia
aïe xp̃i q̃ est in ipsa formaliter ⁊ sm̃ se. sic xp̃i aïa
nõ habuit oĩpotentiã nec hr̃e potuit. Cuiꝰ ratio-
nẽ possumꝰ sic accipere: qꝛ potẽtia hꝫ rõnẽ p̃ncipij
effectiui vt pꝫ ex eiꝰ diffinitione scꝫ ꝙ est p̃ncipiuꝫ
trãsmutãdi: cui ergo non põt cõicari ꝙ sit p̃ncipium
oĩm / illi nõ põt cõicari ꝙ habeat potẽtiam respe-
ctu oĩm: sed aïe xp̃i vel cuilibet creature non põt
cõicari ꝙ sit p̃ncipiũ oĩm: qꝛ hoc ẽ ꝓpriũ dei ⁊ sm̃
fidẽ ⁊ sm̃ philosophos. ergo sibi nõ potuit cõicari ꝙ
haberet potẽtiã respectu oĩm: hoc aũt ẽ sola oĩpo
tẽtia. ergo ⁊c. Hoc etiã mõ loq̈ndo de potẽtia nõ vi
deo ꝙ in aïa xp̃i fuit alia potẽtia naturalis q̃ in
ceteris hoĩbꝰ: cuius ratio est: qꝛ potentia natura
lis sequitur naturã in qua fundatur. Cũ igit̃ na-
tura aïe christi fuit eiusdẽ rõnis cũ ceterꝭ aïabꝰ:
consequens est ꝙ potẽtia naturalis in ip̃a / ⁊ in ce
teris aïabus fuit eiusdẽ rationis ⁊ ideo q̈tũ fuit
ex vi nature aïe xp̃i aïa christi nõ habuit maiorẽ
potestatẽ in t̃mutatione corporis q̃ ceteri homi-
nes bñ dispositi vel si maiorem habuit: qꝛ fuit for
te meliꝰ cõplexionatus talis maioritas non fuit
sm̃ formam specificam. sed sm̃ intensionẽ in eadẽ
specie. Si autem anima christi ex virtute propria
et naturali non habuit potentiam transmutandĩ
corpus proprium nisi secundum ordinem nature
multo minꝰ habuit potestatẽ trãsmutãdi: naturã
miraculose seu trãsmutatiõe q̃ est ex nihilo vel in
nichil: nõ solũ aũt aïa xp̃i nõ habuit naturalẽ po
tẽtiã hoc faciẽdi: imo nec supnaturalẽ sibi inherẽ
tẽ ꝑ quã hoc facere posset: qꝛ oĩs potẽtia supnatu
ralis data a xp̃o vel ꝑficiebat corpꝰ eiꝰ ad actꝰ cor
porales / vel aïam ad actꝰ aïe solũ / vel ad actꝰ cor
poris mediãtibꝰ actibꝰ aïe. nõ ei poterit dici ꝙ ꝑ-
fectio aïe sit imediate ad actꝰ corporis cũ eiusdẽ sit
potẽtia cuius est actꝰ: nulla aũt potẽtia videt̃ da-
ta fuisse xp̃o q̃ ad corpꝰ ad supradictos actꝰ: qꝛ vt
patebit in sequẽti distinctiõe / xp̃s ꝑ defectꝰ corporis
quos assumpsit manifestauit se eẽ verũ hoĩem / si-
cut ꝑ miracula manifestauit se esse verũ deũ: igit̃
oĩa miracula q̃ fecit attribuẽda sunt v̾tuti diuine
sicut oẽs defectꝰ q̃s habuit referẽdi sũt ad corpꝰ.
et sic loquit̃ ip̃e xp̃s de miraculis suis Joh. 5. di
cẽs. Pater meꝰ vsq̧ mõ opat̃ ⁊ ego operor. ⁊ Jo. x.
Opera q̃ ego facio in noĩe p̃ris mei / ip̃a testimo-
niũ ꝑhibẽt de me. illud inq̈ testimoniũ qđ subdit̃
Pater ⁊ ego vnũ sumꝰ. ⁊ infra in eodeꝫ dixit. Si
nõ vultis michi credere: opibꝰ credite: vt cogno-
scatis qꝛ ego in p̃re / ⁊ pater in me est. ⁊. 4. ca. eiu
dẽ dr̃. Pater in me manẽs ipse facit opa. Ex q̈bꝰ
clare patet ꝙ xp̃s faciebat miracula ⁊ cetera opa
q̃ sunt sup cursum nature ꝑ v̾tutẽ diuinã ꝑ quã est
vnũ cũ p̃re / ⁊ nõ ꝑ aliquã v̾tutẽ creatã sibi datam
supnaturaliter ꝑficientẽ ip̃m ad huiusmodi actꝰ.
ℂ De claritate autẽ trãsfigurationis ⁊ de ambu
latione sup aquas per quã virtutẽ talia fuerit in
xp̃o / dicetur postea. In xp̃o autẽ fuit aliud donũ
supernaturale: imo plura sufficientia animã eiꝰ
ad actus proprios qui sunt itelligere et bñ velle ⁊

et ad actus corporales meritorios ex prioribus
imperatos: ad act⁹ autem supnaturales puta ad
trāsmutandū creaturā pter ordinē nature neq̄
ppter eandē rationē q̄ pri⁹ facta est: qꝛ illa q̄ xp̄s
fecit sup hoīes/fecit ad ostēdendū potētiā siue p̄=
sentiā sue diuinitatis: ꝛ ideo in ipso inq̄tum ho=
mo nō fuit aliqua virtus ad faciendum aliquod
exteri⁹ supra modū humanū q̄uis ad actus exte=
riores pficiēs ipsam aīam in se habuit multa do=
na sup hoīes. patet ergo q̄d sentiendū sit de potē=
tia aīe xp̄i q̄ est in ipsa formaliter s̄m se siue sit na
turalis siue supnaturalis. ¶ Si autē loquamur
de potētia aīe xp̄i nō pficiēte ipsam formaliter sꝫ
solū assistente s̄m quā dicim⁹ posse ea q̄ p amicos
possum⁹/ sic dicendū q̄ aīa xp̄i habuit potētiā ad
oēs mutationes miraculosas ordinabiles ad fi=
nem icarnationis. Cuius ratio est: qꝛ sicut dictū
fuit in precedentibus ei cui competit p̄mo doce=
re ea q̄ sunt supra rationē humanā cōpetit habere
potētiā faciēdi opa supnaturalia talē doctrinam
cōfirmātia: sed xp̄o cōpetebat tanq̄ p̄mo ꝛ prin=
cipali doctori docere ea q̄ sunt supra rationē na=
turalē maxime q̄ ptinēt ad salutē hoīm q̄ est finis
incarnationis. ergo sibi cōpetebat potētia facien
di opa supnaturalia talē doctrinam confirmātia.
Hanc autē potentiam non habuit formaliter sibi
inherentē vt pbatū est: sed habuit sibi assistētem:
quatenus virt⁹ diuina operabat̄ talia q̄ cōfirma=
bāt doctrinā humanā. Inter hm̄oi autē opa non
continent̄ transmutationes omnium creaturarū
ex nichilo in aliquid: vel ex aliquo in nihil. q̄uis
virtus diuina humanitati xp̄i assistens potest ta=
les mutationes facere. tū qꝛ iste trāsmutationes
latuissent. non eñ potest sciri per certitudinē de
aliquo nouo producto an sit productum ex nichi
lo: vel ex preiacēti materia. Et similiter de eo qd̄
desinit esse: an sit corruptum vel annichilatum: qꝛ
per alias trāsmutationes miraculosas satis fuit
2.opinio. christi diuinitas declarata. ¶ Secunda opinio
potest imaginari q̄ omnipotentia non est in chri
sto: nec infinita virtus/nec infinita operatio hu=
mana. Primum patet: quia licet scientia sit nobi
lius donum q̄ potentia/iuxta illud Preposui il=
lam regnis et sedibus. et p̄ma prosa in de cōsola
tione dr̄ sapientia habere libellos in dextra/ sce=
ptrū in sinistra: et si potest dari qd̄ maius est pos=
sit dari quod minus est: ppter quod videtur si in
xp̄o est collata sapientia q̄ per consequens etiam
oīpotentia/sed nō oportet: qꝛ quod minus est ma
gis repugnat q̄ quod maius sicut homini datū
est intelligere nō volare quod est minus. vel dicē
dum q̄ non est simile de scientia ꝛ omnipotentia
primo quia potentia cognoscēdi p aliq̄d additū
cognoscit puta speciem vel aliud medium: sed po
tentia faciendi imediate agit. vnde quia scientia
christi cognoscebat p medium infinitum: non au
tem operabatur per illud/potuit infinita cogno=
scere non facere. Scd̄o qꝛ licet infinito repugnat
comprehendi a potentia cognoscendi finita/ non
tamē aliqualiter etiā imediate cognosci sed pro=
duci sic: quia omne productuꝫ est causatum a suo
producente. non autē oē cognitum a suo cogno=
scente. finitum autem nō potest habere habitudi=
nem ad infinitum: sed aliquam aliam habitudinē
habere nichil prohibet. Tertio quia cognoscens
inq̄tum hm̄oi non est superius cognito: quia anī
ma cognoscit deum et angelos: sed producens est
supra productum. Unde per hoc q̄ anima christi
cognoscit oīa nō est super omnia: secus si omnia
posset producere ¶ Scd̄o non est in humanitate
christi infinitum posse licet in ipsa non sit nisi infi=
nitum esse si in christo est tantum vnum esse: sicut
determinatur in quodā concilio: ad quod dicunt
in christo esse proprium esse humanitatis. sed nō
est in christo duplex esse dictum simpliciter ꝛ ab=
solute. i. duplex subsistere sicut dicebat nestorius
cōtra quem ꝛ suos sequaces est illud cōciliū: vel
contra primam opinionē que in christo confitens
vnam personam/ponit tamen duo supposita: sed
supposito q̄ in xp̄o nō sit existere substātiale nisi
infinitum: cum vnumquodq̄ habeat posse agere
scd̄m q̄ habet esse quod non habet nisi esse infini
tum: non habet nisi posse infinitū vt deus. Et di=
cendum q̄ verum est de posse quod est ipsum esse
vel quod fundatur in ipso esse substantiale: quia
tale i perfectione sequitur ipsum esse: secus autē
de alio: sicut materia per essentiaꝫ ꝛ esse anime re
cipit quantitateꝫ et omnia accidentia coniuncta
que non reciperet: nisi actuata per eam / quibus
tamen nec anima nec suum esse afficiuntur: cum
sint indiuisibilia: ꝛ ideo illa corrumpūtur cū cor=
pore licet anima cum suo esse sit incorruptibilis
quia nō est probabile q̄ anima in corpore habeat
esse corruptibile: sꝫ suum esse eternum cōmuni=
cat corpori. Et similiter licet humanitas nō pos=
sit esse subiectum accidentis vel virtutis natura=
lis vel supernaturalis nisi prius actuata p existe
re substantiale: nichilominus tamen actuata per
subsistere diuinum immediate recipit omne acci
dens propter quod cum ipsa sit finita et illud est
finitum siue illud siue aliud. ¶ Tertio dico q̄
nec est humana operatio infinita in christo/q̄uis
ipse principalis operans sit infinitus: quod tamē
videtur sequi ex dictis quorūdam: qui dicunt q̄
principio operationis non mutato suppositū ma=
gis perfectum habet operationem magis essen=
tialiter pfectiorē dicētes post resurrectōēꝫ auge
ri gloriam intensiue: quia homo est suppositū per
fecti⁹ q̄ aīa/q̄uis aīa et lumen nō sint perfectio=
ra. si enim suppositum q̄to perfectius in se tanto
intēsius operatur. ergo infinite perfectum infini
tam operationem habebit: quod est multum con
tra eos: qui alibi dicunt q̄ tota realitas agēdi re
sidet penes naturam ꝛ principaliter ꝛ simpliciter
sed sola denolatio penes suppositum dicētes na=
turam agere non suppositum sed solum sustenta=
re et ob hoc denominari quia sustentat in vnitate
persone: licet eñ nō stat cū primo dicto: qꝛ si sim=
pliciter ad simpliciter/et magis ad magis. vnde
si suppositum prout distinguitur contra naturam
nichil facit ad agendū simpliciter. ergo nec pfe=
ctius natura non magis perfecta nichil facit ad
agendum: quod est contra primū dictū ¶ Dicē
dum ergo q̄ in omni actione nature suppositū est
agens immediatum instrumentale. vnde non sic
est imaginād a actio suppositi et nature sicut agē
tium eiusdem rationis quorū vnus sine alio age
re potest vel imperfecte: vt duo trahūt nauem ve
locius q̄ vnus per se tardius. nam sic procedit ar
gumentum: sed sicut agentis principalis ꝛ instru
mentalis: quorum tamen vnuꝫ sine alio agere nō
potest nec etiam imperfecte a quibus nō est actio

perfectius. nam sicut anime sensitiue diuersarũ perfectionũ mediãte potẽtia sensitiua visiua scʒ: videret perfectius ꝛ minus perfecte scdm diuersitatem non suam sed potentie que est immediatum principium agendi: sic etiam in proposito supposita qͥcũcunqꝫ magis ꝛ minus perfecta agunt magis ꝛ minus scdm diuersitatem non suam sed potentie actiue. ¶ Ad argumẽta principalia respondent illi de prima opinione: ꝛ dicunt ꝙ omnis

Adrõnes añoppo. Durã vbi supra. potentia dicitur data fuisse christo homini ratione vnius: quia ille homo omnia poterat nõ tamẽ inquantum homo sed inquantum deus: ꝛ licet hanc potestatem christus habuit hoc modo ab instãti sue conceptionis: qꝛ ex tunc fuit homo ꝛ deus: tamẽ post resurrectionem magis innotuit hominibus ideo tunc dicitur fuisse data modo quo res dicitur fieri qñ innotescit. ¶ Ad secundum dicendũ

Ad scdm. ꝙ gratia virtutum ꝛ miraculorum fuit data xpo scdm ꝙ homo ꝛ cuicunqꝫ alii sancto non vt propria virtute sibi inherẽte faceret miracula: sed per diuinã virtutẽ sibi assistentem et doctrinã eorum confirmantem ꝛ orationi ꝛ precibꝰ eoꝝ condescendentem. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ xpo non est

Ad tertiũ cõmunicata omnis scientia simpliciter: sicut nec omnis potentia. nõ enĩ aĩa christi sciuit omnia q̃ deus simplici noticia saltem quo ad infinita indiuidua q̃ deus potest facere ꝛ si sciuisset nõ propter hoc scientia eius fuisset infinita sicut nec est ex eo ꝙ cognoscat essentiam infinitam scʒ diuinã. si autem haberet omnipotentiam/ista necessario esset eque infinita sicut potentia diuina. Cuius ratio est: qꝛ potentia habet rationem principij respectu possibilium. et quia omnis perfectio que est in principiato est eminentiori modo in principio: ideo potentia q̃ est respectũ omnium possibilium necessario habet perfectionem omnẽ possibilem eminentiori modo quo potest haberi: propter quod nulla potentia potest esse maior ea vel perfectior. scientia autem de natura sua non habet rationem principij respectu scibilium: ꝛ ideo non oportet ꝙ habens scientiam omnium habeat perfectionem omnium nec perfectionem omnis sciẽtie nisi quo ad numerum scibilium sed non quo ad intensionem que magis se tenet ex parte sciẽtie q̃ ex parte scibilis: quia qui habet perfectiorẽ potentiã cognitiuam perfectius cognoscit aliquam rem propter qđ magis repugnat creature omnipotentia per quam

2. articulꝰ equaretur deo non solum quo ad naturam possibiliũ: sed quo ad perfectionẽ potentie q̃ omnis scientia per quã si creatura equaret deo quo ad numerũ scibilium/non tamen quo ad perfectionem

Opinio. scientie. ¶ Quantum ad secundũ principale de cõmunicabilitate potentie creãdi christo vel alii creature est eadẽ difficultas de qua dictum est in prima distinctiõe secũdi. Igitur quantum ad presens tractanda est vna opinio: que sic probat ꝙ potentia creandi non possit cõmunicari creature nec sit communicata anime christi. quia potẽtia infinita non potest ei communicari: potentia creandi est huiusmõi. ergo ꝛc. Maior patet: qꝛ sicut in magnitudine finita non potest esse: virtus infinita vt probatur. 8. phisicoꝝ. sic nec in quacunqꝫ essentia finita. omnis autem creatura est certis limitibus circũscripta scdm Ambrosiũ. ergo ꝛc. Probatio minoris: qꝛ sola potẽtia infinita potest absoluere distantiam infinitam: sed inter terminos creationis que sunt ens ꝛ non ens est distantia infinita. ergo ꝛc.

¶ Cõtra istam rationẽ instatur multipliciter. Primo cõtra maiorẽ tripliciter. primo sic. Si in magnitudine finita non potest esse virtus infinita hoc est quia moueret in non tempore: quia nec alia ratio ibi ponitur: sed ista ratio non valet: qꝛ pari ratione nec in spiritu infinito posset esse virtus infinita: qꝛ scʒ moueret in non tempore cum sit contradictio motum esse in instanti. ¶ Si dicatur ꝙ secus est de virtute spirituali que est libera et nõ agit nisi sicut vult: aliud est de corporali que agit ex necessitate nature. Non valet: qꝛ virtus infinita spiritualis ꝛ libera licet possit si velit tardius agere q̃ infinita naturalis: tamen si vult põt eq̃ cito agere. si ergo propter infinitatẽ virtꝰ naturalis necessario agit in nõ tpe per ꝯñs infinita libera potest mouere in nõ tpe: quod est absurdũ. ¶ Secundo contra eandem maiorem sic. intellectus est potentia infinita. sed ipse est in essentia finita. ergo potentia infinita potest esse in creatura licet sit finita. Maior probatur: qꝛ minor est nota qꝛ illud quod producere potest infinita specie: est infinite virtutis in vigore: qꝛ quanto aliquid põt plura producere specie differentia: tanto ipsũ est maioris virtutis. et per consequens infinite si potest infinita producere. sed intellectus ẽ huiusmõi. qꝛ cum intellectus habeat speciem ab obiecto ꝛ species sint creabiles/et per consequens intelligibiles in infinitum/ꝛ intellectus producat intellectionẽ vel agens vel possibilis/ vel ipsa substãtia intellectualis. ergo. ꝛc. ¶ Tertio ad idẽ sic visio beata est subiectiue in intellectu creato ꝛ finito. sed ipsa est infinita/qꝛ non est limitata ad genus ꝛ ad speciem: sicut nec obiectum suum principale quod est deus. nec secundariũ/ qđ est omne creatum ꝛ creabile/cum intellectio sumat speciẽ ex obiecto. ergo. ꝛc. ¶ Secundo arguitur contra minorem ꝛ eius probationem sic. illa distãtia non est infinita qua est dare maiorẽ. qꝛ nichil ẽ maius infinito. sed magis est distantia inter ens vniuersaliter et non ens vniuersaliter: q̃ inter terminos creationis qui sunt nõ ens. hoc ꝛ hoc ens ergo. ꝛc. ¶ Secundo ad idem sic. illud quod nõ est ens in actu nec in potentia magis distat ab ente q̃ illud qđ est non ens actu. sed ens potẽtia subiectiua vel obiectiua. sed chimera ꝛ cetera figmẽta sunt impossibilia. non ens autem quod est terminꝰ a quo creationis est potentia obiectiua. ens ergo minus distat ab ente q̃ figmenta.

Cõtra rationes illꝰ opionis.

Obiicitur cõ minorẽ rationis.

¶ Tertio ad idem sic. qꝛ non plus negat negatio q̃ ponat affirmatio. sed terminus ad quem creationis affirmatiuus non ponit ens in cõmuni. sʒ ens hoc: qꝛ vniuersale non producitur. ergo terminus a quo negatiuus nõ negat nisi hoc ens ꝛ non ens vniuersale seu cõmune. ¶ Tertio arguitur contra conclusionem sic. aut creatio est actio infinita totaliter ꝛ simpliciter. aut est finita totaliter et simpliciter. aut simpliciter finita. sʒ infinita ratione modi. non est infinita simpliciter ꝛ totaliter quia tunc equaretur generationi et spirationi in diuinis. Si autẽ est finita totaliter per cõsequẽs non querit potentiam infinitam/sed finitam. cuiusmodi potest communicari creature. Si autem finita solum ratione modi: adhuc idẽ. qꝛ licet effectus non excedat causam principalem: immo nec adequet: si est equiuocus. tamen potest excedere

Obiicitur contra conclusionem.

suam causam instrumentalē. si igitur creatio esset
simpliciter ꝛ totaliter actio finita potētia crean-
di posset cōicari creature etiā principaliter. Sičt
sit infinita ratōe modi requirit principale agens
infinitū/etiā simpliciter. sed poterit habere agēs
instrumentale totaliter finituȝ. ꝛ sic creare instru
mentaliter poterit cōicari creature. ¶ Secūdo
sic. actiones eiusdē rōnis possunt equaliter cōica-
ri. sȝ creatio et gn̄atio que est circa naturalia sunt
hmōi: q2 possunt habere eundē terminū specie: si-
cut in vitulo creato ꝛ generato etiā nūero sicut in
hole qui est terminus creationis ꝛ generationis.
ergo. ꝛc. ¶ Tertio. qꝺ agit ad adnichilationem
potest agere ad creationē. sed sic est quando quan
titas in altari corrūpitur q2 non habet subiectum
ꝛ per consequēs cedit in nichil. ergo pari rōe pos-
set producere quantitatē sine subiecto vt separatā
q̄lis est in sacramento qꝺ esset creature. ¶ Quic
Solut doctor ꝗ- quid sit de cōclusione et de rōne/ tamen predicta
dctās ista possunt impediri. ¶ Ad primū dicendū ꝙ illa ra
tias. tio phi nō valet. sȝ ꝯclusio vera est ꝙ in subiecto
finito siue sit quantū siue non potest esse virtus in
finita. q2 tunc accidēs excedet subiectū nec ēēt ꝓ-
portio subiecti ad accidens: sicut nec finiti ad infi
Ad scdm. nitum. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ licet intellect⁹
posset producere intellectiones specie infinitas.
tn̄ non propter hoc esset infinitus simpliciter. q2
maior eo esset illa virtus que posset ꝓducere infi
nitas intellectiōes ꝛ volitiōes ꝛ multa hmōi: vñ
esset infinitus scd̄m quid quo non ꝓhibetur ali-
quid esse maius. Uel potest dici ꝙ aut loquimur
de intellectu coniuncto possibili/ vel agente/ aut
de separato. Si de cōiuncto: ille non est natus in-
telligere nisi respectu specierū naturalium ꝛ cor
poralium: que sunt finite. Si de separato ille non
intelligere facit/ sed species: que sunt in eo specie
differētes scd̄m differentiā intellectionum quas
causant. Si aūt noue species crearentur/ noue spe
cies adderentur ꝛ infinite in fieri per quas infini-
ta obiecta in fieri intelligerētur. q2 sic sunt res in
mente angeli sicut in ꝓpriis naturis. Sed istꝺ nō
videtur valere: q2 si alique species corporaliū nō
sunt producte sed ꝓducibiles cum aliq̄bus quali
tatibus sensibilibus/ illas intellectus possibilis
eque posset intelligere/ ꝛ agens respectu illaꝝ in-
tellectionē facere sicut respectu iam ꝓductarum.
Et similit̄ sicut quando anima separatur species
sibi infundūtur per quas intelligit omnia que sūt
ita si noui angeli crearenē species noue āgelis in
funderētur per quas se intelligere facerēt respec-
tu illarum/ sicut respectu antiquarū specierū. Est
aūt inter operationē propriam ꝛ cōmunem diffe-
rentia. q2 propria inest accidenti per subiectū. cō-
munis ecōuerso. vnde nō oportet subiectuȝ eē ma
gis perfectum per hoc ꝙ habet plures operatōes
cōmūes et per accidens. sicut illud quod est albū
et calidum/ ꝛ hmōi plures operatōnes potest per
illa ꝙ perfectius subiectū simpliciter ꝙ non habȝ
tot ptātia actiua. sed respectu opationum per se et
propriarū. aliud est q2 ꝙto subiectum simpliciter
principale et actiuuȝ est pfecti⁹/ tāto pōt i plures
vel pfectiores opatiōes. ꝛ tāto hȝ plura ꝛ pfecti
ora pncipia opatiua: sicut ala sensitiua hȝ plures
pōes ꝛ opatiōes ꝙ vegetatiua/ ꝛ intellectia ꝙ sen
sitiua: cū ꝗ intelligere sit p se ꝛ ppria opatio intel
lectualis sbe. ꝙto ipa hȝ pfes ꝛ pfectiores itelle-
ctiones tanto ipsa est perfectior ꝛ habet plura et
perfectiora principia itelligēdi: ꝛ per consequēs
si habet plures itellectiones infinitas specie: nō
solum habet infinitas species electiuas: sed in se
est infinitus: q2 licet ad infinitatem effectus non
requirat̄ infinitas in singulis causis: sed sufficiat
infinitas in oib⁹ simul iūctis/ cū oēs species agāt
in virtute substantie intellectualis cui⁹ sunt: per
consequens plus est virtutis in illa ꝙ in omnib⁹
istis: sed in istis est infinita. ergo multo magis in
illa. vnde videt̄ melior prima solutio ꝙ itellect⁹
qui est intelligere factiu⁹ principaliter/ siue sit ac
cidens siue substantia sit infinitus scd̄m quid sed
non simpliciter vel non vniuersaliter. Sed tūc re
manet argumentum primum: q2 licet de⁹ nō pos-
set cōmunicare creature potentiam creandi ita ꝙ
esset infinita simpliciter ꝛ vniuersaliter: q2 tūc ꝓ-
duceret seipsam: tamen potest ei cōmunicare po-
tentiam creandi omnia alia a se que erit potentia
infinita scd̄m quid ꝛ nō simpliciter cum maior sit
potentia creandi omnia creabilia ꝙ creandi oia
vno excepto. ¶ Unde dicendum tertio ꝙ nichil
creatum nec substantia nec accidens est produ-
ctiuū infinitoꝝ specie differentium: ꝛ ꝙ si species
corporaliū multiplicabiles sunt in īfinitū vel in-
corporalium: nec species abstracta nec īfuxa nec
intellectus substātia vel accidens possent effice-
re intellectiones respectu oīm si specie differunt/
sed respectu determinatoꝝ ꝙuis numerus sit no
bis incertus: q2 virt⁹ finita non est ad infinita spe
cie. ¶ Si dicatur ꝙ imo actus reflexi multipli-
cantur infinituȝ naturaliter qui differunt specie.
Dicendum ꝙ primū est verū: sed secundū est fal-
sum q2 sunt vnū specie ab vnitate pricipalis obie
cti ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ visio beata est quid fi Ad tertiū
nitū ꝛ determinatū ad genus et speciē licet obie-
cti infiniti oīmodo indeterminati et illimitati: q2
non oportet ꝙ actus habeat speciē ab obiecto sic
ꝙ sit eiusdē speciei vel generis cū illo cū intelle-
ctio substātie sit accidēs/ sed hȝ speciē ab obiecto
effectiue/ a se formaliter. vnde ex hoc ipso ꝙ ē ab
obiecto discreto ꝯm speciē licet illud nō sit in spe
cie potest habere limitatā speciem. Constat eñ ꝙ
deus nō existēs in aliqua specie nec modo nec or-
dine/ dat oib⁹ speciē/ moduȝ/ ꝛ ordinē: q̄ habet in
se nō formaliter sed virtute. ergo ex ea parte qua
actus hȝ speciē ab obiecto nō habēte speciē: simi-
liter ex ea parte qua habet speciē ab obiecto ter-
minatiue: sicut si deus causaret in me intellectio-
nem lapidis ꝑmo/ ꝛ postea asini: distinguerent̄ ab
obiecto nō effectiue sed terminatiue/ ex hoc solū
ꝙ essent de diuersis obiectiue. sic visio beatifica q̄
est de deo principaliter/ differt ab oī vespertina spe
cie: que est principaliter de aliquo creato. ¶ Ad Ad ꝗrtuȝ
quartū dicendū ꝙ infinito inꝗtuȝ est hmōi nō est
dare maius: sed infinito ex vna parte/ et finito ex
alia parte est bñ dare mai⁹. sicut nobilissima crea
tura data vel possibilis in infinitū distat a deo: sic
ꝙ īfinita ē ex parte dei q̄ est īfinit⁹/ nō creature q̄
est finita. vnde ex parte dei nichil pōt plus distare
ꝙ sit infinitius deo: sed ex parte creature sic: puta
creatum ignobili⁹. ꝛ sicut est indistātia vna ꝛ posi
tiua q̄ est inter ens ꝛ ens: sic inter imaginata q̄ est
īter ens ꝛ nō ens: q2 ipa est īfinita ex pte nō entis
quod ē termin⁹ a quo: finita ṽo a parte entis: qꝺ
est terminus ad quē. vnde distat magis a nō ente

penitus ens in actu q̃ ens in potentia qḋ est ma-
teria prima: ⁊ silr̃ ens hoc qḋ est terminꝰ ad quē
creationis/minus distat a nõ ente q̃ ens absolu-
te: sed nõ ens nõ plꝰ distat ab ente q̃ terminꝰ crea
tionis a quo a termino eiusdē ad quē: quia termi
nus creationis a quo nõ est ens hoc: sꝫ est nõ ens
absolute ⁊ vniuersaliter. De quocũq; eñ ente vni
uersaliter aliquid producet/ipsum nõ ꝓducet per
creationē q̃uis esset nõ ens quod ꝓducit: puta si
de trũco fieret vitulus: q̃uis trũcus sit nõ vitulꝰ
qz tñ est ens simpliciter nõ esset creatio. ¶ Cõtra
hoc autē arguit sic: qz cũ dicit creatio esse ex non
ente/ly nõ ens nõ tenet materialiter sed ordinali
ter: vt scꝫ dicat creari illḋ qḋ fit ex nõ ente. i. priꝰ
non ens. nõ oportet autē ꝙ sit nõ ꝑsupposito ali-
quo ente: imo necesse est ꝙ fiat ꝑsupposito aliquo
ente creato ⁊ increato. et dico priꝰ tēpore vel natu
ra. ¶ Itē si ꝑsupposita oi entitate alia creata et
creabili ꝓduceret gabriel adhuc diceret creari:
quia non ꝑsupposita natura sua: nec in toto nec in
parte. ergo non ens quod est terminꝰ creationis
non est non ens absolute sed nõ ens hoc qḋ creat
est dicendū ad hoc ꝙ creatio hoc habet cõmune
cũ ceteris ꝓductiõibꝰ ꝙ fit ex nõ tali: qz qḋ fit ex
tali nõ est: sed hoc habet speciale ꝙ fit nõ solū ex
nõ tali: sed ꝙ non fit ex aliquo qḋ sit illud vel ali
quid eius vel ꝯuersū in illud aut aliquo eiꝰ: sicut
dicit fieri p̄ generationē hõ ex nõ hoīe nõ quocũ-
q;: sed qḋ est semen hoīs vel menstruū mulieris
quia nõ quodlibet fit ex quolibet: sed determina-
tum ex determinato: ⁊ aliqḋ illiꝰ fit pars essentia
lis eius qḋ fit: qz nõ quodlibet fit ex quolibet: sꝫ
determinatū ex determinato: ⁊ aliquid illius fit
pars essentialis eiꝰ qḋ fit: sꝫ creatio fit ex nichilo
materialiter negatiue: id est nõ ex aliquo/ ⁊ non so
lum ex nõ tali/nec ex aliquo qḋ sit tale aliqḋ: sed
fit ꝙ nõ ex aliquo ente mũdi creato vel increato
vel creabili qḋ fiat illud vel aliquid eiꝰ. Unde da
to ꝙ nec homo nec aliqḋ hoīs ꝑexisteret idē nu-
mero vel specie/si tñ preexisteret aliqḋ aliud ens
quodcũq; potētia ex quo fieret hõ vel ꝙ conuer-
teret in hoīem licꝫ nõ maneret in illo: sicut panis
cõuertit in corpus xp̄i in quo nõ manet sed aliqḋ
sui/nõ diceret creatio. ergo creatio est non solum
ex nõ ente hoc/sed ex nõ ente vniuersalit: ita ꝙ nõ
entitas conuertenda in hanc entitatē est terminꝰ
Ad q̃ntū p se a quo creationis. ¶ Ad quintum dicendum
ꝙ ens in potētia subiecti ita nõ ē ex nichilo: qz ex
tali nõ ente potest aliqḋ fieri naturaliter/ cum tñ
naturaliter ex nichilo nichil fieri sit cõis conce-
ptio animi: et tale nõ ens non est terminꝰ creatio
nis. sed nõ ens simpliciter vel ens in pura poten-
tia obiectiua ⁊ actiua in alio in se: ⁊ hoc est oīno
nichil ⁊ nõ ens/⁊ nõ solũ priuatio sed pura nega
tio. ⁊ q̃uis ꝑuatio aliquo mõ ratione subiecti re
cipiat maius ⁊ minꝰ: tñ negatio nõ in subiecto et
purũ nichil non recipit maius nec minꝰ. vnde in
illo nõ ente ex quo fit angelus vel pura materia/
non est plus de entitate q̃ in chymera: nisi accipe
retur ly ex quo sit/effectiue: qz est vnū ens quod
est deus ex quo sunt omnia. non est autem ens ex
quo/id est a quo possit fieri chymera. ¶ Sed cõ-
tra hoc arguitur sic: qz sicut se habent ens et non
ens extra/sic verum et falsum in anima: sed illud
est magis falsū qḋ nec est verũ nec esse põt: sicut
dyametrum esse symetrũ q̃ illud quod non est ve
rum sed esse potest: vt album esse nigrũ. ergo mi-
nus est non ens qḋ non est sed esse potest: q̃ ꝙ nõ
est/nec esse potest. ¶ Et dicendũ ꝙ non est sile: qz
non sic se habent verũ ⁊ falsum in aīa cũ vtrumq;
sit positiuum ⁊ opponant cõtrarie ⁊ non pure pri
uatiue/et tãtũ est de entitate in falso sicut in vero
excepto illo respectu cuiꝰ formaliter dicit esse fal
sum. vnde ratione entitatis ⁊ veritatis alicuiꝰ co-
incluse falsum in se recipit maius ⁊ minꝰ: sed ens
et non ens opponunt contradictorie: qz non ens
nichil de entitate includit. vnde intrinsece nõ est
magis non ens chymera q̃ non homo: qz in nichi
lo non est magis et minus entitas: sed si accipe-
retur esse intellectum et nõ esse intellectũ. tũc di-
cerem ꝙ nõ est plus actu de entitate rationis in
eo ꝙ non intelligitur: sed potest intelligi q̃ in eo
quod nõ intelligitur. nec potest intelligi nisi inq̃
tum potētialitas entitatis rationis fundatur su-
per aliqua vera entitate que est intrinseca rei que
dicitur potētia intellectualis qḋ non est ex parte
nõ entitatis de qua est creatio qñ creatur totum
suppositum. ¶ Ad sextum dicēdum ꝙ imo inueni- Ad sextũ.
tur plus negare negatio q̃ ponat affirmatio: qz si
dico homo currit/vera est vno solo currente/cum
indefinita equipolleat particulari. Si autē dico
non homo currit/ita ꝙ negatio ad subiectum fe-
ratur nõ ad ꝑdicatũ/equipollet vniuersali nega-
tiue. tñ cõcedo maiorem dicēdo ꝙ terminꝰ a quo
non est negatiuus eiꝰ qḋ ponit terminꝰ ad quem.
cum eñ homo creatur ex nichilo ⁊ non solum ex
nõ hoīe/sed totaliter ex non ente. affirmatiua op
posita est ens ⁊ non hoc ens. ¶ Ad septimum di- Ad septi-
cendũ ꝙ creatio est finita ratione modi tantũ: sed mum.
modus est talis nature ꝙ repugnat ei causalitas
instrumentalis: qz qḋ ꝓducitur a duobus/ab vno
principaliter/ab alio instrumētaliter/est in potē-
tia passiua ex parte sui inequaliter: sicut in poten
tia actiua respectu agentiũ inequaliter: qz maior
est virtus agentis principalis q̃ instrumentalis:
sed illud qḋ non est in potentia subiectiua sed tñ
obiectiua ⁊ purū nichil non potest dici maius et
minus in potentia ex parte sui: qz negatio non re
cipit maius ⁊ minus. ergo ⁊c. ¶ Ad octauum di Ad octa-
cendum ꝙ licꝫ actiones sunt eiusdem rationis si uum.
tamen sint differentes modi nõ oportet ꝙ qui po
test in vnam potest in aliam: sicut paruꝰ calor po-
test calefacere remisse non autem intēse: ⁊ tamen
calefactio intensa ⁊ remissa differunt nõ specie sꝫ
solum in modo ⁊ gradu numerali. ¶ Ad nonum Ad nonũ.
⁊ vltimum dicendum ꝙ q̃titas illa non annichi-
latur sed corrumpitur ⁊ cedit in potentiam mate
rie que redit vel de nouo creatur aut aliunde mi-
nistratur ⁊ substat forme que inde generat. posset
tamen forte deus facere ꝙ ignis faceret calorem
diuina virtute sine subiecto sustentatum vt dictũ
est in secundo distinc. i. q. 3. ¶ Quantum ad ter- 3 articulꝰ
tium principale de infinitate scientie visionis aie de infinita
christi: et vtrum deus cognoscat infinita scientia te scientie
visionis. quidã in pluribus locis dicit ꝙ non sed visionis.
tantum finita/ et hoc tenent quidā nec fiunt nec
sunt nec erunt: qz in omnibus est dare primum qḋ
fuit ante quod nullum aliud: scꝫ prima cognitio
vel aliquid hmõi: quo dato ꝓcedendo in infinitũ
nunq̃ fuerunt infinita. ¶ Sed cõtra: qz si tantũ
cognoscit finita illa qñq; actu erunt succedentibꝰ
sibi aliīs in infinitum cogitationibus et affectio-

nibus substantie intellectualis: et tunc deus non cognosceret sciētia visionis illas que succederēt que tunc erunt. vnde dicunt alq̄ ꝙ deus cognoscit īfinita scia visionis. Primo qꝛ de⁹ cognoscit sciētia visionis non solum illa quorum esse est in facto esse: sed etiam quorum esse est in fieri: vt motum et tēpus cognitiones ꝛ volitiones: licet nunq̄ sint in facto esse infinite: semper tamen sunt in facto fieri sicut et partes infinite continui: vt de⁹ videt infinitas partes continui in quas est diuisibile in īfinitū / et sic infinitas cogitationes q̄ nūq̄ erunt nisi in fieri. ¶ Scdo quia illud quod est quocunq̄ modo extra deum dicitur deus videre scientia visionis: sicut visio est rei exterioris: sed illa īfinita de quib⁹ loqmur sunt aliquo mō extra deum qꝛ in potētia creature. ergo ꝛc. Unde scientia visionis non solum recipit esse in actu: sed etiā in potētia creature: tamē nec sequitur / videt infinita futura: ergo erunt infinita. imo magis sequitur oppositum. si enim numer⁹ augetur in infinitum: non sequitur ergo quoniā erit auctus in infinitum. Imo magis sequitur / ergo nunq̄ erit infinitus: quia tunc cessaret augmentum / nec iret in infinitum. vnde male arguunt de augmento caritatis in infinitum: quod ex hoc sequitur posse esse caritatem infinitam creatam: Imo magis oppositum. sicut etiaꝫ continuum non esset diuisibile in infinitū: sed quandoq̄ esset diuisum in infinitum. ¶ Sed contra / quia cum non sit maius infinito / deus non cognosceret plura simplici intelligentia q̄ visione nec plus q̄ anima christi / dicendum ꝙ immo quia scientia visionis non est ad infinita specie sicut scientia simplicis intelligentie: sed ad infinita numero tantum. non enim potentia creata que finita est / est ad īfinita specie: propter quod ille non sunt scibiles: quia natura non procedit in infinitum. nec est inconueniens in diuersis generibus esse maius infinito: sicut infiniti homines et īfiniti asini essent plures res q̄ infiniti asini tantum. Uel dicēdum ꝙ infinito in essentia reali repugnat additio / non autē in esse cognito. multa em̄ in essentia naturali habent oppositum que non est in esse intentionali sicut species ꝯtrariorū in oculo non sunt cōtrarie. Et hoc valet ad sustinendum ꝙ in deo sunt ydee singularium non obstante ꝙ essent ibi infiniti ordines infinitorum: qꝛ cum quelibet species habeat in potentia infinita indiuidua et in deo sunt infinite specierum ydee: quia sicut deus cognoscit infinita ꝛ infinities infinita: qꝛ omnes species q̄ esse possunt que sunt infinite et cuiuslibet speciei infinita indiuidua si tamen omnis species potest habere plura indiuidua ita necesse est hec omnia p̄sentari in deo. Per hoc etiam patet ꝙ deus cognoscit continuum infinitum: quia sicut numerus augetur in infinitum sicut et continuum saltem virtute diuina etiā scd̄m quantitatem non proportionem licet hoc philosophus negaret .3. phisicorum qꝛ putauit non posse fieri maiorem q̄titatem celo. Unde sicut deus cognoscit numeros īfinitos quia sunt possibiles in fieri: sic et continuum infinitum. ¶ Sed contra: cui repugnat esse repugnat itelligi: quia vnūquodq̄ sic se habet ad veritatem. ꝛc. ¶ Scdo qd̄ est in potentia non est nichil: ꝛ licet vnumquodq̄ cognoscatur scd̄m ꝙ est in actu ꝛ non in potentia tantum. 9. metaphisice. tamen infinitum tā in continuis q̄ in discretis est in potentia ad esse actu: non in completo vel facto esse sed in fieri: ipsum etiaꝫ est actu in sua causa: quod sufficit ad cognosci. deus enim cognoscit illa que nūq̄ erunt in fieri: sed stat tantum in potentia sua. ¶ Cōtra etiaꝫ predicta est ꝙ deus non cognoscat noticia visionis illa tantum que sunt in potentia creature: qꝛ visio proprie dicta est existentium extra videntes non tantuꝫ potentia sed actu: nisi dicatur quis videre per accidens illud qd̄ ipse sine discursu itelligit esse possibile ex hoc ꝙ videt aliquid actuale. ¶ Ex hoc etiam patet ꝙ in deo sunt infinita attributa ꝛ infinite ydee: ꝛ tamen non potest producere infinita actu simul. non enim possem tibi dare obulos in infinitum: nisi et ego haberem apud me obulos in infinitum vel infinitos / et tibi semper darem finitos. quia enim nemo dat quod nō habet. si non haberem obulos īfinitos: aut si iam dedissem tibi infinitos: nec per consequens mihi aliquis remaneret tibi dare non possem vlterius: et sic datio non iret in infinitum. ¶ Q; autē de⁹ cognoscat actu infinitas partes continui patet: quia ipse cognoscit actu omne quod est in se vel ī alio potentia vel actu: non solum quia comprehēdit quicquid cognoscit: sed etiam quia ip̄e est causa p intellectum eius qd̄ est in creatura non soluꝫ actu sed potentia: non soluꝫ actiua sed passiua: qꝛ vtrunq̄ totaliter est ab ipsa. Oportet autem ꝙ artifex cognoscat omne qd̄ dat artificiato. ¶ Per idem etiam quod dictum est in octaua conclusione huius questionis patet impedimentum illius rationis que solet fieri contra infinitatem ydearum: qꝛ scꝫ īfinitatis non est ordo: ꝛ vbi non est ordo ꝛ est multitudo illic est cōfusio: qꝛ non minus debet esse ordo in re intellecta q̄ in rep̄sentatione intellectiua: sed hoc non obstante deus cognoscit infinita saltem numero secūdum omnes. ergo ꝛc. ¶ Uidetur tamen ad principale dicēdum ꝙ de⁹ cognoscit: et anima christi sciētia visionis infinita scd̄m quid ꝛ in fieri: non autem in facto esse nec simpliciter: quia nec sic essent infinita ꝛ non aliter. Licet autē sciētia simplicis noticie cognoscant q̄ non erunt: non est scientia visionis. ¶ Ad argumenta principalia solutum est.

¶ Distinctio. xv. ¶ Questio p̄ma.



Circa decimamquintā distinctionem queruntur tria. Primum est: vtrū christus assumpsit naturam cum defectibus. Scdo: vtruꝫ in aia xp̄i simul fuerit dolor ꝛ gaudium. Tertio: vtrum in christo potuit esse actus amandi vel volendi sine actu cognoscendi. ¶ De primo videtur ꝙ christus nō debuit assumere naturam cum defectibus corporalibus: quia pena non debetur nisi culpe: sed in christo non fuit aliqua culpa / nec originalis vt supra probatum est: nec actualis / scd̄m illud petri. 2. qui peccatū non fecit. ergo nec defectus corporales cum sint penales debuerūt esse in eo. ¶ Scdo: ꝙ nec defectus anime quantum ad passibilitatem: qꝛ sicut se habet gloria corporis ad corp⁹: ita gloria anime ad animam: sed corp⁹ christi statim vt fuit glorifica-

Primum

Secundū

tum fuit impassibile. ergo anima christi cū a principio fuit beata / videt ꝙ ex tunc fuit impassibilis

In oppō

¶ In contrariū per illud quod habet Hebreoꝝ 2. ꝙ debuit ꝑ omnia fratrib⁹ assimilari: sed in nobis stant multi defectus corporales. ergo omnes defectus illos debuit assumere. ¶ Itez Dam̄ dicit ꝙ illud non est curabile quod non est assumptibile: sed christus curauit omnes defect⁹ nostros. ergo omnes assumpsit.

Responsio

¶ Responsio. tria sunt videnda. Primo de defectib⁹ corporis. Scd̄o de defectibus anime in generali. Tertio in specie de dolore mortis.

1. articul⁹. Durand⁹ pñti disti. q. 4.

¶ Quantum ad primum ponunt alii qui tria videnda. Primum: an christ⁹ debuit naturam humanam assumere cū defectibus corporalibus. Secundū est / supposito ꝙ sic: vtrū in omnibus / vel solum in quibusdam. Tertiū est / vtruz illos defectus cōtraxerit vel sponte assumpserit. ¶ Quantum ad primum dicendum ꝙ christ⁹ debuit assumere naturam humanam cū defectibus corporalibus: quod patet tripliciter. Primo ex fine incarnationis sic: ad hoc ꝙ christus assumpsit naturam humanam vt pro peccatis nostris satisfaceret / et sic nos redimeret: sed hoc non poterat fieri nisi assumpsisset naturam humanam cum defectib⁹ corporalib⁹. ergo ₇c. Minor probat: q₂ satisfactio fit per opera penalia: sed corp⁹ quod non subiacet defectibus non est susceptiuum pene. ergo si christus assumpsisset corpus sine defectibus corporalibus: non potuisset pro nobis satisfacere. Scd̄o patet idem ex fide incarnationis que est necessaria ad salutem: ₇ ideo debuit per christum in nobis edificari: sed si christ⁹ naturam humanā assumpsisset sine defectib⁹ corporalib⁹: magis destruxisset in nobis fidem incarnationis q̄ astruxisset q₂ natura humana nō est nobis nota: nec ꝑut subiacet talibus defectib⁹: ergo decuit ꝙ christus nostram naturam cum talibus defectibus assumeret. ¶ Ad idem tertio quia decuit ꝙ christus nobis perfectum preberet exemplū merendi: sed meritum consistit non solum in operatione boni / sed in ꝑpessione mali. ergo christus vtrūqꝫ exemplum merendi prebuit: sed nō prebuisset exēplum merendi in ꝑpessione mali nisi assumpsisset corp⁹ passibile subiacens defectibus penalib⁹. ergo ₇c. et sic patet primum.

Obiicit doc. cōtra rōes durā di ₇ soluit

¶ Sed potest argui cōtra hec tria. Contra primum: q₂ satisfactio potest fieri ꝑ solam penam anime / qualis est dolor penitentie et cōtritionis quo solo potest omnis pena remitti. Et dicēdum ꝙ quia debebat satisfacere ꝓ defectu non solum anime sed etiam corporis plenarie ₇ perfecte debuit vtrumqꝫ sufficere. ¶ Cōtra secundum: quia post resurrectionem humanitas innotuit visu / tactu / et gustu sine istis defectib⁹. ergo ₇c. Et dicendū ꝙ iam ante mortē ostēderat passibilitatem. vnde sufficiebat ostēdere ad ꝓmā naturā idētitatē: qd̄ cicatrices morie ostēdibāt. ¶ Cōtra tertiū: q₂ nō solum fame ₇ siti: sed etiā aliis īfirmitatib⁹ / puta febre et huiusmodi: quas tamen non assumpsit / meremur. Et dicendum ꝙ hoc alia ratio infringit sicut statim sequitur.

Durā. vbi supra.

¶ Quātum ad secundū dicunt quidam ꝙ scd̄m Dam̄. christus assumpsit solum defectus naturales ₇ passiones indetractabiles. Dicuntur autez hmōi defectus naturales qui consequuntur totā speciem humane nature sibi derelicte propter peccatum primoꝝ parentū: sicut fames / sitis / mors / et huiusmodi. Indetractabiles autem passiones dicūtur q̄ ꝑfectioni scientie et grē non repugnant. alios autem defectus qui toti nature non sunt cōmunes / vt febris / lepra / cecitas / ₇ huiusmodi: vel repugnant perfectioni scientie ₇ grē: vt sunt ignorantia / difficultas ad bonum / pronitas ad malū / non assumpsit. Et huius ratio est: q₂ sicut dictum fuit / christus assumpsit humanam naturam ad satisfaciendum principaliter pro peccato quod totam naturam infecit: satisfactio autez requirit ꝓ materia passibilitatem corporis sine qua nullum corpus penale esset: sed pro principio requirit ex parte anime perfectionem scientie ₇ gratie: quia nullum opus penale est satisfactoriū nisi per liberum arbitrium acceptetur. ¶ Ex hoc sic arguitur. Decuit vt christus humanam naturam omnino ꝑfectam assumeret / exceptis his defectib⁹ qui requiruntur ad opus satisfactionis: sed tales defectus sunt soli illi qui vocantur naturales ₇ indetractabiles passiones modo quo expositum est. Defectus enim qui non consequuntur totā naturam non requirūtur ad satisfactionem ꝓ tota natura vel ꝓ peccato cōmuni toti nature. Unde nec isti sunt pena peccati originalis vel saltem immediate. Defectus vero q̄ derogant perfectioni sciētie et gratie magis impedirent satisfactionem q̄ ꝓmouerēt. ergo decuit vt xp̄s solum assumeret defectus naturales et indetractabiles passiōes. ergo. ₇c. Sic igitur qui venit vt doctor fugaturus ignorātiaz docendo qd̄ nō potest facere ignorans bene decuit habere plenitudinem scientie / et non pati detrimentum alicuius ignorantie. ¶ Scd̄o q₂ illū q̄ erat redēptor meritorius nobis / pro nobis satisfacturus: ad quod requiritur abundantia gratie: cui opponitur culpa et difficultas ad bonum / non decuerunt eum nec cōgruebat sumere defectus morales. Quia etiam venit totā naturam non huius vel illius curare satisfaciendo: ideo nō febrem nec alios particularium complexionum defectus debuit assumere sed cōmunes: quos in tota natura plantauit: vt famem / sitim / ₇ huiusmodi.

Durā. vbi supra.

¶ Quantum ad tertium scꝫ / an tales defectus fuerint contracti / vel assumpti. Dicunt quidam ꝙ contrahi importat quandam consequentiam necessariam vnius ad alterū. Est enī cōtrahi idem quod simul cum alio trahi. Isti autem defectus sunt in nobis ex duplici causa: scilꝫ ex cōditiōe nature in se / ₇ ex peccato sicut ex causa remouēte prohibens: q₂ per peccatum priuata est natura originali iusticia que prohibebat in nobis tales defectus esse. Si ergo isti defectus operantur ad naturam sicut ad suam causam per se: sic fuerunt in christo consequentes naturā ex necessitate: quia scd̄m Dam̄. vt infra dicetur / diuinitas permittebat naturam humanaz agere ₇ pati que propria sunt: et ideo cum tales defectus sequantur ad naturam ex necessitate nisi prohibeātur a maiori virtute: consequens est ꝙ in christo fuerunt de necessitate hi defectus. ¶ Si autem comparētur ad causam remouentem ꝓhibens ad peccatum: tunc in christo nō fuerunt tales defectus ex peccato: quia peccatū non contraxit sicut nos: et sic tales defectus non dicuntur a christo cōtracti: sed voluntarie assumpti. et quia in nobis sunt hi defectus ex vtraqꝫ causa: in christo autem solū ex altera. idcirco dicuntur a nobis contrahi: nō a

christo. ¶ Confirmatur etiam istud: quia contrahere secundum legistas est cum alio trahere siue inuite siue sponte sicut dicunt q obligatio contrahitur quattuor modis. scilicet Re/ verbis/ litteris/ et consensu. Quando autem consensu: tunc sponte et libere obligatio cotrahitur. Quicquid sit de aliis secundum theologos contrahere est cum alio necessario trahere: nos igitur hos defectus contrahimus tribus modis: quia cum natura trahimus. Secundo/ quia cum peccato. Tertio/ quia volumus nolumus cum vtroque. Christus autem non eos contraxit cum peccato quod non habuit: nec cum natura inuitus: sed voluntarius voluntate diuina: qua libere naturam assumpsit cum defectibus: quos voluit: ideo eos assumpsit proprie non contraxit. ¶ Potest etiam dici q assumpsit eos voluntarie voluntate humana: tamen concomitante quam accedente vel approbante/ tamen non faciente. A principio autem sue creationis habuit volitionem beatificam et deiformem/ et visionem et qua omnia nouit que etiam saltem in genere finis passibilitatem anime et corporis precessit per quam voluit q deus voluit: sed non id effecit. ¶ Quantum ad secundum principale

2. articul⁹ Durand⁹ q. 2. hui⁹ distinctionis.

de defectibus anime procedunt aliqui sic. Primo distinguunt de passione. Secundo respondent ad questionem. ¶ Quantum ad primum dicendum q passio est duplex. Una est naturalis. Alia animalis. Passio naturalis seu corporalis dicitur tripliciter. Uno modo quecunque alteratio per quam in subiecto aliquid recipitur. Alio modo dicitur passio alteratio per quam aliquid recipitur in subiecto: et aliquid ab ipso abiicitur. Tertio modo passio dicitur illa sola alteratio per quam a subiecto forma conueniens abiicitur: et disconueniens introducitur. Primo modo sumitur passio valde large. secundum enim illum modum dicitur luna pati dum lumen recipit. Secundo modo sumitur passio minus large: quando scilicet aliquid abiicitur. Tertio modo sumitur proprie et stricte: scilicet quando forma conueniens abiicitur et disconueniens introducitur et non econuerso. Non enim proprie dicitur pati qui sanatur: sed qui egrotat. Passio autem animalis nichil aliud est quam motus anime secundum appetitum consurgens ex apprehensione passionis naturalis vel corporalis. et sic liceter passiones naturales et corporales magis proprie dicitur passio alteratio secundum quam forma disconueniens acquiritur quam illa per quam acquiritur conueniens. sic inter passiones anime magis proprie dicitur passio motus appetitus sequens scilicet apprehensionem passionis naturalis disconuenientis: quam sequens apprehensionem naturalis conuenientis passionis. vnde magis proprie dicitur pati qui dolet vel tristatur: quam qui gaudet et letatur. De hac autem passione potissime intelligitur questio: quia constat q passio naturalis et corporalis fuit in christo: que etiam mortem induxit. ¶ Hoc supposito dicenda sunt tria ad questionem. Primum est q in christo fuit vera passio prout dicit motus appetitus sensitiui. Secundum est q in christo fuit aliter talis passio/ et in nobis. Tertium est q in eo fuit passio prout dicit motum voluntatis. ¶ Primum patet dupliciter. Primo sic. Ubicunque est vera passio corporalis percepta per sensum et motus sensitiui appetitus secundum conditionem apprehensionis/ ibi est vera passio animalis: sed in christo fuit vera passio corporalis percepta per sensum et motus appetitus sensitiui secundum conditionem apprehensionis. ergo in ipso fuit passio animalis. Maior patet ex notificatione passionis prius posita. Minor similiter patet. constat enim q in christo fuit vera passio corporalis abiiciens illud quod erat conueniens nature corporis: sicut fuit diuisio carnis per clauos: que soluebant continuitatem partium corporis. Nec dubium q hanc christus assumpserit cum assumpserit animam perfectam secundum omnes vires suas naturales. ad hanc autem apprehensionem necessario sequebatur quantum est ex cursu nature motus appetitus sensitiui secundum conuenientiam assumptionis ad illud quod erat apprehensum vt nociuum et malum. quare etc. ¶ Secundo patet idem sic. Dolor/ tristicia/ timor/ et ira/ sunt vere passiones: sed in christo fuerunt hec omnia. ergo etc. Maior de se patet. Minor probatur quantum ad singula membra illic contenta. Primo de dolore per illud quod habetur ysaye. 53. Uere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. et per rationem: quia dolor sensibilis causatur proprie ex perceptione eius quod ledit temperamentum corporis. constat autem q in christo fuit aliquod lesiuum temperamenti corporis quod percipiebatur per tactum qui fuit in christo temperatissimus. ergo sequebatur ad hoc verus dolor. De tristicia similiter patet per id quod habetur Matthei. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et per rationem: quia sicut dolor causatur ex lesione sensus tactus percepta: sic tristicia causatur ex nociuo seu malo apprehenso per imaginationem vel aliquam virtutem interiorem: sed talis apprehensio fuit in christo: frequenter enim fuit imaginatus mortem antequam pateretur. ergo fuit vera tristicia. De timore similiter patet per hoc quod habetur Marci. 13. Cepit pauere et tedere. Et per rationem: quia sicut tristicia causatur ex apprehensione mali quasi presentis: sic timor causatur ex apprehensione mali futuri: sed talis apprehensio fuit in christo: ergo et vere timor. De ira patet similiter per illud quod habetur in psal. et applicatur christo Joh. 2. zelus domus tue comedit me. zelus autem est species ire/ cum ira distinguatur in iram per zelum: et in iram per vicium. Et idem patet per rationem sic. Posita causa sufficiente/ ponitur effectus: sed tristicia est causa sufficiens ire: ex tristicia enim alicui ablata/ oritur appetitus repellendi et vindicandi iniuriam factam: cum ergo in christo fuit tristicia vt dictum est/ consequens est vt in ipso fuit ira: et sic patet minor. sequitur ergo conclusio/ scilicet q in christo fuit vera passio que est motus appetitus sensitiui. et sic patet primum.

¶ Quantum ad secundum dicendum q iste passiones aliter fuerunt in christo: et aliter in nobis quantum ad tria. Primo quantum ad obiectum quia in nobis huiusmodi passiones frequenter tendunt ad illicita: in christo autem nunquam fuit sic. Nota.
Secundo quantum ad principium quia hee passiones in nobis preueniunt iudicium rationis: propter quod in ipso huiusmodi passiones non fuerunt culpabiles. Ira enim preueniens iudicium rationis/ culpabilis est: et vocatur ira per vicium secundum quam homo

dicitur operari. operatio nāq attribuitur primo
mouenti.et de hac dicit beatus Jacobus.i.q ira
viri iusticiam dei nō operatur.et talis ira nō fuit
in christo. Ira autez sequens iudicium rationis
que est appetitus vindicte prout ratio iudicaue=
rit/dicitur ira per zelum: et talis non est vicium/
⁊ fuit in christo. ¶ Tertio fuerūt differenter pas=
siones in christo et in nobis quantum ad effectū:
quia huiusmodi passiones quandoq in nobis nō
sistunt in appetitu sensitiuo sed redundāt in ratio
nem ita vt eam perturbent ⁊ eam retrahant quā=
doq a sua rectitudine.non sic autē fuit in christo
quia hmōi motus ex diuina dispositione sic siste=
bant infra limites sensitiui q nullo modo impe=
diebatur nec perturbabat ratio eis quin ageret
ea que conueniebant: et ideo magis dicūtur fuis=
se in christo scdm propassionem q secundū passio
nem. Propassio enim dicitur quasi inchoata pas=
sio.sed passio absolute dicitur cōsummata passio
et perfecta.⁊ quia vltima consummatio motuuz
appetitus sensitiui est psecutio rei appetite: que
non contingit nisi ratio per passionem abstraha=
tur a sua rectitudine:ideo in nobis vbi hoc acci=
dit tales motus dicuntur passiones: in christo au
tem dicūtur propassiones.et hoc insinuat scriptu=
ra dicēs q cepit contristari et mestus esse. Ubi di
dit Hieronymus q dñs noster vt veritatem pro=
baret assumpti hominis/ vere quidē contristatus
est.sed ne passio in illius dominaretur animo per
propassionem dicit q cepit contristari: vt passio
perfecta intelligatur quando animo id est ratio=
ni dominatur. Propassio autem est quasi passio
inchoata in appetitu sensitiuo:sed vlteri⁹ non pro
cedit/et sic patet secūdum. ¶ Tertium patet scz
q in christo fuit passio prout dicit motum volun
tatis:quia sicut ex apprehensione disconueniētis
scdm sensum causatur motus appetitus sensitiui
scdm conditionem apprehensionis:ita ex appre=
hensione disconuenientis per intellectum causa=
tur motus voluntatis scdm conditionē apprehen
sionis:sed in xpo fuit apphēsio aliquoꝝ cōueniē=
tiū:et q iudicabant talia fm rationē: ergo in ipso
fuit motus voluntatis scdm conditionem talis
apprehensionis.motus autem voluntatis conue
niens tali apprehensioni est motus displicentie:
ergo in christo fuit talis displicētia: que large po
test dici passio. Maior de se patet. Minor decla=
ratur. Christus enim per partem intellectiuā ali
qua apprehendit vt disconuenientia sibi:puta mor
tem propriam/⁊ turbationem discipulorum.qua
re.⁊c. ¶ Qualiter autē potuit esse in christo vel=
le mori ⁊ nolle mori. Oblatus est eñ quia ipse vo
luit: vt dicitur ysaye.53.ca. Aduertēdum q ratio
potest ferri in aliquid dupliciter. Uno modo in se
⁊ absolute. Alio modo in ordine ad aliquem finē
Primo modo accipitur ratio vt natura maxime
quādo considerat illud nociuum vel conueniens
nature scdm se ¶ Scdo modo sumitur ratio vt
ratio inq̄tum iudicat aliqua vel de aliquo scdm
relationem ad finem. ¶ Primo ergo modo ratio
in christo iudicabat mortem sibi disconuenientē:
sed scdo modo mortem couenientē iudicabat p=
pter salutem humanam.et qz primus actus respe
ctu secundi est imperfectus/et quasi scdm quid.
vnde nō est iudicium finale sed cōditionatū.sicut
si dicerem/ iudico q bibere medicinam amaram
est malum scdm se/sed bibere eam propter sanita
tem est bonum expediens .sic actus voluntatis
sequens primum actuz rationis est imperfectus
et scdm quid respectu secundi. vnde non est nolle
simpliciter sed scdm quid ⁊ conditionatum.vnde
christus conditionaliter dixit vt habet Matthei
26. Pater mi si possibile est trāseat a me calix iste
addens: veruntamen non sicut ego volo sed sicut
tu.loquens primo de volūtate naturali ⁊ cōditio
nata: ⁊ subiungens voluntatem que erat volun=
tas simpliciter ⁊ conformis voluntati diuine.vn
de patet q iste due voluntates se compatiebātur
in xpo nolle mori volūtate naturali/ ⁊ velle mori
voluntate deliberatiua. ¶ Sed dubium est de lā
ceatione:de qua dicunt quidam q fuit ante mor=
tem aliter non fuisset nobis meritoria: qz mortu⁹
nec sibi nec alij potest mereri. Et qd dicit. Johā=
nis.19.q vt viderūt eum mortuū.⁊c. id est postq
visum est eis q esset mortuus:quod frequēter vi
detur de homine moriente anteq sit vere mortu⁹
et q Johānes recitat mortem dicens q inclina=
to capite emisit spiritum. Postea ponit hystoriā
q vnus militum lancea latus eius aperuit. potest
dici primum dictum p anticipationem. secundū
per recapitulationem:sed mens euāgeliste ⁊ san=
ctorum est contraria/⁊ beatus Ber. q gladi⁹ per
transiuit animam beate virginis non filij/sed cor
pus tantū:qz ibi nō erat pl⁹ iam anima filij infor=
mando:sed anima matris amando:⁊ sic in lācea=
tione non doluit qz mortu⁹. ¶ Ad rationem di=
cendum q per idem nec mors christi aut marty=
rium meritoria fuisset:quia quando mors primo
est tunc vita primo non est:⁊ sic meritum non est:
sed dicit mors meritoria propter electionez mor
tis in quo essentialiter est meritum. vnde christus
viuens elegit mortem/sepulturam/ et lanceatio=
nem/et omia ac propter hoc huiusmodi fuerunt
meritoria obiectiue non subiectiue.

¶ Quantum ad tertium de morte christi. dicen= 3.articul⁹.
da sunt tria. Primum q dolor eius nō fuit infer=
ni doloribus maior vel purgatorij. Scdo q fuit
maior dolore cuiuslibet viatoris. Tertio dicetur
de mō huius excessus. ¶ Primū patet scz q do=
lor mortis christi:id est qui precessit mortem non
fuit maior dolore purgatorij vel iferni sed minor
illo:quia venerat assumere dolorem viatoris sa=
tisfactorium ⁊ meritorium:illi autē non sunt via
toris/et inferni non est satisfactorius/purgatorij
non est meritorius. Et quis pro vtroq est satisfa
ctorius/tamen nō ppter hoc oportuit ipsum illis
equari:qz minor dolor in via satisfacit pro maio=
ri in termino. ¶ Secūdo q nullius vnius homi Secundū dictum.
nis dolor preteritus vel futurus in hac vita ade=
quat dolorem christi quem p nobis sustinuit:fm
illud. O vos omnes qui transitis per viam. ⁊c.
Primo quia volebat omnium dolores portare ⁊
pro omnium doloribus satisfacere. et ideo quia
causa debet esse potior: quātum erat possibile do
lor eius omnem dolorem excedere debuit:nō eñ
solum voluit ex equipollenti vel equali caritate
dolorem suum esse satisfactorium scdm quem mi
nus dolor vel minima gutta sanguis suffecisset:
quia minor pena cum maiori caritate est satis=
factoria magis:sed etiam q ex natura actus esset

magis penosus sed nõ erat possibilis. vt dolor christi in vigore excederet omnes dolores oim/ quos in resurrectione omnium ammonebit: sed saltem cuiuslibet per se hominis dolorem noluit excedere vt ex infinitate persone dolor omnium dolores excederet et ex grauitate doloris in se pro quali bet persona in se non minus: sed plus solueret. ❡ Scdo qr voluit nos per hoc ad sui amorē maxime trahere. Unde quanto quis durior a pro alio quis suffert: tãto plus ab eo amari debet vt a nobis maxime amari deberet sicut maxia dona nobis cõtulit: ita amarissima pro nobis ptulit. ❡ Tertio qr tantum nos obligare voluit vt null⁹ posset equale et reddere scđm beneficiū humanitatis recreantis: sicut nec scđm beneficium diuinitatis creantis. Si autem aliquis martyrum qui duriora omnibus pertulerunt aut sub altari sunt/ posset dicere se maiorem dolorem ptulisse: videretur recompensatum. vnde fides cogit credere q dolor quem pro nobis sustinuit inter omnes dolores viatorum preteritos/ presentes/ et futuros/ maximus fuit. nec dolor Job vel Anthonij aut cuiuscunq martyris tantus fuit. ❡ Tertio per quem

Tertiū dictum. modum iste excessus possibilis fuit: si dicim⁹ propter teneritatem et optimam complexionem corporis causatam/ bona fuit q nūq̄ fuit nec erit ita bonus tactus in homine. sed non sufficit: qr licet melioris complexionis homo plus doleat ex lesione pari vel aliquãtulum minori: tamen ex grauiori lesione notabiliter plus dolet male complexionatus q̄ ex minori notabiliter bene complexionatus. Et detur autē q lesio ignis q̄ est vnius speciei quo ad corpora hic et in futuro seculo minus notabiliter excedat lesionem clauorum et flagellorum. vnde multi martyres ex genere pene ignis qua fuerunt assati et a quibus extracti vel viui excoriati aut sub vngulis clauis affixi et huiusmodi: viderentur habuisse grauiores penas: qr licet nullus fuit ita bone cõplexionis sicut christi grauitas supplicij superabat: ppter quod aliq dicunt q martyres tam dira ppessi seipsos consolabantur spe futurorum. et aliqui super carbones sicut super flores ambulabant: qr cõsideratio premij minuit vim flagelli: sed illud nõ sufficit/ quia multi in tormentis morientes desperabant: propter quod in christo etiam non fuit redundantia ex parte superiori non potuit esse tota causa excessiui doloris. Et detur igitur ex voluntate dei hoc excessus peruenisse. quia põt deus facere vt ignis non comburat/ et vt taliter comburat puta vincula puerorum et non pueros/ et similiter q minus q̄ natus est affligat/ et pari ratiõe potest facere q illud qđ natus est min⁹ affligere plus affligat: qr si facit q ignis affligat spiritū quē non est natus affligere: multo magis potest facere q plus affligat illud qđ natus est minus affligere. si ergo poneremus martyrem eiusdē vel delicabilis cõplexionis cum christo habuisse eandem vel grauiorem penam cum christo ex genere suo: tamen deo volente et faciēte/ in christo ex simili pena vel minori secutus est maior dolor q̄ in alio. qr voluntas dei fuit vt esset dolor maximus quem natura sine morte posset sufferre: siue de⁹ hoc fecerit siue natura in virtute dei/ circa quem voluit esse omnem alium huiusmodi dolorem ppter causas in secun

Ad p̄mū da conclusione memoratas. ❡ Ad primum dicē

dum q pena nõ debetur nisi culpe: sed quicq penam sustinet qui culpam non commisit in q̄tum pro eo q peccauit voluntarie satisfacit: et sic decuit q christus qui pro tota natura generis humani satisfacere volebat defectus penales assumeret. ❡ Ad principale

secundum dicendum q tota anima christi secūdū omnes potentias non fuit a principio beata: sed solum scđm superiorem rationem scđm autem rationem inferiorē et scđm vires sensitiuas permittebatur agere et pati ea que erant eis propria: vt dicit Dam. libro. 3. Cuius ratio est vt dictum fuit supra/ christus assumpsit naturam nostrā vt in eas nos reduceret. ideo talem assumpsit qualem oportuit esse ad finem nostre redemptionis: et quia redemptio nostra fuit per modum satisfactionis q̄ fit per opera penalia: ideo oportuit q non tota esset glorificata sed pro parte passibilis. ❡ Ad ar- Ad scđm.

gumētū primū alteri⁹ opinionis dicēdū q christ⁹ Ad rōnes in oppōm

debuit assimilari fratribus in omnibus illis que bonitatem eius non dedecent et requiruntur ad opus nostre redemptionis. defectus autē qui derogant perfectioni/ scientie/ et gratie/ dignitatem christi non decent. defectus etiam particulares vt cecitas et huiusmodi non requiruntur ad opus satisfactionis et integritati nature repugnant. propter quod non debuerūt assumi. ❡ Ad secundum Ad scđm.

dicendum q curabile dicitur aliquid dupliciter. Uno modo vt est subiectū curationis. Alio modo vt terminus. Primo mō dicitur animal curabile vel incurabile. Scđo modo morbus. et similiter in spiritualibus est. cum ergo dicit Dam. q illud quod est inassumptibile est incurabile/ accipit incurabile pro subiecto non pro termino: primo. do vel defectu. Et ideo ratio solum cõcludit q natura que non est assumptibilis non est curabilis non autem defect⁹. vel potest dici q defectus particulares presupponunt vniuersalia defectus et ideo illis amotis curantur defectus particulares: propter quod sufficit q christus vniuersales defectus nature assumeret vt a cõsimilibus nos liberaret vel curaret: et per consequens ab oib⁹.

❡ Questio secunda.

Secundo queritur vtrū in anima christi sint simul dolor et gaudium. ❡ Et videt q non quia perfecte beatus non potest in se recipere dolorem: qr Primum

sic non esset eque beatus quādo haberet dolorem et quādo non haberet: sed christus fuit eque beatus. quare etc. ❡ Itē Secundū

Hugo. parte. 5. libro. 3. ca. 6. anima christi tantum in sensu carnis patiebatur. ❡ Item dolor et gaudium ex quo sunt absolute ex genere contraria: Tertium.

ex quibuscunq causis oriantur/ sunt contraria. Exemplum de albo et nigro/ que sunt contraria ex quibuscunq causis ortum habent semper sunt talia: sed contraria non possunt simul esse secundum aristotelem in predicamētis. et. 10. metaphisice. et causa est. quia ad contraria sequuntur contradictoria: q̄ impossibile est sic esse. 4. meta. q̄. etc. ❡ Et si dicatur q cõtraria sunt simul in motu: quia terminus a quo successiue nõ expellitur simul

ꝛ termin⁹ ad quem introducitur successiue: quia
quod mouetur partim habet de termino a quo: ꝛ
partim de termino ad quē. 6. phisicoꝝ. ¶ Cōtra
Quartū cōtraria non sunt simul in summo: qꝛ sic sunt īpos
sibilia: sed qñ sil' sunt/ vnum diminuit alterū: sed
gaudium fruitionis anime christi non minueba-
tur: quia non fuit decens vt fruitio anime illius
diminueretur propter actum meritorium ita ac-
ceptum vt satisfaceret pro genere humano.
Quintus. ¶ Item sicut se habent gloriosum ꝛ nō gloriosū
ad corpus: sic dolor ꝛ gaudiū ad alam: sed corpus
non potest simul esse gloriosum ꝛ nō gloriosum. ergo
nec aia simul habere gaudiū ꝛ dolorē. ¶ Opposi
tum. maior est colligantia viriū sensitiuaꝝ cū aia
In oppõz itellectiua ꝙ sit corporis cum viribus sensitiuis.
sed patiente corpore diuisionē statim est sensus do
loris in sensu: qr̄e ꝛ in aia. ¶ Itē xp̄s ideo assū-
Secundū psit nostros defectus vt nos redimeret. sed sic est
ꝙ peccatū et delectatio cōsummata in adā fuit in
ꝓportione superiori: quare similiter dolor in xp̄o satis
faciente debuit esse in rōne superiori: sed ibi ē gau
dium ergo. ꝛc. ¶ Rñsio. tria sunt videnda. Pri-
Respōsio mo ponentur opiniones de simultate haruꝫ passi-
onum in xp̄o. Scd̄o ponētur opiniones de immi-
nutione vnius passiōis ad alterā. Tertio ponenē
solutiões prime opinionis ꝗ implicant quandam
singularitatē. ¶ Quantū ad primū sunt tres opi
j. articul⁹. niones. ¶ Primi dicūt ꝙ xp̄s solū ꝛm animam
Pria opi. sensitiuā habuit verū dolorē ꝛ nō gaudium. ꝛ ꝛm
aiam intellectiuā verū gaudiū ꝛ nō dolorē. quod
sic ostendit. dolor non est aliud ꝙ passio quedam
siue motus appetitiue virtutis: motus autem ap
petitiue virtutis ex apprehensione boni vel ma-
li rationem passionis habet. et si quidem sit ex ap
prehensione boni: tunc non est dolor sed gaudium
si autem sit ex apprehensione mali hoc potest esse
dupliciter: scꝫ vel mali presentis et tunc est dolor
vel mali futuri: et sic est timor. ¶ Apprehensio
autem duplex est. vel secundum vires interiores
vel secūdum vires exteriores. apprehēsio autem
que est secundum vires exteriores maxime illa ꝙ
est ꝛm tactum est illa que est formalr̄ in dolore. re
quiruntur enim ad dolorem duo. vnum tanꝙ ma
teriale vcꝫ pena illata ꝛ aliud tanꝙ formale. scilꝫ
perceptio ꝛm tactum. est enim dolor sensus diui-
sionis sicut dicit Augustinus. 3. de li. arbi. et Da
ma. ꝗ. li. Cum igitur xp̄s passus fuit ꝛm loca pas-
sibiliora maxime vbi viget sensus tactus sicut i
manibus ꝛ pedibus: vbi sunt loca neruosa: sequit
ꝙ christus maxime doluit ꝛm aiam sensitiuam. et
maxime ꝛm potentiam tactiuā. non tamen patie
batur nec fuit passus dolorem ꝛm partem intelle
ctiuam qꝛ in parte intellectiua fuit plenitudo di-
uinitatis ꝛ gaudꝗ. talis aūt plenitudo non pmitte
bat aliquem dolorē sentire nec habere. ¶ Et con
firmatur per cesariū omelia. 8. vbi dicit quasi sic
ꝙ si damnati qui sunt in inferno haberēt visionē
diuinitatis nō sentirēt aliquē dolorem/ ꝛ ꝙ essent
beati. Hoc idem videtur dicere philosophus. 4.
phisicoꝝ: ꝙ multum gaudentes tūc non decerni-
Impugnatio. 1. opi. mus tempus. Hoc autē licet videatur bñ dictum
tamen videtur esse cōtra Damascenū. li 2. qui di
cit ꝙ christus habuit mestam intelligentiam. In
telligentia autē pertinet ad partem intellectiuaꝫ
et distinguitur contra sensitiuā. quare. ꝛc.
¶ Itē per rōeꝫ arguitur sic. aut mors xp̄i fuit na

turalis/ aut violenta. nō potest dici ꝙ fuit natura
lis: qꝛ tūc fuisset mortu⁹ in eodem instanti in quo
mortuus fuit/ si nō fuisset sibi aliqua passio illata
qđ falsum est. ergo oꝫ dicere ꝙ fuit violēta. sed omne
violētum est naturaliter cōtristans 5. methaphi.
quare cū nō solum fuit violēta per comparatiōeꝫ
ad animam intellectiuam que violenter fuit sepa
rata. ergo per consequens in anima intellectiua
fuit aliqua tristicia. ¶ Secunda opinio est: ꝙ a- 2. opinio.
nima potest considerari dupliciter. vno modo in
ꝗtum essentia. Alio modo inꝗtum potentia: aia
inꝗtum natura ꝛ essentia habuit veruꝫ dolorem
et patiebatur: inꝗtum vero potentia nō patieba-
tur/ nec habuit verum dolorem. Exemplū ad hoc
ponitur de virtute visiua sensitiua que fundaē in
virtute tactiua/ ꝛ potest pati a tāgibili sibi nō ꝓ-
portionato inꝗtum sic fundatur in virtute tacti-
ua: ꝛ sic patitur scd̄m naturam/ ꝛ potest non pati
ab obiecto visibili inꝗtum potentia. ¶ Sed cō- Impugnatio. 2. opi.
tra hoc sic arguitur scd̄m istos. Nō fuit dolor in
potētia qꝛ fuit i ea gaudiū: cū igitur tale gaudiū
in potētia/ non stet in potētia quin redūdet in na-
turā aie: sequitur ꝙ in anima vt est natura sit do-
lor per oppositum/ et gaudium p redundantiā: et
sic incidunt in illud qđ volunt vitare: scꝫ ꝙ in eo
dem erit dolor ꝛ gaudium. ¶ Item ex hoc poni
tur dolor i christo: quia per ipsum debuit mereri:
sed nunc est sic ꝙ meritum non est in natura vt na
tura est: imo magis respicit potētiam ipsam cum
sit a natura deliberāte/ ꝛ deliberatio respiciat po
tentiam: quare ꝛc. ¶ Itē in christo fuit virt⁹ cō-
passionis: sed nunc sic est ꝙ cū virt⁹ sit habit⁹ re-
spicit potentiam: quare ꝛc. ¶ Item maior est col
ligantia anime vt natura est ad seipsam vt ratio
est siue vt potētia est ꝙ sit virium sensitiuaruꝫ ad
ipsam animam vt natura: si igitur ꝓpter talē col
ligantiam facta passione in viribus sensitiuis pa
tiebatur anima ipsa vt natura est sequitur ꝙ pati
ente anima vt natura est/ patiebatur ipsa anima
vt potentia siue vt ratio superior. ¶ Tertia opi- 3. opinio.
nio est ꝙ anima potest considerari vt natura est: ꝛ
sic dicunt ꝙ patiebatur: nam ponūt isti ꝙ anima
intellectiua ꝛ sensitiua sunt fundamentaliter ea-
dē res: et ideo si sensitiua patiebaē/ vtiqꝫ intelle-
ctiua. Scd̄o modo potest considerari vt ratio in-
ferior est: et sic dico ꝙ habuit verum dolorem: qꝛ
ratio inferior respicit obiectuꝫ temporale ex quo
inferebatur sibi pena quam patiebatur: et ideo in
parte inferiori habuit verum dolorē. Tertio mo
do potest considerari vt ratio superior: et sic dico
ꝙ non potuit dolere: quia portionis superioris ē
vt superior est tendere in deum. ¶ Ex ista autem
tendentia non potuit habere dolorem aliquem/
sed gaudium: nisi forte dicatur accidentaliter ꝛ p
accidens: quasi scꝫ illud in quo fundabatur ratio
superior patiebatur: sed hoc est improprie dictuꝫ
quia tunc posset dici cum dolor ꝛ gaudium essent
in eadem anima: ꝙ gaudiū habet dolorem: quod
est improprie dictum: quia gaudium ꝛ dolor fun-
dantur in eadem anima: vt sic sit iste ordo in chri-
sto/ ꝙ pmo fuit dolor in toto cōposito ex corpore
et anima sensitiua et itellectiua. Scd̄o in ipsa sen
sitiua. Tertio in ipsa anima intellectiua vt natu-
ra ꝗdam est. Ex parte gaudꝗ fuit econuerso: qꝛ p̄-
mo fuit in ratiōe superiori. scd̄o in aia ipsa vt na-
tura quedam est. dolor autem iste et gaudium in

christo bene potuerunt simul esse: q2 nō habēt cō=
trarietatem adinuicem: i nā in cōtrarijs causatis
ab aliqs scdm modum causarū accipiēdus est mo
dus effectuum. Exemplum/ q2 albū et nigrū pfe
cte cōtrariant sicut calidū ⁊ frigidū: sed hoc non
pōt repiri in pposito: q2 causa gaudij in xpo fuit
essentia diuia nude et apte visa. causa vo doloris
aliqd fecisse ile tpale qd nō ꝯtrariat essentie diue
¶ Item aliqua sunt cōtraria/ que ex rationibus
pprijs ⁊ absolutis habēt cōtrarietatem: vt albū
⁊ nigrum. Alia sunt cōtraria solum ex relatōe ad
alia: sicut dealbatio ⁊ denigratio dicūtur contra=
ria: q2 sunt ad contrarios terminos: sed nūc est sic
in talibus contrarijs/ que sumūtur solum ex rela
tione ad aliud: ꝙ si illa in quorū relatione dñt ha
bere cōtrarietatem nō habent/ vel non sunt cōtra
ria: ꝙ ipsa non sunt contraria Exemplū si album
⁊ nigrū non essent contraria/ dealbatio ⁊ denigra
tio que habēt contrarietatem solum ex relatione
ad album ⁊ nigrū non essent cōtraria. cum igitur
dolor ⁊ gaudium solū habeant contrarietatem ex
relatione ad alia cum sint mot9 quidam et passio=
nes que habent contrarietatem semper ex relatio
ne ad alia: ⁊ tale gaudium ⁊ dolor in christo acci=
piant ex relatione ad alia que inter se cōtrarieta=
tem non habēt: sicut gaudium ex relatione ad es=
sentiā diuinā/ ⁊ dolor ex relatione ad aliquod tē=
porale qd diuine essentie non contrariat ideo ⁊c.
¶ Et ideo dicit ꝙ sicut vnum ⁊ idē simul ⁊ semel
mouet ad vnā partē p se/ ⁊ ad aliā mouet p acci=
dens: sicut patet de hoīe moto in naui contra mo
tū nauis. sic dicunt ꝙ in xpo fuit dolor p accidēs
inqātū aīa coniungit corpori ⁊ fuit gaudium p se
inqātum fuit in ratione superiori cuius est/ p se tē
dere in deū: ex qua tēdentia gaudebat. ⁊ sic dolor
⁊ gaudiū fuerunt in xpo scdm diuersas rationes

2. articul9 ¶ Quantum ad secundum de imminutiōe sunt
j. opinio q̄ due opiniones. ¶ Prima ꝙ dolor passionis in
est durādi nullo minuebat delectationem fruitionis. Cu=
distic. psēti ius ratio est quia dolor seu tristicia nō impediūt
q. 3 arti. 2. delectationem vel gaudium nisi dupliciter. Uno
modo p modum contrarietatis: ⁊ tunc vnū totali
ter alterum tollit eo ꝙ contraria non possunt esse
simul. Alio modo p modum redundātie scdm ꝙ
actus vnius potētie redundat in alterā eo ꝙ oēs
potentie radicant in eadem essentia anime: ⁊ tunc
vnum impedit alterū vel minuit: sicut valde attē
ti ad aliqd plene non aduertunt de his q̄ transeūt
ante oculos eorū. et similit est de his q̄ sunt circa
appetitū: neutrū autē istorū fuit in xpo: quare ⁊c.
Minor probat: ꝙ eni dolor sensibilis nō fuit con
trarius gaudio fruitionis patet: q2 contraria nō
se impediunt nisi circa idem: sed dolor sensibilis
⁊ gaudium fruitionis nō fuerūt in aīa scdm ean=
dem potentiā: sed vnū scdm potētiā sensitiuam:
aliud scdm potētiā intellectiuā/ ꝯprehēdēdo sub
intellectu ⁊ sensu appetit9 sequētes ergo non fuit
impedimentum p modū contrarietatis. et idē di=
cendū est de ol tristicia q̄ fuit in xpo scdm partez
sensitiuā. de ea autē que fuit scdm partē itellecti
uā similiter dicendū est ꝙ non fuit contraria gau
dio fruitionis: q2 gaudiū ⁊ tristicia de alio ⁊ alio
obiecto non impediunt se: sed gaudiū fruitionis
⁊ dolor siue tristicia fuerūt in xpo respectu diuer
sorum obiectorum: q2 gaudiū fruitionis fuit de
deo viso. dolor autem et tristicia fuerūt circa ob=
iecta creata. igit vnum nō impediebat alterū per
modum contrarietatis. ¶ Item nec per moduz
redundantie: quia sicut dictum fuit ex dispēsatio
ne diuina fuit hoc specialiter in xpo: ꝙ permitte=
batur vnicuiqꝫ parti agere ⁊ pati ea que erāt vni=
cuiqꝫ propria: ppter quod ex gaudio fruitionis
nō erat redundantia ad inferiores partes ad mi=
tigandum dolorem passionis. nec ex dolore passio
nis fuit aliqua redundantia ad minuendum gau
dium fruitionis. ¶ Secunda opinio potest ima= 2. opinio
ginari ꝙ in christo simul fuerūt gaudium fruitio
nis et dolor naturalis: nec vnum aliud diminue=
bat: sed nō fuit in christo dolor rationalis sed tā=
tum gaudium. Primum patet: q2 videtur ꝙ frui
tio ⁊ dolor naturalis nō cōtrariantur formaliter
et ideo simul possunt stare de potentia absoluta:
quia non sunt vnius generis. ⁊ similiter dolor in=
ferni et gaudium naturale: quia cōtraria forma=
liter sunt vnius generis/ cuiusmodi non sunt na=
turale ⁊ supernaturale: sed scdm legem cōmunez
iusticie non simul stant vera dānatio ⁊ quodcūqꝫ
gaudium: quia ab omni gaudio illi merentur ex=
cludi: similiter vera gloria et dolor quicunqꝫ: sed
lege speciali: quia christus debuit esse cōprehēsor
⁊ viator: quia essentia merendi ⁊ satisfaciēdi sunt
in actu voluntatis eadem congruentia cum actu
fruendi stabat actus merendi et actus satisfaciē
di. dolor autem volūtatis quem de morte habuit
fuit meritorius ⁊ pro nobis satisfactorius. vnde
in sola volūtate christi beata cum summo gaudio
fuit dolor: sicut in illa sola cum premio fuit me=
ritum. Secūdum patet: quia de passione qua vo=
luntas naturalis dolebat tanqꝫ de malo proprio
deliberatiua gaudebat tanqꝫ de bono communi.
¶ Et sciendum ꝙ non diuersis actibus erant do
lor naturalis ⁊ gaudium deliberatiuum: quia nō
sunt diuersarum rationum ista: sicut est gaudium
de deo et creatura que simul stant: sed vno actu
erat gaudiū de passiōe vt redēptiua de eadē dolor
vt afflictiua. quō autē simul vtrumqꝫ poterat ap
prehendi cum hoc sit simul intelligere actu plu=
ra formaliter: quia intelligere plura materialiter
que sunt vnum formaliter est possibile: et pari ra=
tione vnum vt plura formaliter impossibile. Di=
cendum ꝙ intelligere plura in comparatione ad
vnum est intelligere ea vt vnū. vnde sine cōpara=
tione ad electionem duo possunt simul considera
ri: ita vt iudicetur vnum respuēdum/ alterum eli
gendum et eodem actu electionis vnum respui=
turet alterum eligitur. multo magis in compa=
ratione ad vnam passionem duo potuerunt consi
derari. scz ratio boni et mali: vt scdm vnum ipsa
amaretur/ et scdm alterum odiretur.
¶ Quantum ad tertium sciendum ꝙ illi de pri=
ma opinione qui dicunt ꝙ in christo non fuit do= 3. articul9
lor scdm animam intellectiuam/ respondēt ad ar Rndet pa
gumenta in cōtrarium leuiter. ¶ Ad illud enim ma opio
quod dicitur de colligantia dicendum ꝙ bene cō ad rōnes
cludit ꝙ sic fuisset ex parte nature sibi relicte. in in oppōm
proposito autē ipsa natura anime itellectiue chri
sti fuit preoccupata gaudio tanto ꝙ omnino pati
non potuit scdm intellectiuam: vbi erat plenitu=
do gaudij. ¶ Ad aliud de peccato ade ꝙ in supe
riori ratione fuit dicendum ꝙ non semper opor=
tet ꝙ satisfactio fiat in eadem parte in qua alius
deliquit ⁊ maxime qn alius satisfacit p eo: peccat

enim homo in interioribus/et satisfacit per exte-
Ad rõẽs aũ oppo. riora. ¶ Ad primum principale q̃stum ad aliam
partem dicendum ꝙ verum est ꝙ non esset eque
beatus/ si dolor adueniẽs diminueret aliquid de
beatitudine: in proposito autem non diminuit.
Ad scõm. ¶ Ad aliud de hugone dicẽdum ꝙ pro nobis est
qui ponimus ꝙ in superiori ratione non fuit do-
lor per se: et hec videt esse intentio hugonis. Uel
aliter dici potest ꝙ non fuit dolor disturbans sed
Ad tertiũ solum tangens. ¶ Ad aliud dicendum de contra
rietate/dicũt aliqui ꝙ dolor et gaudium sunt sem
per contraria respectu quorumcunq; accipiãtur:
et hoc probant sic per rationẽ aristotelis q̃ in pre
dicamentis.ca.de q̃ntitate.facit tale argumentũ
Si paruum et magnum sunt contraria tunc sequi
tur cum idem respectu vnius possit esse paruum: et
respectu alterius magnũ/ꝙ in eodẽ essent cõtra-
ria simul et semel: sed illud argumentũ nõ valet nisi
illa que scõm se sunt cõtraria in quorũcunq; rela
tione essent contraria: quare eadem ratione si do
lor et gaudium absolute sumpta sunt cõtraria per
relationem ad quodcunq; semper erunt cõtraria
sicut philosophus concludit ꝙ si magnũ et paruũ
scõm se essent contraria per comparationem etiã
ad alia essent contraria. ¶ Item hoc idem pro-
batur per Ambrosium de incarnatione verbi/qui
dicit ꝙ disparitas ortus non facit disparitatẽ na
ture. ex hoc igitur istud accipitur ꝙ vndecunq; or
tus fuit non mutat ortu naturam. igitur si dolor
et gaudiũ sunt scõm se contraria vndecunq; oriã
Opinio hec dicit ꝙ cõtraria scđm suas excellentias põt diuina virtute esse sil' p̃ala rõ. tur semper erunt contraria. ¶ Item in Gen. ha-
betur de ysaac ꝙ gaudium quod habuit de vxore
temperauit dolorem quem habuit de sara matre
sua mortua: et tamẽ certum est ꝙ dolor iste et gau-
dium fuerunt de alio et alio. ¶ Et ideo dicit hec
opinio amplius in respõdendo ad hoc ꝙ credunt
deum posse facere in aliquo simul et semel esse cõ-
traria scõm suas excellentias/ sicut est in corpo-
ribus dãnatorum summa caliditas et summa fri-
giditas et hoc videtur dicere vna glosa sup illud
Matthei.8. Ibi erit fletus et stridor dentium. et
etiã vna glosa Sap.17. ¶ Itẽ hoc patet ratione
2. ratio sic/forma habens cõtrarietatem duo facit vnum
scz ꝙ qualificat subiectum et aliud quod expellit
oppositum. qualificare autem subiectum et expel-
lere oppositum sunt duo in forma p̃ia. igitur po-
test deus influere vt qualificet subiectum non in
fluẽdo vt expellat oppositum ex quo est aliud ex
pellere oppositum a qualificare subiectum: sicut
videmus ꝙ a parte corporis sunt duo: vnum est
quod habet extensionem: et aliud est qd expellit
aliud corpus: potest deus influere ad hoc ꝙ cor-
pus habeat extensionem et nõ influere ad hoc ꝙ
expellat aliud corpus. sicut qñ faciet corpus glo
riosum esse simul cum non glorioso: quare si po-
test esse forma qualificans subiectum et non expel
lens oppositum/sequitur ꝙ duo cõtraria possunt
Tertia rõ esse in eodem. ¶ Itẽ contraria possunt esse simul
in aliquo citra suas excellentias sicut videtur di
cere cõmentator.4.metaphisice. et de generatio
ne. et patet etiam in exemplo cũ ex aqua fit ignis
ibi eñi ignis imprimit aque caliditatem stantem
simul cum frigiditate aque. ex hoc sic arguitur si
gradus caliditatis potest stare cum aliquo gra-
du frigiditatis. igitur q̃tum est ex parte speciei
caliditatis non repugnat nec implicat contradi-
ctionem ꝙ sit simul cum frigiditate: alias si repu-
gnaret cum in tali gradu saluetur natura specifi-
ca seu ratio caliditatis: talis gradus non possit
simul esse cum aliquo gradu frigiditatis: ita cali
ditas in summo poterit esse cũ frigiditate in sum
mo sine implicatione contrarietatis. nõ eñi plus
calidum in summo excludit frigidum in summo
q̃ faciat gradus aliquis caliditatis aliquem gra
dum frigiditatis/nec maiorem habent repugnã
tiam: imo scõm proportionem habent equalẽ re-
pugnantiam/ si habent repugnantiam imo scõm
proportionem. sicut eñi calidum in summo inclu-
dit nõ frigidum in summo: sic calidum in tali gra
du determinato: quare etc. ¶ Ad probationẽ au-
tem minoris predicte rationis fuit adducta au-
ctoritas cõmentatoris.3.celi et mun. cõmẽto.67
vbi docet quõ elementa manẽt in mixto scđm suas
qualitates que sunt contrarie citra suas excellen
tias. Idẽ dicit.4.celi et mun. cõmẽto.26. Idem
dicit.2. de generatiõe sup illud de elemẽtis autẽ.
¶ Item pbatur eadem minor per rationem sic.
Cum ex aqua fit ignis/aut qñ ignis primo impri
mit caliditatẽ suam in aqua corrumpitur tota fri
giditas aque et noua forma totaliter inducit/aut
remanet aliqua pars frigiditatis que cõfuerit cũ
caliditate impressa ab igne. primum stare non po
test scz ꝙ tota frigiditas in p̃ma impressione ignis
corrumperetur: quia tũc forma substantialis aq̃
corrumperetur si sua p̃pria passio scz frigiditas
totaliter tolleretur: ergo oportet dare secundum
scz ꝙ frigiditas stet cũ caliditate ab igne primo
impressa: et sic probata est minor: et sequitur p con
sequens conclusio. ¶ Itez suppono primo ꝙ de' 4. ratio.
rata fuit pri⁹ vbi ostēsum fuit ꝙ oportet actū cre-
dēdi resoluere ad aliqđ mediū qđ ē in se apparēs
Et cōfirmat̄ hoc ꝑ dictū saluatoris. Joh.15. q̄ di-
cit. si nō venissem ⁊ locut⁹ eis nō fuissem peccatū
nō haberēt. Itē si opa nō fecissem in eis q̄ nullus
alius facit: pctm̄ nō haberēt. Cōstat autē ꝙ non
habuissent excusationē de pctō incredulitatis da
to ꝙ xp̄s nō fuisset eis locut⁹ vel aliqua miracu-
la fecisset si fides infusa suffecisset ad credendum

dūmodo credibilia fuissent eis ꝓposita videt̄ er-
go ꝙ ad credēdum non sufficiat fides infusa sine
aliqua noticia acq̄sita. ⁊ ideo ſm aplm̄ Rom.10.
ad credendū op⁹ est ꝑdicatione. ꝑdicatio autē nō
est simplex ꝓpositio credibiliū: sed est cū ꝑsuasio
ne ex scripturis/ vel signis/ vel aliquo apparenti.
¶ Ad ꝑmū argumentū in oppositū dicendū ꝙ il Ad rōnes
lud dictū/ habit⁹ est quo q̄s. ⁊c. intelligendū est de añ oppōz.
acq̄sito habitu ex actib⁹: qui causat ꝓnitatē ⁊ fa
cilitatē ad siles act⁹: nō aūt de hītu infuso. ¶ Ad Ad scđm.
secundū dicendū ꝙ gr̄a supponit naturā ⁊ nō ecō
uerso. ⁊ ideo cognitio ꝑ habitū acquisitū potest
ex naturalib⁹ esse sine habitu infuso: sed cognitio
ſm habitū gratis infusum nō pōt esse sine aliqua
noticia modo naturali acq̄sita. ¶ Scđa opinio ē 2. opinio.
totaliter cōtraria scz ꝙ fides īfusa sufficit ad eli-
ciendū actū fidei sine acquisita: qđ patet tripliciter
Primo q̄ existēs in gr̄a pōt vincere oēm tētatio 1
nē sine adiutorio hoīs/ vel in speciali in fluxu non
cōsentiēdo ſm illud/ sufficit tibi gr̄a mea. si ergo
puero baptizato q̄ nihil audiuit de articulis dia-
bolus vel heretic⁹ ꝑsuaderet cōtrariū fidei. puta
deū nō esse trinū/ vel incarnatū/ aut nō passum nō
assentiret errori: ⁊ sic nō sufficit gr̄a ad salutē. aut
posset non assentire/ ⁊ hoc esset ꝑ fidē: q̄ imediate
nō vitat̄ viciū nisi ꝑ virtutē oppositā. habit⁹ autē
nō refugit suū cōtrariū nisi q̄ inclinat̄ ꝑ se ad suū
ꝓpriū obiectum: sicut graue nō recedit a sursum:
nisi q̄ attēdit deorsuz. si ergo fides sufficit ad nō
assentiēdū/ hoc est q̄ determinate īclinat ad assen
tiēdū veritati nō tñ necessario: sicut scientia que
habet euidētiā: q̄ nō sic inclinat aliquis habitus
vie infusus. ¶ Scđo patet idē sic: q̄ nō min⁹ in- 2
clinat habit⁹ intellectualis ad iudicandū ꝗ̄ mora-
lis ad eligendū: sed castitas infusa oblata mate-
ria tentationis: puta cū ꝑmo sentit tētatiōes car
nis/ īclinat determinate ad eligēdū castitatē et re
fugiendū oppositū: imo etiā luxuriosus cōtritus
licet habitus acquisit⁹ inclinet eū ad luxuriā cum
ecōuerso infusus inclinat eū determinate ad casti
tatē sine oī exteriori adminiculo in speciali influ-
xu licet nō necessario sed tñ sufficiēter. ergo pari
ratione fides habit⁹ intellectualis infusus occur
rente materia fidei etiā occurrēte ratione in con-
trariū inclinabit sufficiēter ad assentiēdū veritati
⁊ dissentiēdū errori. ¶ Tertio sic: q̄ oīs habit⁹ ꝑ 3
se sine oī alio potētiā determināte determinat ad
aliquid pl⁹ ꝗ̄ si nō esset aliter cū sit ꝓpter determi
nationē tollendā si ad nichil determinate inclina
ret oīno frustra esset ⁊ frustra nomen habit⁹ habe
ret. si igit̄ habēs infusam fidē ꝓposito sibi articu
lo credibili ad nichil determinate inclinat̄ pl⁹ ꝗ̄
fidē nō haberet: tūc solū inclinat̄ ꝑ fidē qñ articu
lus ꝓponit̄ cū aliquali ꝑsuasione aut cū miracu-
lis cū fides acquisita inclinat ad assentiendū faci
lius/ ꝓmpti⁹/ ⁊ discreti⁹ ꝗ̄ si nō haberet: tūc fides
infusa est miserabilior habit⁹ de mūdo: cū omnis
alius habit⁹ ꝑ se ad aliqđ inclinet: iste autem nō
nisi cū alio. ¶ Et cōfirmat̄ ratio: q̄ si fides infu-
sa ad nichil determinate inclinat: tunc si ꝓponat̄
articul⁹ sub dubio nō arguēdo pro/ nec cōtra: nec
affirmādo alterū/ nesciet q̄d eligat. qđ videt̄ ab-
surdū q̄ maior debet esse determinatio ⁊ certitu-
do in fide ꝗ̄ in opinione: ⁊ tñ opinio q̄ est distin-
cta cōtra fidē/ determinate ad alterum inclinat si
etiā diabol⁹ vel heretic⁹ suaderat oppositū in nul

lo plus inclinabit fidelis cōtra errorē q̄ non ha-
bens fidē/qđ est incōueniēs. Videt etiā maledi-
ctum q̄ fides p se nichil determinat: sed cū mira-
culo vel psuasiōe magis inclinat: qz nichil est ma
gis causa cū alio qđ non est causa simplr p se sine
Rñsio ad alio: qz ex eisdē aliqđ generat z auget. ¶ Scđm
rōes pme istam opinionē pōt respōderi ad argumēta prime
opi. scđm opinionis. Ad pmū dicendū q̄ maior est vera/mi
istā secun- nor falsa. Ad primā pbationē dicendū q̄ qñ xpō
dā opionē pdicāte z miracula faciēte/ vn9 credebat ali9 nō:
pōt dici q̄ hoc esset pp̄ter fidē cū miraculo incli-
nāte: qz sine miraculo nō inclinaret: qz etiā nō ha-
bentiū fidē qdā miracula depzauabāt nō creden-
tes. aliq aūt honorabāt credētes: et cōiter ita erat
de habētib9 fidē ante. sz verū est q̄ discredētes si
prius fidē habebāt/p īfidelitatē eā pdebāt. habē-
tes vō credēdo in fide pficiebāt. q̄ ergo aliq cre-
debāt aliq non: erat qz credētes haberēt fidē z vi-
derāt miracula quasi hec duo sufficerent ad posse
credere/nō alterū: sed aliqui sine miraculo sola fi
de credebāt: vt petrus z andreas filij zebedei/se-
cuti sunt anteq̄ vidissent. alij ecōuerso solo mira-
culo fidē recipiebāt. sed quisti de9 inspirabat / illi
non: vel iste volebat/ille nō: ad volēdū autē vtrū
q̄ inclinabat pl9 q̄ alterū tm̄ z q̄ ad suū opposi-
tum: sed neutrū etiā simul iunctū necessario icli-
nabat. Unde sicut tēperatus cū sermone suadēte
castitatē magis determinat ad respuēdū fornica
tionē q̄ cōtinēs cū psuasione: z tñ ɔtingit tēpera
tum cōsentire visa muliere/z cōtinentē respuere:
qđ est/nō qz habitus in nullo iclinat: sed qz nō ne
cessario iclinat. sic fides infusa p se sine alio incli-
nat nō tñ necessario. idē habēs fidē qñq̄ non cre-
dit qđ nō plus habēs credit. Unde sicut in secun
da rōne ɔtrarie opinionis visum est/habēs intē-
perātiā acquisitā z tēperātiā infusam tentatione
surgēte ɔtra naturā corruptā et habitū viciosum
acquisitum inclinatur sufficiēter ad necessarium
saluti: sed tm̄ libere z cōtingēter. z silr habēs ra-
tiones ɔtra fidē phoꝝ z hereticoꝝ infusa sibi fide
inclinat sufficiēter ad credendū z efficaci9 q̄ fide
acqsita q̄to habit9 infusus a deo est efficacior q̄
habit9 acqsitus. ¶ Ad aliā pbationē dicendū q̄
ecclesiā regi spū sancto forte nō est pmū creditū
a nobis/cū multi explicitā fidē habeāt de alijs q
hoc explicite nesciūt. Itē qz si habēti fidē ppone-
ret hoc ipsum. s. an ecclesia regat spū sancto/fides
infusa inclinaret ad assentiendū magis q̄ articu-
lis trinitatis z incarnationis q sunt magis supra
naturā: sz ad credendū scripture bene est pmū vt
dicit Augustinus credere ecclesie recipiēti: nō tñ
pp̄ter hoc sequit q̄ ad oē credere qz etiā ante om
nem scripturā z ante ecclesiā i solo adā fuit fides
Ad 2 scđm. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ minor est falsa. s. q̄ act9
fidei depēdeat ex aliquo apparēte in se: qz tūc non
haberet meritū: vel si depēdet ex aliquo apparen
te/hoc est ex naturali cognitione qua nō supposi-
ta: vt si hō nō haberet vsum rationis vel nō intel
ligeret terminos nō posset assentire. Et pterea pa
tet minor esse falsa: qz p solā īfusionē posset homo
credere: si igit reuelaret qcqd alij p doctrinā cre-
Ad tertiū dunt: z sic sol9 habit9 infusus sufficere pōt. ¶ Ad
tertiū dicendū q̄ si xp̄s nō fuisset locut9/vel mira
cula nō fecisset/nō credētes et nō peccassēt: nō qz
aliter credere nō possent: sed qz aliter credere nō
tenebāt: qz scriptura dicebat/ xp̄s cū venerit euā

gelizabit paupib9 et faciet miracula/et talia. Uñ
si nō pdicasset nec signa fecisset/ credere nō tene-
bant: sz tamen credere poterant sine signis: quia
signa īfidelib9 nō fidelib9 data sunt. vnde z nūc cū
pdicat habētib9 fidē nō sunt miracula necessaria:
quasi fides sufficiēter iclinet/ aīs de9 in necessarijs
deficeret mag fidelib9 q̄ īfidelib9. ¶ Nichilomi
nus tertia opinio pōt imaginari media iter istas 3. opi. q est
sic q̄ fides nō pōt exire in actū credēdi aliquo mō doctoris.
nisi ipsum credibile pponat p quēcūq̄ quōcunq̄
vel ab hoīe vbo vel scripto: vel a deo/vel angelo.
et sic fides est ex auditu. et sic vera ē pma opinio.
et hui9 ratio est: qz fides est habit9 assensiu9 nō co-
gnitiuus. vnde cū nō magis determinet itellectū
q̄ habitus naturalis sicut habitus pmoꝝ intelli
gibiliū speculabiliū vel agibiliū nūq̄ inclinat ad
assentiendū eis si nō pponant termini aliquo sen
su iteriori vel exteriori: sicut puer nūq̄ sciret istō
principiū/de quolibet esse vel nō esse. nisi audiuis
set vel legisset vel alio sensu cepisset. sic nec ea q
sunt fidei: sed in hoc est differētia: qz principia na-
turalia pōt p se inuenire sine alteri9 vbo vel scri-
pto: z ipsis ppositis nō pōt nō assentire: nec in eis
pōt errare. 4. metaphisice. in articulis autez nec
p se pōt eos inuenire/et ab alio ppositis pōt nō as
sentire/z circa eos errare. ¶ Scđo q̄ in omnem
actū fidei in quē pōt hō exire p fidē infusam solā 2
nō illā q est virt9 theologica sed q est gr̄a gratis
data. de qua dicit alteri fides in eodē spū. qz quic
quid pōt fieri mediāte doctrina hoīs/pōt fieri im
mediate p īfusionē z reuelationē. z isto modo Jo
hānes baptista/pphete/apl̄i/nō sensu z auditu ex
teriori habētes nō solū fidē q est virtus theologi
ca sed sciētiā theologie infusam exibāt in actum
credēdi: imo docēdo vbo et scripto magis q̄ alij
humanitus docti: qz etiā sciētias naturales habē
tes p īfusionē: vt adā et salomon nō min9 in actus
speculandi vel docēdi exire poterāt q̄ si eas p inuē
tionē et doctrinā habuissent. ¶ Tertio qz habēs
fidē infusam q est virt9 theologica/sine oī alio in-
fluxu speciali et adminiculo exteriori pposito/ si
aliquo credibili p fidē pōt exire in actū iplicitū q
sufficit ad salutē. et sic vera est secūda opinio. nō
autē in explicitū q est sibi necessari9. et sic vera est
prima opinio. Ratio huius est: qz cū p rationē na
turalē hō possit scire deum posse facere aliqua su
pra rationē humanā/et in deo aliqua talia eē que
ratio humana explicare nō valet: tñ p rationē na-
turalē nō pōt hō scire q sunt illa in deo cōprehēsi-
bilia rōe: nec vtrū de9 aliqđ vltra naturā fecerit/
vel sit facturus: et multo minus q sunt illa p fidē
sibi infusam q est virt9 theologica. Homo dispo-
nit et pficit ad hoc q̄ prompte z faciliter credat a
deo esse aliqua diuina lrancia reuelata q ratio ne
scit iuenire: et deū aliqua sibi reseruasse in tpe fa-
cturū supra naturā p salute hoim et fecisse et fa-
cturū esse quedā talia et hoc a deo reuelata: et q̄
deus vult ista credi ad q naturalis rō nō inclinat
sed fides nō docet q sunt illa: tñ fides nisi p pctm̄
abijciat nō sinit errare ptinaciter circa illa. decre
uit autē deus illa inotescere mō supnaturali puta
p miracula/ et inferiorib9 p supiores. Unde pmi
annunciatores fidei scz pphete et apl̄i miraculis
fulserunt. fides ergo inclinat ad assentiendū aliq
esse a deo reuelata q naturaliter nō sunt cognosci
bilia/sm illud Ecclesiastici. Plurima sup sensum

hoīs ostēsa sunt. ¶ Itē ad credendū reb⁹ diuinis in speciali: modo cōgruo annunciatis ⁊ qñcunq; modo sufficiēti annūciat̄ habēti fidē/ fides iclinat ad assentiendū: q̄ʒ vnctio docet de omnib⁹: sed tñ potest nō assentire ⁊ p̄dere fidē. qñ autē nō annunciat̄ modo sufficiēti non tenet̄ homo credere/ nec fides inclināt ad assentiendū vel nō assentiendum firmiter sed q̄ntum sufficit ad salutē: sed ad suspendēdū actū quousq; aliter de⁹ inotescat vel ad assētiendū alteri parti sine assertione: ⁊ sic errare potēs hereticus nō erit ꝺm Augustinū. Unde si alicui de deo occurrat q̄d non appareat declaratū ꝑ articulū vel ꝑ cōsiliū salua fide pōt neutri parti cōsentire vel indifferēter etiā false parti: dū tñ paratus sit aliud credere si aliud habet fides ecclesie. nā si cornelio ante doctrinā petri dixisset demon/ xp̄s nondū est nat⁹: fides implicita quaʒ habebat inclinasset ad dicendū/ paratus sum credere icarnationē factā qñ michi sufficiēter intimabit̄: nūc autē nō nego nec assero/ et ad hoc iclinasset fides/ potuisset etiā dicere: non credā factā esse quousq; aliter audiā: sed ad hoc falsum fides nō inclinasset: sed ꝓprio motu salua fide hoc dicere potuit sine ꝑtinacia.

Ad rōnes scd̄e opinionis. ¶ Per hoc ad p̄mā rationē secunde opinionis ꝙ ꝑ fidē ante institutionē tētat⁹ pōt tētationem vincere nō exeundo in actū explicitū vt faciat quid est veri⁹: sʒ iplicitū dicēdo/ parat⁹ sum credere q̄dcunq; istoꝝ nō obstāte rōne in ꝯtrariū qñ michi inotuerit sufficiēter: sʒ explicite nec credo nec discredo

Ad scd̄m. ¶ Ad scd̄m dicendū ꝙ nō est simile de habitu morali ⁊ intellectuali: q̄ʒ moralis īfusus ē de his q̄ nō excedūt rōnē ꝓpt q̄d naturali ratione sine alia doctrina hō pōt iudicare quid eligendū: nō sic aūt de fide in qua ratio nescit q̄d

Ad tertiū credendū. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ fides efficaci⁹ inclinat determinate ad credendū ⁊ fugiendū īfidelitatē q̄ȝ quicūq; habit⁹ ad fugiendū viciū sibi oppositū: sed ꝓpter hoc ꝙ naturalis ratio nō determinat quid credendū est sicut q̄d agendum est ꝓpter hoc aliq̄ habit⁹ determinate inclināt in speciali ad iudicandū vel agendū hoc vel illud: quia aliter nō sufficeret ad vitandū pctīn in moribus. nā si incōtinēs iudicat in generali nichil inhoneste agendū/ ⁊ in particulari fornicandū nō euitat pctīn. In fide aūt cui nichil est in speciali reuelatum sed ipse credit q̄dā supnaturalia fecisse vel facturū esse: sed in speciali nescit de hoc vel de illo/ parat⁹ tñ credere oppositū q̄ȝ cito sibi sufficienter ostendet̄/ nō est hereticus nec peccat contra fidē.

¶ Per hāc distinctionē patet respōsio ad vtrūq; principale: q̄ʒ fides infusa non min⁹ pōt q̄ȝ acq̄sita quo ad actū implicitū: sed min⁹ quo ad explicitū: q̄ʒ ista est habit⁹ assensiuus nō cognitiu⁹: illa sic: q̄ʒ ex actib⁹ explicitꝭ. Et ad illud fides ex auditu. verū est de fide explicita non implicita que est donum dei. ¶ Ad argumenta solutum est in prima opinione.

¶ Questio tertia.



Primum. Ertio querit̄/ vtrū actus credēdi differat re absoluta a potentia ⁊ spē creditiua. ¶ Videt̄ ꝙ nō: q̄ʒ oīs forma est act⁹ primus: sed opatio nō est act⁹ primus sed secūdus ex opposito distinctus. 2. de aīa. ergo nō differt re absoluta: q̄ʒ sic esset

In oppōz forma ⁊ actus p̄mus. ¶ Contra. q̄ʒ potētie distinguunt̄ ꝑ actus/ ⁊ actus per obiecta: sed actus differunt ab obiectis. ergo pari rōne potētie ab actibus. ¶ Preterea spēs est in medio: act⁹ autem cognitionis non pōt esse in medio. ergo spes differt ab actu.

Respōsio ¶ Respōsio. idē est de actu credēdi ꝙ de quocūq; actu intelligēdi/ de quo p̄ter illud q̄d dictū est de hoc in scd̄o libro di. 3. tractāde sunt modo tres opiniōes. Prima de actu in cōparatione ad potentiā et speciē simul. Scd̄a de actu in ꝯparationē ad solā potentiā. Tertia de actu in ꝯparatione ad p̄ncipiū. ¶ Prima opinio vera ⁊ cōmunis est: q̄ʒ act⁹ differt a potētia ⁊ a specie: sʒ q̄dā modus nou⁹ circa quē sic ꝓcedit̄: q̄ʒ recitabit̄ ille modus ponēdi. Scd̄o ipugnabunt̄ dicta istorum Tertio arguet̄ ꝯtra cōclusionē. Quarto r̄ndebit̄

Nou⁹ modus. ¶ Quantū ad primū/ dictū fuit plenī⁹ in secūdo di. 3. ⁊ ostēsum ꝙ actus differt re absoluta ab vtroq;. hanc tñ cōclusionē licet verā aliqui defendunt modo tñ incōgruo sic arguētes. Principia manētia differūt a suo principiato nō manēte: sed potētia ⁊ species ꝯparant̄ ad actū isto modo sicut p̄ncipia manētia ad principiatū nō manēs. ergo differunt ab eo re absoluta. Maiorē ꝓbāt ex vtraq; contradictione scʒ ex rōne p̄ncipiꝗ q̄d differt re a p̄ncipiato etiā in diuinis: sed in creaturis re absoluta ⁊ etiā ex varietate: q̄ʒ q̄ nō simul generant̄ ⁊ corrūpunt̄ sed seorsum corrūpit̄ vnū realiter altero manēte realiter/ illa nō sunt idē realiter. 4. metaphisice. multo igit̄ magis qñ vtrūq; concurrit/ scʒ habitudo p̄ncipiꝗ ⁊ p̄ncipiati/ ⁊ cū hoc diuersa et distincta generatio ⁊ corruptio. Probant etiā minorē sic. Nā q̄ntum ad p̄mā partē patet ꝙ potētia est prim⁹ act⁹ vel actiuū vel passiuū ꝺm omnes vel vtrūq; ꝺm quosdā. de specie etiā patet ꝺm ponētes species: q̄ʒ ipsa est principiū actus. q̄ntuʒ ad aliā partē ꝓbant: q̄ʒ habēs potētiā ⁊ speciē in memoria et etiā habitu est adhuc in potētia accidētali ad cōsiderare. 2. de aīa. ⁊ sic manent illa principia trāseūte isto p̄ncipiato q̄d est act⁹. ⁊ hec fuit minor

¶ Respōdēt autē ad argumēta dicētes ꝙ actus differt a specie ⁊ a potētia sicut act⁹ scd̄s a p̄mo/ ⁊ ꝑ ꝯsequēs realit̄: sicut calefacere differt re a calore a quo est: licet non differat ꝺm eos a calore ad

Contra illū nouum modum. quem est. ¶ Primo arguet̄ ꝯtra dicta: ⁊ scd̄o inq̄ret̄ de cōclusione. Primo videt̄ maior falsa/ vel nō esse ad ꝓpositū: q̄ʒ ipsi nō sunt contēti actū differre re relata nisi etiā differat re absoluta. hoc autem nō oportet ex p̄ma ꝯditione sola/ nec ex secunda/ nec ex vtraq; sil̄ sumpta. Verbi grā de potētia nō solū in diuinis in quib⁹ p̄ncipiū ⁊ principiatū differunt solū re relata nō absoluta: imo etiā in creaturis q̄d patet multis exēplis: q̄ʒ pūctus est principiū linee a qua tñ nō videt̄ differre re absoluta. ⁊ silr̄ fūdamētū ē p̄ncipiū relatiōis q̄ sup se nō addit nisi purū respectū. motus etiā est p̄ncipiū termini q̄ acquirit̄ ꝑ motū a quo. tñ ꝺm istos nō differt re absoluta. Isti etiā dicūt ꝙ causa formalis nō differt re absoluta ab effectu: ad min⁹ ꝺm oēs nō differt sicut forma a forma: q̄ʒ forme nō est forma: ⁊ tñ oīs causa est p̄ncipiū licet non ecōuerso. Idē etiā patet de secūda cōditione: q̄ʒ in aīa non sunt due res esse ⁊ esse formā: ⁊ tñ in morte realit̄ desinit esse forma nec tñ desinit esse simplr̄. et similiter ꝺm istos vna paternitate refert̄ pater ad plures filios quoꝝ vno mortuo corrūpit̄ paternitas put erat ad illū ⁊ realiter: q̄ʒ realiter nō est ad q̄d

realiter erat:manet tñ realiter ad supstites. ⁊ sic
est generaliter de re q̃ includit respectū ꝙ ꝓpt̃ re-
spectū potest vno modo corrūpi/ alio mō remane-
re/sic autē q2 esse formā sup esse addit respectū nō
rei sed rōnis. inde est ꝙ aīa desinit realit̃ esse for-
ma ꝓpt̃ corruptionē corpis nō suā. ⁊ similit̃ rela-
tio ad filiū mortuū ꝓpter corruptionē extremi nō
suā/dicit̃ realiter corrūpi: ꝑ qᵭ etiā in alia mate-
ria multa sophismata euadūt̃. ¶ Tertio patz idē
si vtrū3 simul iungat̃. est eñ aliqd ꝑncipium ali-
cuius cū quo nō manet: ⁊ tñ nō differt ab eo re ab
soluta: sicut t̃min⁹ mot⁹ et mutationis manet illis
nō manētē: ⁊ tñ nō differt sicut forma a forma ſm
eos: ⁊ ecōuerso descēsus deorsum ꝑncipiat̃ a gra-
uitate effectiue vel passiue qua manēte nō manet:
nec tñ ipse flux⁹ distinguit̃ ab ea sicut res ⁊ forma
absoluta. ꝓpt̃ qᵭ maior videt̃ simpl'r falsa: vel nō
sufficiēter ꝓbare cōclusionē/ sc3 ꝙ act⁹ differat re
absoluta a potētia ⁊ a spē ꝑ hoc ꝙ est ꝑncipiat⁹ ab
eis manētib⁹ ipē nō manēs/cū hoc cōtigat i aliis.
Diceret eñ aliquis ꝙ sicut albedo causat in sub-
iecto similitudinē addito alio a subiecto alit̃ non
que solū respectū addit: sic species in potētia cau
sat itellectionē q̃ est similitudo ad obiectū q̃n fan
tasiādo est ꝑsentatum: aliter nō ¶ Cōtra minorē
etiā pōt argui ꝙtum ad vtrā3 partē. ꝑmo de spē/
nō eñ sequit̃ supposito ꝙ intelligere sit ꝑ speciem
ꝙ ꝓpter hoc species sit ꝑncipiū actus intelligēdi
sicut causa efficiēs q̃ differt re absoluta: sed suffi-
cit ꝙ sit ꝑncipiū sicut causa formalis q̃ nō differt
ab effectu. Unde intelligere est ꝑ speciē sicut ꝑ in
tellectionē sicut videre ꝑ visionem/calere est ꝑ ca
lorē: q2 ipse est act⁹ species expressa: ⁊ sic simile di-
cit cognosci sibi etiā in deo/q̃ ꝑhabet rerū similitu
dines ꝑ quas cognoscit eas: nec tñ in eo differūt
re species ⁊ act⁹. ¶ Sil'r ꝙ assumit̃ potentiā esse
principiū act⁹/diceret aduersari⁹ ꝙ sic est potētia
ꝑncipiū agēdi sicut essentia ꝑncipiū essēdi: q2 ſm
istos essentia ē in potētia ad eē/ ⁊ eē nec est act⁹ ei⁹
nec ista ꝑncipiatio arguit ea differre adinicē sicut
duas formas ⁊ essentias: sicut esse differt ab essen
tia/diceret etiā aliquis ꝙ intellect⁹ est principiu3
intelligēdi: sicut calor calēdi/lux lucendi: et sic de
aliis ñ differētib⁹ re. ¶ Q3 dicūt postea ꝙ act⁹ ñ
manet istis manētib⁹ diceret̃ ꝙ ē duplex act⁹ secū
dus. Unus absolut⁹: ⁊ iste inseparabiliter conco-
mitat̃ actum pmū in subiecto/ sicut lucere lucē.
Alius ꝟo respectiu⁹: ⁊ iste cum subiecto requirit
obiectum. sed si sit manēs nō differt ab actu ꝑmo
sicut nec absolut⁹. sicut ergo lucere est idē ꝙ lux:
sic sentire est idē ꝙ sensus/ ⁊ itelligere idē est ꝙ in
tellectus/ ⁊ appetere ꝙ appetit⁹: nec addit nisi so
lum respectum actualē ad obiectū: ꝑꝑ qᵭ nō sepa
biliter cōcomitat̃ actū ꝑmū in subiecto: sicut nec
actus transiens cōcomitat̃ semꝑ in alio subiecto.
Unde sicut calidū nō semꝑ calefacit ꝙdiu habet
calorē: sic nec calefactibile semꝑ calefit ꝙdiu ha-
beret calorē/ ꝙuis calefieri nō fit in eo aliqua q̃li
tas a calore ꝓpter respectū cōnotatū. ⁊ sic ē de co
gnoscere et appetere. Propter qᵭ tertio videt̃ im
pugnari solutio ad argumentū: q2 q̃n supponunt
ꝙ ois actus secūdus differt ab actu ꝑmo re abso
luta/verū est de actu secundo trāseūte qui differt
etiā subiecto. nō autē verū est de actu secundo ma
nēte. Verbi grā/cōstat ꝙ calefacere est act⁹ secun
dus caloris trāsiēs/aut secūdus act⁹ caloris ma-
nens videt̃ esse calere ſm illos q̃ distinguunt esse
ab essentia. q2 ois act⁹ est aut ꝑm⁹ aut secūd⁹: s3 eē
si differt ab essentia q̃ ē act⁹ ꝑm⁹/nō est act⁹ ꝑm⁹:
q2 tūc esset essētia. ꝗ cū calere nō differat a calore
sicut forma a forma/patz ꝙ act⁹ secūd⁹ manēs nō
differt a ꝑmo sicut forma a forma. Si autē esse nō
differt ab essentia/ ⁊ sic calere sit primus act⁹ sicut
calor et nō secundus: tunc saltē videt̃ ꝙ calefface-
re et calefieri sil'r sit act⁹ secundus caloris manēs
cum eo in subiecto nō q̃dē illud quo ꝑmum calor
ꝑducit̃ q2 actus secūdus nō ꝑcedit: sed illud cale
fieri ⁊ calefacere quo calor ꝑductus intēdit̃: sed
nec iste differt ab actu suo ꝑmo sicut forma a for-
ma. nō eñ sunt due qualitates forma et flux⁹ for-
me: q2 tunc motus ꝑ se posset esse t̃mini⁹ alteri⁹ mo
tus ⁊ ꝑductionis sicut et q̃libet forma absoluta.
cū ergo ſm istos cognoscere et appetere sint act⁹
secūdi ⁊ itellectus sensus ⁊ appetit⁹ sicut act⁹ pri
mus idē subiecto. ergo nō differunt sicut due for-
me. ¶ Itē qᵭ est in actu essentiali ⁊ in potētia ac
cidētali nō indiget ad habendū illū actū secūdu3
nisi remouēte ꝓhibēs qᵭ est causa ꝑ accidēs: sed
habēs potētiā et speciē adhuc ad itelligendū ꝑ se
indiget fantasmatibus q̃ se habēt ad intellectum
vt colores ad visum. color autē ꝑ se et non ꝑ acci-
dēs est motiuus visus vt oculi dyaphani vel medii
ſm actū. ergo nō ꝯparat̃ act⁹ ad potentiā ⁊ speciē
sicut actus secūdus ad actum primum qᵭ illi sup
ponunt. ¶ Deinde inq̃rendo de ꝯclusione arguit̃
tripliciter ꝯtra eā. Primo ostēdit̃ ꝙ nō differt etia3
ab essētia. Scᵭo ꝙ saltē nō differt a potētia. Ter-
tio ꝙ saltē nō differt a potētia ⁊ specie. ¶ Primū
patet sic. In oi gñe abstractū ⁊ ꝯcretu3 de forma
li significato ⁊ pricipali significāt vel iportāt vnā
formā realit̃ siue in absolutis sicut albū solā q̃lita
tē significat: siue in relatiuis/sicut pater ⁊ paterni
tas in diuinis ⁊ creaturis: sed intelligēs ⁊ itellec-
tio se habēt sicut abstractū et cōcretū sicut ope-
rans et opatio et ꝑncipale significatū vel in signi
ficato intellectionis est actus intelligēdi. ꝑncipa
le ꝟo significatū itelligētis est forma substātialis
vel natura itellectualis. ergo in angelis ⁊ aīa etiā
sensitiua idē est opatio sensitiua sub substātia ac
cipiēdo ꝓ cōcreto ⁊ abstracto sentiēs ⁊ sentiatio.
Imo i oi aīa vt viuere ⁊ viuēs ꝑmo i oi re vt i igne
calefactiuo et calefaciēs. Maior iā ꝓbata ē. Nec
obstat instātia quorūdā dicētium ꝙ relatiua scđm
dici sunt illa in quib⁹ differunt abstractum ⁊ con
cretum/q2 relatio in abstracto semꝑ de principali
significato importat relationē. vnde nō est aliqua
relatio ſm dici: s3 ois relatio est ſm esse/ sed rela
tiuum ſm dici de ꝑncipali significato iportat ali-
quā relationē/sicut sciētia iportat qualitatē qua3
cōsequit̃ relatio. Hoc inꝙ non valet. q2 imo in oi
materia idē semꝑ significāt abstractum et concre
tum licet aliud cōnotāt vnum ꝙ aliud. ⁊ in exem
plis de quib⁹ instat̃ relatiuu3 ſm dici et relatio vt
sic sumpta in t̃minis gñalib⁹ habent se isto modo
relatiuum siue ſm dici siue ſm esse/ sed ſm istud
nullū relatū siue ſm dici siue ſm esse: s3 istud no-
men relatiui qᵭ ꝟe est cōcretum hui⁹ abstracti qᵭ
est relatio/semꝑ in ꝑncipali significato importat
ipsam relationē: sed in materia ꝯtracta si iportat
aliud ꝙ relationē: nō tñ aliud ꝙ suū abstractum.
sicut scibile idē importat ꝙ scibilitas: q̃ non est re
latio sed aptitudo naturalis ad sciendum: q̃ est ꝑ

aliquid absolutũ: q2 relatio non est ꝑncipiũ mot⁹ nec realis nec intẽtionalis. Minor licȝ sit ꝓbata in parte: tñ ꝓbaꝛ q̈tum ad illã partẽ dubiã / scȝ ꝙ ꝑncipale ⁊ formale significatũ intelligent' sit natura intellectualis ⁊ substantialꝛ: q2 idẽ est significatũ cõcreti actualis ⁊ potẽtialis ⁊ agẽtis ⁊ actiui: sicut eodẽ aliq̄d est motiuũ ⁊ mobile. Unde cũ intellectiuum siue intellectuale ꝑncipaliter iportat formã substãtialẽ q2 est differẽtia substantialis ⁊ non accidẽtalis. ideo ⁊c. Et cõfirmaꝛ ratio: q2 de ꝑncipali et formali significato intellectiuum est illud quo aliquid est potẽs itelligere: intellect⁹ autẽ illud quo actu intelligit: sed idẽ est quo intelligere potest ⁊ quo intelligit: q2 si aliq̄d operaꝛ nõ p potentiã que põt opari impossibile seq̄reꝛ / scȝ ꝙ operareꝛ ⁊ nõ posset opari. illud aũt quo aliq̄d ꝑncipaliter itelligere põt est aĩa nõ potentia q̄ est id q̄ instrumẽtaꝛ. ergo ⁊c. Et p̄terea illo ꝑncipalit' aliquid agit quo ꝑncipaliter est: q2 vnũq̄dq̄ agit ſm ꝙ est in actu: sed ↄstat ꝙ intellectiuũ ꝑncipalit' est p substãtiã nõ p potẽtiã nec p operationẽ. ergo intelligẽs ꝑncipaliter importat substãtiã. ¶ Scđo

Arguiꝛ ꝙ act⁹ nõ differt re a potentia.

arguiꝛ ꝙ actus nõ differat re a potẽtia sic: q2 aut differret re relata aut re absoluta / neutra differt vt ꝓbaꝛ. ergo nulla. Maior patet p Augustinũ ⁊ phm: q2 oĩs res aut est ad se aut ad aliud: ⁊ p consequẽs aut absoluta aut relata / ẽtiã oĩs res realis aut p relata vt in diuinis etiã in humanis etiaȝ p absoluta sicut in plurib⁹ creaturis. Minor patet q̈tum ad vtrãq3 partẽ. ꝑmo ꝙ nõ differũt re absoluta: q2 oĩs cognitio fit p assimilationẽ. simile eñ simili cognosci fuit cõis animi cõceptio apd' oẽs philosophãtes: sȝ assimilatio potẽtialis fit actualis p solã p̄sentiã obiecti nõ addita re absoluta sȝ puro respectu qui est ip̄amet similitudo. ergo sĩr cognitio habitualis fit actualis p solã additionẽ q̄ est respect⁹ scȝ similitudo expressa obiecti p̄sentati ⁊ est ipsamet cognitio. aĩa eñ est quodam mõ oĩa: sed esse similitudinariũ in potentia ⁊ p cognitionẽ actualẽ fit actu similis. sic eñ deus fecit res in mẽtib⁹ angelicis p similitudinẽ cognitiõis / ita ꝙ sicut ad coexistentiam albi de nouo ꝓducti fit relatio in albo p̄existẽte q̄ est similitudo: sic ad rep̄sentationẽ obiecti cognoscibilis fit relatio in potẽtia cognitiua q̄ est similitudo ipsi⁹ / ⁊ ip̄a ẽ ipsamet cognitio ⁊ vbi causaꝛ ab obiecto tunc est realis relatio sicut mẽsurati ad mensuram sicut in nobis. vbi vero nõ causaꝛ ab obiecto tunc est tñ rationis sicut in angelo ⁊ in deo. de deo q̄dẽ oẽs cõcedũt: de qualibet aũt substãtia separata ꝙ sit sua opatio vult phs. 12. metaphisice. ¶ Scđo ꝙ etiã

2. ratio.

nõ differãt re relata: q2 actus ⁊ potẽtia sunt in eodẽ genere ſm oẽs sic scȝ intelligẽdo ꝙ illud quod exit de potẽtia in actũ idẽ genere spẽ numero est ĩ actu q̄d pri⁹ fuit in potẽtia. ¶ Itẽ sic ꝙ illud quo prius erat in potẽtia ⁊ nũc est actu reduciꝛ ad idẽ genus speciẽ ⁊ numerũ in accidẽtib⁹: sed in substãtia materia ⁊ forma differẽtes numero sunt in eodẽ genere ⁊ specie: faciũt etiã idẽ ↄpositũ numero sed ĩ accidẽtib⁹ q2 totũ est act⁹ nõ possunt potẽtia et act⁹ distingui solo numero / ꝓpter q̄d videꝛ idẽ re. vnde cũ potẽtia cognitiua et ei⁹ act⁹ sint accidẽtia ⁊ habeãt se sicut potẽtia et actus q2 quo possumus esse cognoscẽtes est potẽtia: qua sum⁹ actu ẽ actus ipse. ergo sunt in eodẽ gñe ⁊ specie ⁊ nõ pñt differre solo numero cũ vtrũq3 sit actus q̄dãꝫ in eodẽ subiecto. ergo sunt penit⁹ idem ⁊c. ¶ Tertio

Arguiꝛ ꝙ act⁹ nõ differt re a specie intelligibili.

ꝙ actus nõ differt re a specie itelligibili: q2 aut poneret ꝓpter determinationẽ act⁹ aut ꝓpter causationẽ ipsi⁹ aut ꝓpter rep̄sentationẽ obiecti: sed ꝓpter nullũ istoꝛ est necessaria species differẽs ab actu itelligẽdi. ergo frustra ⁊ sup̄flue poniꝛ. Maior patet p ponẽtes species q̄ nullã aliã necessitatem nec veritatẽ assignãt nisi alteram ex p̄dictis. Minor patet quo ad partẽ primã: q2 ad hoc ꝙ sequaꝛ determinata actio vel in determinato agẽte in indeterminato passiuo sufficit cõcursus determinati agẽtis in indetminatione formali passiui. Ubi grã. in naturalib⁹ ad hoc ꝙ materia recipiat determinatã formã substãtialẽ vel accidẽtalẽ ad que est indifferẽs a sole q̄ est idifferẽs ad multas non oportet materiã p̄determinari aliqua formali dispositione q2 ꝓcederet in infinitũ nisi deueniret ad ꝑmã q̄ nõ ꝓpt' p̄existentẽ detminat sufficiẽter cõcursus agẽtis particularis detmiati ad vnã formã ⁊ dipositionẽ pl⁹ q̈ ad aliã. Idẽ est in artificialib⁹. vnde ꝙ magis detminatã figurã imprimat cere vel alteri materie cũ idifferẽter possit ipsa oẽm facere / ⁊ illa oẽm recipere: hoc ẽ p detminationẽ volũtatis q̄ pl⁹ vult vnã q̈ aliã ip̄rimere. ergo nõ obstãte idetminatione intellect⁹ agẽtis q̄ est oĩa facere ⁊ possibilis q̄ est oĩa fieri sequiꝛ detminata itellectio sine formali ip̄ressione spẽi p̄cedẽte ex solo ↄcursu fantasmatis detminati. vnde ſm ponẽtes species / detminata spẽs iprimiꝛ nõ ꝓpt' p̄cedentẽ detminationẽ formalẽ / sed ꝓpt' detminationẽ fantasmatis ad actionẽ cõcurrẽtiȝ. ¶ Scđa pars de causatione patet dupl'r. Primo / q2 tũc angelus q̄ itelligit se p essentiã ⁊ nõ p speciẽ nõ causaret in se suã itellectionẽ / ⁊ sic esset sibi min⁹ naturalis q̈ itellectio alioꝝ p speciẽ q̄ est naturalis et a ꝑncipio actiuo ⁊ passiuo. Scđo q2 voluntas hȝ se ad volendũ sicut itellect⁹ ad itelligẽdũ. si ergo itellect⁹ ad causandũ itellectionẽ idiget spẽ: pari rõne ⁊ volũtas ad causandũ volitionẽ / q̄d nullus diceret. ¶ Tertia pars patet: q2 si ꝓpter obiectũ species req̄riꝛ / tũc de⁹ nõ posset in me sine spẽ facere cognitionẽ. ↄñs est falsum. ergo ⁊ antecedens. Falsitas ↄsñtis appet: q2 spẽs nõ est causa formalis act⁹ nec materialis susceptiua in me eque immediate recipiꝛ in nuda essentia potẽtie act⁹ sicut spẽs. ergo deus põt supplere vicẽ ei⁹ sicut facit in ꝑma. Cõsequẽtia patet: q2 si spẽs req̄raꝛ ꝓpt' obiectum hoc est dupl'r. aut ad hoc ꝙ habeaꝛ obiectũ / et tũc de⁹ nõ põt hoc supplere nisi de seip̄o / q̄d nõ põt vna creatura alteri⁹ illabi distincte subiecto ⁊ supposito. nec põt facere ꝙ potẽtia feraꝛ nisi ĩ obiectũ suũ / aut req̄riꝛ spẽs ad hec vt rep̄sentet obiectum. vt' sicut actio realis req̄rit obiectũ p̄sens situal'r in quo recipiꝛ. sic actio spũalis q̄ ẽ cognitio et desideriũ req̄rat obiectuȝ p̄sens spũalit' ad q̄d tẽdiꝛ. hoc eñ nõ ẽ verũ: q2 etiã in visu req̄rẽte p̄sentiã realẽ coexigiꝛ p̄sentia spũalis p effectum. ¶ Itẽ angel⁹ corp⁹ p̄sens q̄d mouet nõ itelligit nisi p speciẽ ſm eos. Itẽ nec deus hoc posset supplere sicut nec illã q2 hoc esset creare si scȝ calidũ causaret calorẽ sine subiecto. tũc eñ nõ educeret de potẽtia sed ꝓduceret de nichilo. ¶ Sustinendo aũt ↄclusionem cõmunẽ põt respõderi ad ista.

Sustinendo opiõnẽ cõez respõdet doc.' ad ratões factas.

¶ Ad primũ cõcedẽdo maiorẽ posset dici ad minorem ꝙ intelligẽs / cognoscẽs / ⁊ hmõi sunt concreta equoca respectu duoꝝ vel triũ abstractoꝝ: ⁊

ppter hoc sicut et illa diuersimode significāt. Intel-
lectus em̄ significat pncipaliter id quo intelligit:
hoc autē est pncipiū formale vel potētiale vel sub
stātiale: qr tria et rib9 abstract; significant. Sm̄ ꝙ ꝙ
est cōcretū itellectionis illā solā significat Sm̄ ꝙ
est cōcretū potētie intellectiue sic illā solā Sm̄ ꝙ
forme itellectiue illā sic illā solā. Siſr ē de cōcreto
potētiali qd est equocū. ¶ Scdo pōt responderi
ꝙ aliud significat cōcretū actuale/ aliud potētia-
le: sicut motiuū et mouēs: qr cōcretū importat pn
cipiū formale nō effectiuū. vnde cū illud quo for-
maliter agēs agit: sic actio ipsa agēs iportat for-
maliter actionē nō pncipiū ei9 nec accidētale nec
substātiale: sed actiuū vel motiuū iportat poten-
tiā ipsam qua formalit est potēs agere vel moue-
re. et qū dr ꝙ eodē agit agēs et pōt agere. sic est in-
telligendū ꝙ idē quo est motiuū formalit mouet
effectiue. Si autē dicat agēs sicut absolute signi
ficat illud quo agit sic pncipalit significat illud q
pncipalit agit: hoc aūt est forma substātialis. g il
lā pmo iportat. ¶ Dicēdū ꝙ agēs formalit signi
ficat illud quo agit formalit nō illud quo agit ali
ter puta effectiue. Vn̄ cū sola actiōe agat forma
Ad scdm. liter illā solā significat formalr et pncipalit: sec9
aūt de significato actiui vt dictū est ¶ Ad secūdū
pncipale cōcessa maiore/dicendū ad primā partē
minoris ꝙ cognitio fit p assimilationē differēter i
deo et creaturis: qr siītudo qua de9 cognoscit ē ip
semet de9 et suus actus. in nobis aūt qdā qualitas
absoluta qua itellect9 assimilat intelligibili et nō
prius respect9: qr itellectus agēs est oia facere et
intellectus possibilis est fieri: nō cōtingit aūt nec
facere nec fieri solā relationē sed formā absolutā
cū autē intellectionē recipiat intellectus possibi-
lis quā efficit agēs ipsa nō erit tantum respectus.
¶ Preterea sicut se hñt colores ad visum sic fan
tasmata ad intellectū: sed colores nō iprimūt so-
lū respectū vel relationē sed rē absolutā: qr color
est motiu9 dyaphani: relatio aūt nō ē p se res mo-
tus. ergo. &c. Qn̄ g dr ꝙ cognitio est p assilatio-
nē/pdicatio est p causam nō p essentiā: et siītudo ē
ↄñs nō añcedēs put est relatio. qñ g dr ꝙ assimi-
latio potētialis fit actualis p solū respectū. verū
est de assimilatione potētiali respectu illi9 soli9 si-
militudinis et actuali respectu fundamēti. sec9 est
de illa vbi est potētia et ad fundamētū et ad ipsum
respectū sicut ē hic. nec ē siſe de duob9 albis quor
vnū nō mouet aliud nec realit agit in aliud et de ob-
iecto et potētia q se hñt realr sicut mouēs et motū
Vn̄ intercidit effect9 medi9 absolut9. Qz aūt ari
stoteles dicit. 12. metaphisice. negandu est nisi quo
ad deū respectu alior a se. ¶ Ad aliā partē dicen-
dum ꝙ actus et potētia sunt in eodē genere sic ꝙ
illud qd fuit in potentia est in actu idē numero et
specie. et tenet in oi pdicamēto sed vltra exponen
do ꝙ illud quo aliqd est in potētia et quo actu sint
idē illis modis/nō est vniforme nec generale: nam
in substātia cōposita ex actu et potētia fit p se vnū
et simplr: vnde ibi potētia et act9 reducunt ad idē
genus et speciē et numerū sic ꝙ itegrāt idē re nu-
mero in se tñ manēt distincta: sed accidēs simplex
est: nec ex plurib9 accidētib9 fit vnū p se. Unde po
tentia et actus in accidētib9 semp quidē sunt idem
subiecto/nunq̄ autē idē specie: sed qñq idē gene-
re generalissimo: vt potētia habitus et act9. qñq
non: vt substantia est in potentia ad q̄titatem/ et il

la ad qualitatē. ¶ Ad tertiū pncipale dicendum Ad tertiū
cōcessa maiore et pma parte minoris/ ad secundā
partē licet verū cōcludat tñ accipit duo falsa. pri
mū est ꝙ angel9 efficiat intellectionē qua se intel-
ligit: qr tūc aget imediate p essentiā: nā p potētiā
intellectiuā qua eā recipit ipsam nō efficit. siqdē
volitionem mediāte itellectu et intellectione qua
se cognoscit pōt efficere/ sed intellectionem nullo
supposito: qr creatura nihil agit imediate p essen
tiā sed est a creāte: nec est minus naturalis q alie
quas facit imo magis: sicut potētie increate sunt
naturaliores q opationes earū. Similiter nō est
simile de volūtate q habet obiectū in qd pōt ferri
p opationē intellectus. nō sic autē intellect9 p ope
rationē fantasmatis qd nō repñtat nisi singula-
ritate qd nō est primū et directū obiectū intellect9
sed i hoc bene cōcludit ratio ꝙ ppt opationē cau
sandā nō videt necessaria. ¶ Quantū ad tertium
dicēdū ꝙ imo ppter repñtationē obiecti est ne-
cessaria species in oi potētia cognitiua q non ha-
bet psens suū obiectū p essentiam in rōne obiecti.
Unde qr fantasma nō repñtat vniuersale reqri
tur cū illo species itelligibilis: et qr interior sen-
sus intimi9 cognoscit exteriori cognoscente/et hz
aliā rōnē obiectalem: ideo pter illū reqrit speciē:
similiter qr visibile positū sup oculū non facit sen
sum: ideo nō intimat9 oculo p essentiā indiget re-
presentari p speciē. pōt tñ de9 facere cognitionem
sine specie/ꝙ licet non possit facere ꝙ ferat nisi in
obiectū: pōt tñ facere ꝙ ferat i obiectū et nō psen
tatū. nec est simile de actiōe trāseūte Sm̄ rē et trās-
eunte Sm̄ rationē tm̄/q̄uis istud sit bene dubium.
¶ Quātum ad secundū repetet opinio posita et 2. articls.
impugnata vt supra. 2. libro. di. 3. cū suis motiuis. Opinio.
et recitabitur scdo quorūdā ipugnatio. Tertio eo
rūdē solutio ad motiua. ¶ Ad euidētiā pmi sciēd
Sm̄ illos ꝙ act9 pm9 et secūdus qñq nullā habitu
dinem important ad aliquid aliud: sicut lux et lu-
cere. et talia sunt semp simul actu. vnde q̄diu ē lux
semp est lucere. qñq vo iportat aliquā habitudi-
nē ad extra: sicut calefactiuū importat habitudi-
nem ad calefactibile/ et calefaciēs ad calefactiuū
¶ Modo dicūt ꝙ in istis semp sunt simul forma
a qua dicit aliqd esse calidū et esse calefactiuū: qr
calefactiuū importat calefacere Sm̄ esse possibile.
nūc autē licet calefactibile semp nō sit calefacti-
uo psens: semp tñ est psens aptitudine et possibili-
tate: sed in calefaciēte et calefactiuo forma p quā
cōuenit alicui calefacere trāsit in aliud. Vn̄ cale-
faciēs et calefacere non semp sunt simul/sicut nec
calor et calefacere. modo dicunt ꝙ intellectiuū et
intelligibile se habēt adinuicē sicut calefactiuum
et calefactibile. intelligēs aūt et intellectiuū sicut
calefaciēs et calefactiuū. et dicūt ꝙ sicut intellecti
uum nichil addit sup potētiā itellectiuā nisi solū
respectū ad obiectū possibile esse psens: ita intelli
gēs sup potentiā nichil addit nisi habitudinē ip-
sius potētie ad obiectum presens: et ppter hoc qr
non semp obiectum est presens licet semper itelli
gens sit intellectio: non tñ semp intelligit ¶ Qz
autem intelligere non dicat aliquam formā abso
lutā sed solū rationē pbant quadrupliciter. Pri
mo sic. nulla forma absoluta est operatio: intelli-
gere est operatio. ergo. &c. Minor cōcedit ab om
nibus. Maior pbat tripliciter. Primo sic: qr idē
non est principiū susipsius: sed forma absoluta est

pꝛincipiū opationis, ergo. &c. ¶ Scḋo sic. illa q̄
ex opposito distinguunt̄ vnū non est alterum: sed
actus pꝛimus & actus secūdus qui se habent sicut
foꝛma absoluta & opatio ex opposito/ distinguun
tur. ergo. &c. ¶ Tertio sic. qꝛ si operatio esset foꝛ
ma absoluta illa foꝛma posset habere oppositum
et tunc q̄reret̄ de illa vtrū sit foꝛma absoluta/ aut
non. si nō: eadē rōne standū fuit in pꝛima. si sic. er
2 go illa foꝛma habebit aliā. & sic ꝓcedit̄ in infinitū
¶ Scḋo ꝓncipalit̄ sic: qꝛ in opatione ītramanēte
que nō impoꝛtet aliquē respectū ad extra/ foꝛma
et operatio nō differūt nisi ſm modū significādi
noīaliter & verbaliter/ sicut lux & lucere: et p ꝯñs
vnū nichil addit sup alterū: sed ītelligere est ope
ratio manēs. ergo videt̄ ꝙ dicere ꝙ ītelligere ad-
dat sup intellectiuū/ est dicere ꝙ calere addit sup
3 caloꝛē/ qḋ est absurdū. ¶ Tertio sic: qꝛ si ītellige
re dicit foꝛmā absolutā/ deus posset separare ītel-
ligere ab intellectu: qꝛ deꝰ potest quecūqꝫ absolu-
ta separare dū tñ dicāt actus. ꝯñs est falsum: quia
deus hoc nō posset facere: qꝛ esset intelligere sine
4 intelligēte. ¶ Quarto sic: qꝛ si ītelligere diceret
aliquā foꝛmā absolutā: ergo & sentire. ꝯña patet.
ꝯñs est falsum: ergo & antecedēs. Pꝛobo falsitatē
ꝯsequētis: qꝛ simul & semel aliquis videt album/
nigrum/ viride/ & similia: aut ergo eodē actu aut plu
ribus. si pluribꝰ: ergo plures actꝰ sentiēdi in vno
particulari sensu puta visu sunt simul: qḋ est incō
ueniēs. si vno/ & ille vnus est actꝰ absolutꝰ: sequit̄
ꝙ vno & eodē actu sentit̄ albū/ nigrū/ viride/ qḋ est
incōueniēs. ¶ Ista aūt positio videt̄ falsa aliqꝫ &
impossibilis. et arguūt ꝓmo cōtra positionē. scḋo
cōtra modū ponendi. Cōtra positionē arguit̄ tri-
pliciter. Pꝛimo ex nouitate & mutatione q̄ in ītel
ligēdo apparet. Scḋo ex natura ipsiꝰ relationis.
Tertio ex his q̄ attribuunt̄ actui intelligēdi. Ex
ꝓmo quadrupliciter. ¶ Pꝛio sic. Ista mutatio noua
qua fit de nō intelligēte ītelligēs/ aut termīat̄ ad
aliquē actū absolutū in potētia/ aut ad hoc ꝙ ob-
iectū fiat/ aut ad hoc ꝙ vnū applicet̄ qualitercūqꝫ
ad alterū. si ꝓmo mō/ habet̄ intentū. si scḋo modo
sequit̄ ꝙ intelligere fiat nō p aliquā mutationē fa
ctam in potētia sꝫ in obiecto: qḋ est absurdū. Ter
tio mō q̄ro qualis est illa applicatio/ aut ſm locū
qḋ est manifeste falsum. aut ſm infoꝛmationē/ vt
scꝫ obiectū infoꝛmet potentiā: qḋ est simr absurdū
et tñ etiā p hoc habet̄ ꝓpositū: qꝛ scꝫ addit aliqḋ
absolutū sup potētiā infoꝛmās ipsam. aut ſm pre
sentialitatē vt qdā dicūt. et sic q̄ro qualis est illa
ꝓsentialitas: aut ſm coexistētiā tm̄/ & sic cū deus
semp coexistat cuilibet ītellectui semp ītelligere
tur a quolibet ītellectu: qḋ est falsum. aut ſm dis-
positionē mouētis & mobilis: & tūc q̄ro aut hoc ē
p hoc ꝙ ītellectꝰ mouet obiectū/ & hoc dicere esset
absurdū: aut hoc est p hoc ꝙ obiectū mouet potē
2 tiā: & tunc q̄rā adhuc qḋ sit sicut pꝛiꝰ. ¶ Scḋo sic
et est cōfirmatio ꝓcedētis: qꝛ ipsi dicūt ꝙ ipsa no-
uitas ꝓuenit ꝓpter nouitatē ꝓsentie obiecti latē-
tis: quero quid intelligunt p nō latentiā ꝓsentie/
aut p presentiā latentie: aut purā negationē/ aut
aliqḋ positiuū. si purā negationē: ergo intellige-
re foꝛmaliter nō dicit nisi puram negationē. si ali
quid positiuum/ hoc non est nisi manifestatio. er-
go manifestatio siue cognitio est aliquid aliud ꝓ
ter obiectum et potentiā & ꝓter ꝓsentiā siue coexi
stentiā vtriusqꝫ. & q̄ro qḋ sit illud. vtrū aliqḋ cau-

Cōtra opinionem arguit multipliciter Herueus qli.3.q.8. Pꝛio pꝛincipalit̄ arguit quadrupliciter.

satū in potētia vel in obiecto: & sequit̄ idē qḋ pꝛiꝰ
¶ Tertio sic: qꝛ vbicūqꝫ aliqḋ fit de nouo qḋ pꝛiꝰ 5
nō fiebat: opoꝛtꝫ ꝙ hoc fiat aut ꝓpt̄ remotionē ꝓ-
hibētis/ sicut graue mouet̄ deoꝛsū remoto detinē
te/ vel p hoc ꝙ passum appꝛoximat̄ agēti vel ecō-
uerso. tunc ergo qñ de nō intelligēte fit ītelligēs:
quero qḋ istoꝝ sit ibi de nouo. si dicat̄ ꝙ remotio
ꝓhibētis: q̄ro qḋ est illud ꝓhibēs qḋ remouet̄/ et
qḋ est remouēs vel qḋ remouet. si dicat̄ ꝙ est re-
motio ꝓhibētis negatiui scꝫ absentia obiecti q̄ ꝓ
hibebat/ sicut absentia aeris ꝓhibet coꝛpꝰ lumino
sum ne illuminet/ hoc est ignoꝛare ꝓpꝛiā vocē: qꝛ
hoc nō est remouere ꝓhibēs ꝓpꝛie loquendo: sed
hoc est applicare ipsum passiuū actiuo. si scḋo mō
tūc se habebūt obiectū & potētia sicut mouens et
motū. & tunc q̄ro vt pꝛiꝰ qḋ mouet/ & qḋ mouet̄. et 4
iterū qḋ faciat vel facit mouēs l moto. ¶ Quar
to sic. qñ aliqꝭs de nouo videt deū/ quero vtrū ali
qua noua mutatio fiat ibi/ aut nō. si nō: ergo eodē
modo se habet beatꝰ & nō beatꝰ. si aliqua mutatio
fit/ q̄ro aut in potētia/ aut in obiecto/ aut in vtroqꝫ
Dicere ꝙ in obiecto scꝫ in deo vel in vtroqꝫ/ est ab
surdū: qꝛ in deo nulla est mutatio. si l potētia aut
est acceptio alicuiꝰ absoluti/ & sic habet̄ ꝓpositū:
aut terminat̄ ad relationē tm̄ nulla mutatione fa
cta l absoluto aut ſm se aut ſm applicationē vniꝰ
ad alterū/ q̄ret̄ qualis esset illa applicatio vt pꝛiꝰ
et nō poterit fingi. ¶ Ex pte relatiōis arguo du
pliciter. Pꝛimo sic: qꝛ illa relatio quā tu dicis ī-
telligere/ aut est relatio rei aut rōnis tm̄. si ratio-
nis tm̄: tūc intelligere erit ens rationis tm̄: & tūc
ens rōnis btificabit hoīem/ qḋ est satis absurdū.
si realis: ergo in deo nō est intelligere: qꝛ inter in-
tellectiuū diuinū & suū p se obiectū nulla est rela-
2 tio realis. ¶ Scḋo sic. qꝛ si ītelligere non addit
aliquid absolutū sup potētiā sed tm̄ respectū nul
lam ꝯpositionē facientē cū eo/ intellectꝰ nō est pfe
ctioꝛ q̄ꝫ nō intelligens: sed hoc est simr absurdum.
Pꝛobo ꝓmo ꝯsequentiā & ſm eos & ſm veritatē.
scḋm eos: qꝛ vt ipi dicunt relatio nullā pfectionē
dicit preter ipsammet pfectionē que est fundamē
tum: sed fundamentū est equaliter in intelligente
et nō intelligente. ergo si intelligere nō dicit nisi
talem respectū/ eque perfectus erit nō intelligēs
sicut intelligens. hoc etiam patet ſm veritatem:
qꝛ perfectio videt̄ dicere foꝛmā alicuiꝰ pfectibi-
lis differentem re a pfectibili/ sed scḋm istam po-
sitionem intelligere non dicit aliquam pfectionē
differētem re ab intellectu. ergo. &c. Falsitas con
sequentis est manifesta/ scꝫ ꝙ non intelligens sit
eq̄ pfectꝰ sicut ītelligēs. Pꝛimo. qꝛ ad hoc sequit̄
ꝙ eque perfectus erit beatus et non beatus si po
natur beatitudo in visione siue in dilectione/ quia
idem est iudicium de vtroqꝫ. Scḋo sequit̄ ꝙ om-
nia intelligere eiusdem intelligentis essent eque
perfecta/ qꝛ fundamentum ipsius intelligere quē
ponit̄ respectus est cōmune omnibus. et sic patet
falsitas cōsequentis. ¶ Sed ad hoc dicunt ꝙ li-
cet intelligens et non intelligens sint eque perfe-
cti per se loquēdo tamen per accidens intelligēs
est perfectioꝛ / sicut graue deoꝛsum est magis pfe
ctum q̄ꝫ sursum. ¶ Cōtra. sicut vnūquodqꝫ se ha
bet ad perfectum esse/ et ita ad perfectionem ha-
bere/ sed intelligens scḋm eos nullam habet pfe
ctionem plusq̄ꝫ non intelligens/ qꝛ non habet nisi
respectum qui non est perfectio saltem alia a fun-

Scḋo pꝛincipalit̄ arguit dupliciter

3.principali ter arguit. damento ꝛ ſm eos ſm veritatẽ.ḡ: ꝛc. ¶ Qꝫ autẽ
dicitur de graui falſum eſt.q2 in quocunqꝫ loco fit
ſi eſt equaliter graue/eſt equaliter perfectũ: licet
in vno loco magis cõſeruetur ꝙ in alio. Ex hoc
autem ꝙ attribuitur actui intelligẽdi arguo ſic:
nullus reſpectus eſt principiũ agendi ſꝫ intellige=
re et velle ſunt principia agendi.ergo non ſunt re=
ſpectus. Maioꝛ patet.probatio minoꝛis q2 agens
ꝑ intellectum et voluntatẽ aut agit ꝑ ipſas ſolas
potẽtias: ꝛ ſic ita aget doꝛmiens ſicut vigilãs aut
Cõtra modũ ponẽdi arguitur. ꝑ actus ꝛ ſic habeo propoſitum. ¶ Contra etiam
modum ponendi arguo q2 ſicut ipſi dicunt actus
pꝛimus et ſecũdus ſiue forma ꝛ operatio ſicut lux
et lucere in illis in q̃bus nõ dicunt reſpectuꝫ ſunt
ſemꝑ ſimul: nec differunt niſi ſint nominalit̃ et ver
baliter dicta ex vtroqꝫ iſtoꝛum oſtendo ꝙ contra=
dicũt ſibi.ex pꝛimo ſic: quia illd qd nõ dicit reſpe=
ctum dicit formã abſolutã: ſed vt ipſi dicunt que=
dam ſunt in q̃bus actus ſecundus nõ impoꝛtat re
ſpectuꝫ.ergo de neceſſitate ſꝫ eos in illis dicit foꝛ
mam abſolutã: ſed cũ hoc ipſi accipiũt vl̃r ꝙ nulla
opatio dicit formã abſolutã ꝛ ꝑma ſua ratiõe. er=
go manifeſte contradicunt ſibi. Et ſecundo q2 ſi in
illis in quibus forma et opatio: puta lux ꝛ lucere
non differũt niſi vt nolaliter et v̄baliter dicta nul=
lam differentiã realẽ dicunt abſolute ab abſoluto
vel abſoluti a relato vel relati a relato ergo nec in
aliis: puta caloꝛ et calefacere cuꝫ ola talia poſſint
equaliter dici nolaliter et verbaliter. ¶ Secundũ
ꝙ ipſi dicunt eſt ꝙ intellectũ ꝛ intelligere ſe habẽt
ſicut calefactiuũ ꝛ calefacere ¶ Cõtra hoc arguit
ſic q2 calefacere dt cauſalitatẽ effectiuã aptitudi=
ne et actu: ḡ ꝑſilr itelligere dt cãlitatẽ effectiuam
aptitudie ꝛ actu: ꝛ ſic itelligere ẽ efficere actũ itel
ligẽdi: ſed hoc eſt falſum: ꝛ ſcd̃m opinionẽ eoꝫ ꝛ
ſcd̃m veritatem: q2 ſic deus nõ diceretur intellige
re niſi q2 efficit actum ſuum intelligendi qd eſt ab
ſurdũ: ſi dicat ꝙ nõ eſt ſimile quantũ ad hoc ꝙ hic
inde impoꝛtẽtur reſpectus cauſalitatis ꝛ effectus
ſed quantũ ad hoc ꝙ hinc inde eſt reſpectus apti=
tudinalis et actualis. ¶ Contra quia quando di
cimus intellectum aut dicit actum pꝛopꝛie dictum
et ſecundũ rem: aut dicit paſſiuũ ſecundũ rem: ſed
actiuũ ſcd̃z vocem ſicut recipe ſignificat actie aut
neutrum hoꝛum. ¶ Si pꝛimo mõ ḡ intelligere eſt
pꝛopꝛie facere.ſi ſecundo modo ergo intellectiuũ
eſt receptiuum alicuius actus: ꝛ quero q̃d ſit ille
actus ſicut pꝛius ꝛ non põt fingi niſi abſolutus. ſi
neutro mõ quero in qua habitudine ſe habet intel
lectiuũ ad intelligere vel in habitudine receptiui
vel in habitudine actiui vt dictũ eſt vel in habitu=
dine fundamenti illius reſpectus quẽ dicit intelli=
gere: ꝛ tunc mirabile eſt quõ aliq̃s fundat nouum
reſpectum nulla mutatione facta in ſe vel in alio/
vel in applicatione ad alterum: ꝛ tunc q̃ro q̃ eſt illa
applicatio ſicut pꝛius ꝛ non poterit inueniri.
¶ Ad ſolutionẽ aũt argumentoꝛuꝫ pꝛime opinio
nis ꝑmittunt iſti ꝙ ꝑter cauſam finalem ponuntur
tria pꝛincipia.ſ.foꝛmale: receptiuum/ꝛ effectiuuꝫ.
Operatio ꝑncipij formalis eſt facere foꝛmalit̃ ta=
le: puta albedo facit foꝛmaliter album illud cuius
eſt.forma aũt pꝛincipij receptiui eſt vel ipſa forma
recepta quantũ ad rem loquendo vel recipe ipſam
formam ꝙ quidem ex mõ ſignificandi dicit habitu
dinẽ receptiui ad ipſum receptum.opatio autem
pꝛincipij actiui eſt facere actum ita ꝙ effectus ſm

ſe accept᷒ differt a ſeipſo vt dicit̃ opus vel opera=
tio efficientis ſicut forma aliqua ſcd̃m ſe accepta
pꝛout denominat cauſam efficiẽtem. Unde teneo
ꝙ actio nichil aliud ſit ꝙ effectus formalis cau=
ſe efficientis: vt denominat cauſam efficienteꝫ. vn
de calefacere nihil aliud eſt ꝙ habere caloꝛem a ſe
factum. Operatio auteꝫ pꝛincipij foꝛmalis quãtũ
ad id qd eſt nihil aliud eſt ꝙ ipſa foꝛma: q2 foꝛma
nihil aliud a ſe dat ipſi ꝑfectibili: nec eius opatio
impoꝛtat aliud ab ea niſi quãdã habitudinẽ ad ꝑ=
fectibile qd ꝑficit foꝛmalit̃.operatio autem pꝛinci
pij receptiui vel paſſiui nihil aliud eſt ꝙ actus vel
foꝛma recepta niſi ꝙ ex modo ſignificandi impoꝛ=
tat habitudinem ipſius recipientis ad formã rece
ptam. Deſcendendo autẽ ad pꝛopoſitum dico ꝙ i
potentia intellectiua qñ aliquis actu intelligit eſt
quidam actus abſolutus q̃ foꝛmaliter non dicit re
lationem. ſed relatio cõſequitur ad ipſum ꝛ intel=
ligens dicit̃ foꝛmaliter intelligens tali actu ſubie=
ctiue a potentia intellectiua effectiue aũt ab obie
cto et intellectu agente vel a ſpecie ſcd̃m alios. Ad rõnes opinionis
¶ His ꝑmiſſis dicendũ eſt ad rõnes Ad pꝛimũ
dico ꝙ maioꝛ eſt falſa ꝑut ponitur: nam opatio ꝑn
cipij foꝛmalis ꝛ ipſamet forma abſoluta et opera=
tio pꝛincipij receptiui eſt foꝛma recepta abſoluta.
¶ Ad pꝛimã ergo pꝛobationeꝫ huius maioꝛis di
cendum quando dicitur ꝙ nihil eſt pꝛincipium ſui
ipſius dicendũ ꝙ in opatione pꝛincipij formalis ꝑ
pꝛie loquendo vnũ nõ eſt cauſa vel pꝛincipium al=
terius niſi inq̃ntum ex modo ſignificandi impoꝛta
tur cum foꝛma hñs foꝛmaꝫ ꝙ ex ea ꝑficit̃: ꝛ ex hoc
ponit̃ pꝛincipiatio iter foꝛmã et cõpoſitum: nõ au
tẽ ꝙ ꝑter formã ꝛ ipſum ꝑfectibile ꝙ ꝑ ipſam per=
ficitur ipſum totum cõpoſitum ſit aliq̃d alius effe
ctus foꝛme diuerſus ab his: et ſic non opoꝛtet in
fusarũ q: mediũ qd̃ tenet vnaq̃q; virtus moralis i
fusa est supernaturale ⁊ sup pportioneȝ nature q̃
tum ad hoc ꝙ in illud homo non tenderet nisi ad-
iut⁹ aliquo dono supnaturali sicut nec potest in a-
ctũ meritorium aliquis absq; caritate.
¶ Vnde est tertia opinio doctoris nr̃i habẽs tres 3. opĩo q̃ẽ
conclusiones. scti tho. i.
¶ Prima conclusio ẽ ꝙ preter morales virtutes 2. q. 63. ar.
acq̄sitas oȝ ponere morales infusas. quia in omni 4. et q. de
habente caritatem oportet ponere habitus sine q̃- v̄tie. in cõi.
bus non possit prompte faciliter ⁊ firmiter opera- arti. 10.
ri illa que sunt necessaria ad salutem: nec eẽt perfe 1. cõclusio
ctus in ciuilitate diuina ⁊ christiana cum per cari-
tatem sit homo perfectior ciuis ecclesie q̃ per vir-
tutes politicas ciuis ciuitatis mundane et per ca
ritatem possit oĩa necessaria faciliter. q: et omnia
imanta facilia ⁊ delectabilia ⁊ prope nulla facit a-
mor. sed si aliquis qui non habet virtutes acquisi
tas baptizatur vel iustificetur illo instanti habet
caritatem ⁊ p cõsequẽs facile potest operari neces
saria ad salutem inter que non solum ẽ diligere de
um sed concupiscere ⁊ opari moderate q̃ nõ possũt
magis fieri a caritate sine virtutib⁹ infusis q̃ cari
tas possit imperare actum fidei vel spei nisi illis
exequentibus. quia non sufficit esse habitum di-

ponentē ad bene imperandū nisi sit habit⁹ disposi
tionis ad prompte obediēdū ꝙ dispositionē facit
habitus formaliter ꝛ positiue nō effectiue.
¶ Item sine acq̄sitis non esset homo perfectus i
humana ciuilitate ꝫ similiter nec sine infusis in di
uina. ꝫ cum caritate infundunt̄ morales vt appeti
tus prompte et faciliter obediat fini caritatis ali-
ter non plus poterit caritas ꝯcupiscere vel irasci
debite sine temperātia vl' fortitudīe ꝙ credere vel
sperare sine fide et spe infusis.
2 ¶ Secūda cōclusio ē ꝙ morales infuse differunt
nō solū nūero sꝫ specie ab acq̄sitis: qꝛ licꝫ de⁹ possꝫ
infundere easdem specie cum acquisitis cū ille q̄s
ſm legem communē infundit differūt. qꝛ non ē mi
nor distinctio ex pte mobiliū ꝙ motoꝝ sed cū mo-
rales acquisite faciant appetitū obedibilem rōni
inferiori regulate scd̄m leges tēporales: qd̄ est p
habitū acquisitū ꝛ naturalem cognitionē infuse/
faciūt esse obedibilem rationi superiori. i. mouēti
ſm leges eternas ꝙ est scd̄m habitū infusum fidei
vel aliā cognitionē supnaturalē. cū igit̄ rō mouēs
alio fine ꝛ habitu moderet̄ appetitū ꝓpter tpalia
alio propter eterna bona vel mala. ꝫ sicut in rōne
cognitio natural' et supnaturalis differunt' specie
quo ad hītum sicut et in appetitu habitus quo o-
3 bedit vni et ille quo aliā. ¶ Tertia conclusio est ꝙ
non habens molestiam passionū habet habitū mo
ralem acquisitū. qꝛ qui sepe domuit passiones non
ita sentit eas vt prius licet contingat per accidēs
dyabolo inflammāte vel occasione temptationis
occurrēte pati grauē molestiā vt benedictus q̄ se i
spinas ꝛ vrticas proiecit sed habens habitū īfusū
nichilomin⁹ moleste ꝛ difficultates sustinet sed ex
fortiori inherentia ad finem facilius superat gra-
uem temptationem ꝙ alius leuem. ¶ Vel potest
dici ꝙ sicut graue p se quidem faciliter fertur de-
orsum sed p accidēs potest totaliter impediri vel
retrahi ne faciliter descendat sic habens virtutem
moralem acquisitam vel infusam p se quidem ra-
tione potentie non patitur in actu illius virtutis
difficultatē nec tristiciā sed p accñs fit sicut tenex
a principio exercitatus in castitate potest habere
tantā oportunitatem viciū puta si sit solus nudus
per noctem cum muliere ꝙ valde difficile erit sibi
continere etiam per virtutem dudum acquisitam
¶ Afferunt aūt aliqui cōtra hoc quatuor instā
4. instātie ꝯtra dicta. tias que recitabunt̄ soluendo Prima talis ē incli
natōes cōtrarie nō insūt simul eidem sed habenti
1 caritatem inest inclinatio frequēter ad peccatū:
vt patet i stimulo carnis pauli. ꝫ talis non habet
virtutem moralem que inclinat ad oppositum.
¶ Solutio q̄sꝗ forme habent oppōeꝫ ꝛ in se ꝛ in
suis effectibus ad quos inclinant. ꝛ iste non se cō
Solutio. patiunt̄ vt calor ꝛ frigus neꝗ in gradu remisso ne
ꝗ intenso. q̄sꝗ habent oppositionem non in se sed
in suis effectibus non p se sed per accidens sicut q̄
litas quam adamas imprimit ferro supposito in
clinat ferrū sursum per accidens qꝛ adamas ē sur
sum per se enim inclinat ad amātem ad oēm dfam
positionis grauitas aūt deorsum et tales forme i
suis essentiis se compatiuntur sed in suis actibus
fortior superat/ alia vero cedit. sic etiam appetit⁹
sensitiuus inꝙtum organum est graue inclinatur
deorsum sed ratiōe delectabilis apprehēsi ꝙ est sur
sum inclinatur illuc. ꝛ sic est in proposito. qꝛ virt⁹
moralis non per se opponit̄ appetitui sensitiuo si-

cut nec accidens subiecto vel forma materie. nec
iterum actualis inclinatio vtriusꝗ habet opposi-
tionem nisi per accidens. vere enim per se inclinat
ad bonū rōnis appetitus ad bonum sensus. h̄ aūt
non per se habēt oppositionē sed per accidēs/ inꝙ
tum accidit ꝙ bonuꝫ sen sibile quandoꝗ et nonsē
per impedit bonum rationis. vnde sicut ferruꝫ de-
scendit q̄ñ grauitas preponderat qualitati adamā
tine. sic appetit⁹ fertur in vicium cū preponderat
virtuti morali acquisite vel infuse. ¶ Preterea 2
habitus viciū ꝛ virtutis non se compatiuntur. sed
habens caritatem quandoꝗ habet habitum viciū
vt videt̄ sicut patet in concubinario nouiter con-
uerso qui inclinatur determinate ad concubinam
suam plusꝙ ad aliam. ergo iste non habet castita-
tem infusam. ¶ Solutio etiam si non esset casti- Solutio
tas infusa sola caritas expellit habituꝫ vicii vt hꝫ
rationem culpe sicut lux tenebram. dico ergo ꝙ cō
cubinarius nouiter conuersus statim cuꝫ habet ca
ritatem habet etiam castitatem infusam ꝛ p conse
quens purgatur ab habitu luxurie vt est culpa: nō
aūt vt est pena vel dispositio ad peccatum: sicut di
cim⁹ de originali qd̄ manet post baptismū i fomite
¶ Preterea vnum vni opponitur tm̄ sed vna ē itē 3
perantia cui opponitur tēperantia acquisita ꝛ in-
fusa. ergo vtraꝗ est vna virtus ꝛ sic de aliis mora
lib⁹. ¶ Solutio moralis acquisita opponit̄ vicio Solutio
vt est contra bonum rationis naturalis sed infusa
vt est contra bonum rationis lege diuina regulate
¶ Preterea virtus non solum opponitur vicio ra 4
tione culpe ꝛ virtutis sed etiam ratione inclinati
onis que sunt ad contraria. sicut enim grauitas et
leuitas opponuntur non solum ratione sui sꝫ rōne
contrarietatis motuum ad q̄s inclināt sic tēpātia
et intemperantia opponunt̄ nō solū ratione deformi
tatis ꝛ perfectionis habituū in se sed etiam inꝙtū
inclinant ad contraria. vnde virtus moralis acq̄
sita non solum expellit viciū oppositum vt viciuꝫ
sed etiam vt inclinatum est. sicut aūt scientia infu
sa subito expellit omnē ignorātiā negationis ꝛ dis
pōis quā expellit successiue sciētia acq̄sita. sic mo
ralis infusa subito debet expellere quicquid expel
leret acq̄sita. cum ꝫ inclinationeꝫ habitus ꝯtrariꝗ
quā expelleret castitas acq̄sita nō videamus stati
expelli in fornicario nouiter conuerso vr ꝙ ei nulla
castitas infundat̄ vel virtus infusa erit īpfectior
ꝙ acq̄sita et dona erunt min⁹ bona. ꝙ bōa nature
¶ Solutio virtus acquisita qꝛ ex actib⁹ ꝯtrariꝭ Solutio
vicioso habitui acq̄rit̄ tollit funditus habitū vicio
sum et q̄ ad essentiā et quo ad deformitatē. qꝛ viro
ꝗ mō ei cōtrariatur et similiter scientia infusa vel
vlsus miraculose datus ꝑuationē oppositā tollūt
sed moralis infusa nō est eiusdē rōnis cuꝫ nō hītu
vicioso acq̄sita vñ nō opponūt̄ essētie hītus vicio
si sed solum deformitati vñ solā tollit nec tñ ē imp
fectior ꝙ acq̄sita. qꝛ infusa pfecti⁹ inclinat in fineꝫ
suū ꝙ acq̄sita licet ratione habitus quem compa-
titur maiorem difficultatem patiatur.
¶ Quantum ad tertium de mansione in pria sūt
duo modo dicendi. Primi dicūt ꝙ de virtutibus 3. articul⁹.
moralib⁹ possumus loq̄ dupliciter. s. ꝙtū ad actū durā. q. 4.
vl' ꝙtū ab hītū. si ꝙtum ad actū sic nō remanebūt huius dis
in patria cui⁹ ratio ē. qꝛ nulla potentia ꝙtūcūꝗ p
fecta per habitum potest exire in actū: nisi hēat p⁹
obiectum sed obiecta virtutum moraliū non erūt
in patria. ꝫ nō erunt ibi actus virtutum moralium

Maior patet: q2 siue obiectum sit causa p se/ siue sit causa sine qua nō: semp tñ ad actū req̄rit obiectum. Minor patet: q2 obiecta virtutū moralium sunt ɔcupiscētie/ delectatiōes ciboꝝ ꝛ venereoꝝ/ timores ꝛ audacie circa pericula mortis/ distributiones ꝛ cōicationes rerū q̄ veniūt in vsum p̄sentis vite: hec aūt nō erūt i patria. quare. ꝛc. ¶ Si autē loq̄mur de his virtutib⁹ q̄ntum ad habitum/ adhuc pōt esse dupl̄r. q2 virtutū moraliū accipiendo large virtutes morales ꝑut iter eas numeratē prudētia/ q̄dā pficiūt appetitū sensitiuū: vt fortitudo ꝛ tēperātia. Q̄uis apud multos hoc sit valde dubiuz: nec michi ipsi est multū clarū. Quedā vo pficiunt intellectū ꝛ voluntatē: vt prudētia ꝛ iusticia. De illis q̄ pficiunt appetitum sensitiuū si q̄ tales sint: dicendū est ꝙ remanebunt nequaq̄ in patria etiā quo ad habitū. Cui⁹ rō est: q2 subiecto destructo destruit̄ accidēs: sed subiectum taliū v̄tutum scz appetit⁹ sensitiu⁹ destruit̄ in morte cuz sit corporalis virt⁹. ergo ꝛ ipsi habit⁹/ ꝙ si in resurrectione reparetur appetit⁹ sensitiu⁹ aut nō erit idē numero/ ꝛ p ɔñs nec tales habit⁹ si miraculose reparent̄ essent idē numero: aut si essent idem numero/ tñ appetit⁹ q̄ tales habit⁹/ hoc nō esset actione nr̄a: nec ꝑpter hoc posset dici ꝙ p̄cedētes habit⁹ remanerēt. De habitib⁹ autē pficiētib⁹ itellectū et voluntatē/ vt sunt prudētia ꝛ iusticia. dicendū est ꝙ remanebūt q̄ntum ad habitū: q2 si corrūperētur aut hoc esset rōe subiecti qḋ corrūperet̄: aut actione ɔtrarij. nō corruptione subiecti: q2 itellectus ꝛ voluntas sunt potētie incorruptibiles sicut essentia aīe. nec actione cōtrarij: q2 glia nō ɔtrariat̄ pfectioni nature. hmōi autē v̄tutes ad pfectionem nature ptinēt. ergo. ꝛc. ¶ Addunt autē ꝙ non est sīle de xp̄o et de beatis: q2 xp̄s s̄m corp⁹ cui⁹ pfectio est appetit⁹ sensitiu⁹ fuit viator. et ideo nō decuit ꝙ careret pfectionib⁹ quas hn̄t ceteri viatores ꝑpter qḋ debuit habere virtutes morales pficiētes appetitū sensitiuū vel aliq̄d mai⁹ trib⁹ virtutib⁹ mediāte quo posset in act⁹ taliū virtutum. Beati autē ante resurrectionē sicut carent corpe/ ita carēt hmōi v̄tutib⁹. post resurrectionē vo aut nō habebunt: q2 tunc erunt beati s̄m corp⁹: aut si habeāt hoc nō erit q2 p̄cedētes habit⁹ remāserint.

Cōtra durādū obq̄cit doctor. ¶ Sed cōtra primū qḋ dicunt videt̄ ꝙ ois habitus acq̄sit⁹ corrūpit̄ p cessationē actuū. vn̄ dicere ꝙ iusticia ꝛ prudētia acq̄sita nulliū olno actum habeāt in p̄ria/ ꝛ nichil remaneat est absurdū.

S.tho.3. dii.p̄senti. ¶ Unde videt̄ verior opinio thome ꝙ morales acq̄site nullo mō remanēt: q2 frustra essent cū iste sint solum ꝑpter istā vitā moralē. vnde sicut nō remanebit ista vita nec talia q̄ sunt solū ꝑpter vitā aialē sic nec illi habit⁹. Sed infusi remanebunt q̄ sunt i intellectu ꝛ voluntate. Alie in resurrectione cuz corpe reparabunt̄ eedē numero hn̄tes actum circa finē q̄ erit gaudiū de p̄terito nō aūt circa materiā ꝑpriā: ita forte ꝙ aureola virginitatis eliciet̄ ab eadē tēperātia infusa a qua fuit v̄ginitas elicita/ ꝛ aureola martyrij a fortitudine / ꝛ magisterij a prudētia nō theorica: q2 ad vitam actiuā ptinet ꝛ si aliq̄s martyr doctor aut virgo habuerit sil infusas et acq̄sitas: q2 tñ acq̄sitaruz nō est agere ꝑpter deū sicut infusarum a caritate sicut a sua forma directarū. ideo q2 in patria de nullo bono gaudēt nisi vt est factū ꝑpter deū. ideo ad infusas ptinet de illis gaudere in patria/ nō ad acq̄sitas. Et

T

ꝓbat̄ aliter de infusis ꝙ remaneāt: q2 eadē ē grauitas p quā aliq̄d tēdit deorsum ꝛ faciat deorsum quiescere: ita etiā ꝓbabile est ꝙ eadē virt⁹ est q̄ facit bonum eligere/ ꝛ de electo ꝛ obtēto gaudere ꝛ in eo quiescere. sicut igit̄ p virtutē acq̄sitā gaudet homo in hac vita de bono virtutis adepto licz nō durāte qḋ est habitū exire in actum habito obiecto in memoria. sic in patria q̄uis nō sint in re extra passiones ꝛ alia obiecta moralium infusarum ex sola tñ mēoria p̄teritoꝝ exire pn̄t in actū gaudij de preteritis. ¶ Ad argumenta principalia solutū fuit in primo articulo. ¶ Questio secūda.



Ecundo q̄rit̄/ vtrum virtutes causent̄ in nobis ex actib⁹. Et videt̄ ꝙ nō: q2 cōtinētia est aliquid min⁹ virtute vt patz ex.7 ethicoꝝ. sed null⁹ pōt esse contināes nisi ex dono dei scḋm illud Sap̄ 8. Nō possum esse ɔtinēs nisi de⁹ det. ergo multo minus pōt aliq̄s esse virtuosus nisi ex dono dei. hoc autē non esset si virtutes causarent̄ ex actib⁹. ergo. ꝛc. Primum

¶ Itē pfecti⁹ non sumit originē a min⁹ pfecto: sz virtutes sunt pfectiores actibus p̄cedētib⁹ ipsas. ergo nō causant̄ ex eis. Maior patet ex.9 metaphisice. Minor ꝓbat̄: q2 causa est pfectior effectu: sed virtutes sunt causa actuū sequētiū q̄ sunt magis pfecti q̄ act⁹ p̄cedētes virtutē: ergo virtutes sunt pfectiores actib⁹ sequētibus/ ꝛ fortiori rōne actib⁹ p̄cedētib⁹: q2 qḋ est pfectius pfectiore/ est pfecti⁹ min⁹ pfecto: Secundū

¶ In contrarium arguit̄: q2 s̄m Dionysiuz bonū est potentius q̄ maluz: sed ex malis actib⁹ generat̄ habit⁹ viciosus. ergo fortiori rōne ex actib⁹ virtuosis generabunt̄ habit⁹ virtuosi. ¶ Ad idez est qḋ dicit ph̄s.2.ethicoꝝ. In oppm̄.

¶ Respōsio. Ad euidentiā q̄stionis ꝛ distinctionis ꝛ materie virtutum moralium duo vidēda sunt. Primo/ illud qḋ p̄mo p̄ncipaliter q̄rit̄. s. an virtutes causent̄ ex actib⁹ ꝛ quō. Secūdo de medio virtutū quo ad actum ꝛ habitum ¶ Quātum ad primū. Primo ponent̄ dicta aliorum. Scḋo inquiret̄ de ipsis. ¶ Proponunt igit̄ q̄dā circa q̄stionē istā vidēda duo. Primuz est/ an virtutes morales ꝛ itellectuales quas homo potest attigere ex puris naturalib⁹ causent̄ ex actib⁹ nostris. Scḋm est/ p quē modum causent̄ ex ipsis Durādus q.2.hui⁹ ḋ.

¶ Quātum ad primum patet dupl̄r ꝙ tales virtutes causant̄ ex actib⁹ nr̄is. Primo sic. p̄ncipia opatiua q̄ nō insunt nobis a natura/ sed ex acq̄sitione causant̄ ex actib⁹ nr̄is: sed virtutes tā intellectuales q̄ morales sunt q̄dā principia opatiua que nō insunt nobis a natura sed ex acq̄sione vt ꝓbatum fuit pri⁹. ergo causant̄ ex actib⁹ nr̄is. Maior patz ex.2.ethicoꝝ. hec est eñ differētia iter p̄ncipia innata ꝛ acq̄sita: q2 p̄ncipia inata p̄cedūt actus nec ex ipsis acq̄runt̄. Uisus eñ p̄cedit videre/ nec per videre acq̄rit̄ visus. Sed p̄ncipia acq̄sita sequuntur actus ꝛ ex ipsis acq̄runt̄. fabricando eñ fabri fimus/ ꝛ sic de aliis vt ibidē dr̄. et sic patet maior. sequit̄ ergo cōclusio. ¶ Itē cōsuetudo habet vim nature/ sicut dr̄ libro de mēoria ꝛ reminiscētia. ergo s̄m quādā ꝓportionē/ ꝓnitatē/ ꝛ facilitatē quā habent naturalia s̄m se ad suas opationes naturales talē q̄tū possunt acq̄runt potētie rōnales p ɔsuetudinē: sed ꝓnitas ista vel facilitas ad operādum nō est aliud q̄ virtus moralis vt itellectua-

lis: p quã de facili põt quis exire in actũ cõuenientem. ergo p cõsuetudinẽ actuũ talis pnitas z facilitas q̃ realiter est virt⁹ acqrit in nobis. ¶ Ex hoc cõcluſũt quidã duas ɔclusiones. Prima est q̄ p nõ opari nõ põt in nobis causari habit⁹ viciosus. Scda est q̄ omne pctm̃ reqrit aliquẽ actũ. Ratio primi est: qz effectus positiu⁹ requirit causam positiuã: sed oĩs habit⁹ nõ solũ virtuosus sz viciosus est aliqd positiuũ. ergo reqrunt causam positiuã: sed non opari nõ est aliqd positiuũ. ergo. zc. Rationẽ secũdi assignãt: qz sĩle videt esse de vicio et habitu vicioso. et ideo sicut habit⁹ viciosus est aliqd positiuũ: ita viciũ vel pctm̃ vt dicũt. Et iterũ: qz de rõne pcti est q̄ sit volũtariũ: sed nihil est actu volũtariũ nisi rõe act⁹ volẽdi. ergo in oĩ pctõ reqrit aliqs act⁹ saltẽ iterior: qd etiã verũ ẽ sm istos in pctõ omissiõis: qz in illo sp ẽ act⁹ volẽdi siue explicite siue implicite. Explicite qdẽ / qñ actus volẽdi directe fert sup negationẽ actus debiti: vt cũ aliquis actu cõsiderãs q̄ tenet ire ad ecclesiam / vult nõ ire pl⁹ diligẽs aliquã aliã occupationẽ. Implicite autẽ qñ aliqs cõsiderãs q̄ tenet ire ad ecclesiam / siue p oblitionẽ siue p aliã causam occupat se in talib⁹ vnde ɔtingit eũ nõ ire: talis implicite dr velle nõ ire inquantũ vult illud ad qd sequit non ire ad ecclesiam. ¶ Prima istarũ ɔclusionũ vera ẽ vt credo: et rõ q̃ ad eã adducit ẽ bona. Sed scda cõclusio nõ videt vera. et qz in secũdo libro dictum fuit de hoc: ideo sufficiat respõdere ad rõnes eorũ. Cũ em̃ dr q̄ sĩle est de vicio z habitu vicioso / dicendũ q̄ nõ est verũ: qz oĩs habit⁹ viciosus aliqd positiuũ est ex hoc q̄ habit⁹ est. viciũ autẽ cõsistit in carẽtia alicui⁹ boni debiti: et qz bonũ debitum est tã actus q̃ rectitudo ei⁹: ideo pctm̃ consistere põt nõ solũ in carẽtia rectitudis in actu: sed in carentia ipsi⁹ actus. pmũ est in pctõ cõmissionis. secundũ in pctõ omissionis. ¶ Qz dr postea q̄ nichil est volũtariũ nisi rõne act⁹ volẽdi cadẽtis super ipsum. Dicendũ est q̄ si volũtariũ accipiat p eo qd est in potestate volũtatis q̄ sufficit ad rõnẽ pcti: sicut aliqd est voluntariũ hoc est in potestate voluntatis absq3 hoc q̄ actus volũtatis cadat super ipsum / qd patet: qz nichil est magis in potestate volũtatis quantũ suũ velle liberũ: z tñ nõ oportet q̄ hoc sit p aliũ actũ volũtatis cadentẽ sup ipm alioqn nũq̃ in actu volũtatis esset pctm̃ nisi esset ibi actus reflex⁹ quo volum⁹ nos velle / qd est falsum est ergo in potestate voluntatis oĩs actus z priuatio respectu illoꝝ obiectoꝝ respectu quoꝝ voluntas nõ habet necessariã dẽminationẽ. et hoc sufficit ad hoc q̄ talis actus vel puatio ei⁹ sit pctm̃. et sic p3 pmũ. ¶ Quantum ad scdm sc3 quõ virtutes causent ex actib⁹ nris / sciẽdũ est q̄ aliqd dicit fieri p aliqd tripłr. Uno mõ p actionem: sicut aqua dicit calefieri p calefactionẽ. Alio mõ sicut p pncipium actiuũ: sicut aqua calefacit p calorẽ ignis calefaciẽtis. Tertio mõ sicut p principiũ passiuũ: sicut terra dicit figurari p quãtitatẽ vel p mollitiem. Dicendũ ergo q̄ virtutes intellectuales nõ generant p actus: sicut p actiones q̃ pducant mõ quo dr aqua calefieri p calefactionẽ: nec sicut per pncipium actiuũ sed solũ sicut p pncipiũ passiuũ modo quo inferi⁹ exponet. ¶ Primũ pbãt aliq sic. pductio vel est idẽ re cũ termino pductionis / vel differt ab eo. Si sit idẽ cũ intelligere z appetere q̃ sunt actus intellect⁹ z appetit⁹ nõ sunt idẽ cũ habitibus intellectualib⁹ z moralib⁹ / alioqn manẽtibus habitib⁹ semp esset homo sub actu itelligẽdi z appetẽdi. ergo patet q̄ isti actus nõ se habẽt ad habit⁹ vt pductiões eoꝝ. Si autẽ pductio differat a termino pductiõis / adhuc idẽ sequit q̄ impossibile est ponere aliquã pductionem q̃n forma ad quã terminat de nouo acqrat vel saltẽ intẽdat sicut impossibile est esse calefactionẽ q̃n oporteat calorẽ fieri vel pri⁹ factũ intẽdi: sed in habẽte virtutes pfectas cõtingit istos actus esse absq3 aliq̃ istoꝝ. ergo nõ se habẽt ad habit⁹ vt ipsoꝝ pductiones. Ista autẽ rõ quantũ ad primũ membrũ diuisionis deficit: qz ponẽtes q̄ pductio sit idẽ cũ termino cõcedũt q̄ termin⁹ actionis manet in subiecto transeunte actione: nec oportet tãdiu manere actionẽ q̃diu manet terminus: qz nõ dicunt q̄ pductio z termin⁹ sint idẽ nisi put termin⁹ est in fieri. z isto mõ diceret q̄ intelligere z velle sunt simul cũ habitibus q̃diu habitus sunt in actu fiẽdi. Scdo pbat idẽ sic. impossibile est quacũq3 virtute fieri calorẽ nisi p calefactionẽ. ergo si intelligere z velle se habẽt ad virtutes itellectuales z morales vt pductio ad terminũ pductionis quẽadmodũ calefactio est pductio caloris / ipossibile esset quacũq3 virtute fieri tales habit⁹ nisi p itelligere z velle. Istud autẽ est falsum: qz virtute diuina possibile est aliquos tales habitus fieri in nobis absq3 itelligere z velle. sicut em̃ fides infusa fit in nobis sine istis / sic possent z alij habit⁹ fieri. ergo tales actus nõ se habẽt ad habitus sicut pductiones eorum. ¶ Qz autẽ hmõi virtutes nõ causent p act⁹ sicut p principiũ actiuũ p3: qz aut hit⁹ causaret imediate p act⁹ / vel mediate. nõ imediate: qz tũc aliq̃ actio terminaret imediate ad habitũ / z cum illa actio esset / alteratio seq̃ret: q̄ ad dispositiones et habitus esset alteratio imediate / cui⁹ oppositum pbat phs ex intẽsione. 7. phisico. Nec mediate: qz dare illud quo mediãte act⁹ causant habitũ nõ poteris. Nõ em̃ facile est ipsum fingere. igitur act⁹ non se habẽt ad habitũ vt principium factiuũ. Restat ergo tertiũ sc3 q̄ se habeãt vt principiũ passiuum / de quo etiã distinguũt q̄ principiũ passiuũ vocari põt pprie illud qd recipit: sicut cera est principiũ passiuum respectu figure quã recipit. qñq3 vero dispositio sm quã recipit: sicut mollicies in cera est pncipium recipiẽdi figurã passiuum. Primo mõ act⁹ nõ sunt pncipium receptiuũ habituum: sed potentie alioqn abeuntib⁹ actib⁹ nõ remanerẽt habitus. Sed scdo mõ act⁹ sunt pncipiũ passiuum respectu habituũ sicut dispositio pma nõ qdẽ necessaria in esse sicut q̃litas est necessaria in cera ad receptionem figure: qz ad hoc seq̃ret q̄ habit⁹ non possent esse in potẽtia nisi p̄sentib⁹ actib⁹: sed sicut dispositio necessaria pmo ad fieri habitũ: vt mollicies in cera ad dispositionem figure: nisi illud qd causat mollicie cere / nõ oportet q̄ causet figurã: sed illud idẽ qd causat actũ causat habitũ ordine quodam sicut illud qd causat in aqua calorem / causat in ea raritatẽ ordine quodã / z nõ vt q̃dã putãt calor aq̃ causat ei⁹ raritatẽ. quãto em̃ aliq̃ potẽtia reducit frequẽti⁹ in actũ / tãto reddit magis disposita z pnior ad recipiendũ cõsimilẽ actũ. Hec autẽ dispositio vel pronitas seu facilitas est habit⁹. ppt quod illud idẽ qd causat actus z frequẽtiam eoꝝ causat habitũ p ɔsequẽs. ¶ Ad primũ argumentũ dicẽdum q̄ deus nõ solũ dat ɔtinẽtiã sed oẽs virtutes Ad rões añ oppõm

nō tñ imediate sed actib⁹ mediantib⁹ et ṗncipijs
Ad scdm. actuū loquēdo de virtutib⁹ acq̄sitis. ¶ Ad aliud
dicendum q̄ pfectius nō sumit originē ab impfe=
cto tāq̄ a ṗncipali ṗncipio effectiuo sit. act⁹ autē
nō est principiū habit⁹/nec ecōuerso: sed in genere
principij passiui p modū dispositionis pōt pfectū
sumere originē ab impfecto et ecōuerso/sicut q̄daȝ
dispositiones accidētales ṗcedūt formā substan=
tialē in materia: et q̄dā sequunt̄. et sicut forma sub
stātialis sumit originē a dispositionib⁹ ṗcedētib⁹
que sunt impfectiores: et dispositiones sequentes
sumunt originē a forma substātiali q̄ est pfectior.
similiter habitus sumit originē ex actib⁹ ṗcedēti
bus: et ab habitib⁹ seq̄ntes act⁹. et totū hoc ē in ra
tione dispositionis. Quis posset dici s̄m tenentes
q̄ actus sint principiū actiuū effectiuū habituum
q̄ semp act⁹ sunt pfectiores habitibus. nec obstat
q̄ habitus sint principiū actiuū sequētiū q̄ sunt p
fectiores ṗcedētib⁹: q2 nō sunt principiū eoꝝ effe
ctiuum sed solū passiuū p modū dispositiōis vt di
ctum est. et istud est necessariū s̄m illā opinionem
q2 in causis eq̄uocis nō ē reciprocatio saltē in eo
dē subiecto. si eñ calor in aqua causaret raritateȝ
in ea/ nō esset possibile q̄ raritas causaret calorē
in eodeȝ. et similiter si actus causaret effectiue ha
bitus/impossibile esset q̄ habitus causaret effecti
ue sequētes actus/cū habit⁹ et act⁹ sint diuersaruȝ
Inquirit doctor de dictis du=randi. rationū. ¶ Inq̄rendo autē de dictis vidēda sunt
tria Primo q̄ habit⁹ causant̄ p act⁹. Scđo p quē
modum. Tertio/quō ecōuerso habitus est causa
actus. ¶ Primum experiētia docet q̄ p frequen
tiā actuū experit̄ hō se habere pnitatē et facilita=
tē in faciēdo: q2 qđ pri⁹ cū difficultate et cū tristi=
cia faciebat: nūc delectabiliter facit: sed hoc est si
gnum habit⁹ generati scȝ fieri in ope delectationē
et hmōi. ergo. &c. Et hoc est etiā verū q̄ ex cessa=
tione actuū pōt habitus corrūpi non tñ generari
q2 generatio habitus tanq̄ effect⁹ positiu⁹ requi
rit causaȝ positiuā quā nō req̄rit remissio nec cor
ruptio q̄ sunt effect⁹ priuatiu⁹. ¶ Circa secunduȝ
Prima cōclusio alioꝝ q̄ habit⁹ nō causat̄ p actū
sicut p pductionē/vt calor p calefactionē. vera est
q2 qualitas vna nō pducit̄ in aliā sicut p pductio
nem: sed solū sicut p principiū pductiuū: sicut ca=
lor p calorē/et lux p lucē: aut passiuū: sicut lux per
dyaphanitatē causat̄ passiue. pductio eñ ppriē ē
actio vel passio p̄dicamētaliter a qualitate disti=
cta. sed intellectio et electio/ sicut appetitio sunt
quedā vere et reales qualitates. si eñ calere est q̄=
dam vera res puta calor in tertia specie qualita=
tis ṗter actionē q̄ est calefacere/et ṗter passioneȝ
q̄ ē calefieri. Unde siue differat ab istis re siue nōt
in se tñ est q̄dā res absoluta. sicut lucere et lux/ et
hmōi. ita multo magis cognoscere/sentire/ intel=
ligere/velle/appetere: sunt vere q̄dā q̄litates. sen=
tire eñ sensus/vel itelligere intellect⁹: sicut luce=
re est lux vt illi dicunt: q2 lucere ad luceȝ/ et calere
ad calorē se hñt sicut effect⁹ formalis ad causam
formalē: q̄ non dicunt diuersas res spē: sed sentire
ad sensum/intelligere ad intellectum se hñt sicut
forma ad subiectum/pfectio ad pfectibile: q̄ diffe
runt spē et re est igit̄ intellectio et appetitio quali
tas disticta ab habitu cognitiuo et appetitiuo. er
go nō est pductio illi⁹ sed magis pductiuum seu
dispositiuū tñ ad illud. ¶ Secunda cōclusio est
dubia et ratio nō cōcludit. cōcedā eñ q̄ habit⁹ cau

sat̄ imediate ab actu/et q̄ est q̄dā actio q̄ imedia=
te terminat̄ ad habitū. sed ppter hoc nō sequit̄ q̄
alteratio sit ad habitū sed simplex actio. sicut eñ
ipsa intellectio pducit̄ p actionē q̄ est intellectio
nec est actionis actio ifinitū: sed ipsa qualitas ab
soluta q̄ vocat̄ intellectio/ pducit̄ p actionē p̄di=
camentalē q̄ pōt intelligefacere/et passionē q̄ ē in=
telligefieri: vt virt⁹ p virtuefactionē/quis non sit
nomen vsitatū. licet eñ ois alteratio sit actio/nō
tñ cōuertit̄: q2 alteratio ppriē dicta nō est p actio
nē p quā forma pducit̄ nisi cū alia cōtraria expel
lat̄. vnde illuminatio nō est alteratio p se sed sim=
plex pductio: q2 celū est illuminabile qđ tñ est ial
terabile/quis illuminatio aeris sit alteratio p ac=
cidens: q2 scȝ cōsequit̄ eam calefactio et desicca=
tio q̄ expellit formas cōtrarias. ¶ Itē alteratio
est motus cōtinu⁹. Itē est a cōtrario in cōtrariū.
modo pductio habit⁹ nō est a cōtrario in ꝯtrariū
nec expellit aliud nisi p accidēs si scȝ iuenit habi=
tum cōtrariū: tūc eñ magis impedit̄. Itē ei⁹ intē
sio nō est p motū cōtinuū sed p mutationē subitā:
et ideo nō est illa pductio alteratio. ¶ Tertia cō
clusio est etiā dubia/et pbabilit̄ posset dici q̄ imo
act⁹ est ṗncipiū effectiuū/ quis eñ nō ppriē pos=
sit dici vnus act⁹ esse causa actiua alteri⁹: q2 act⁹
primus pri⁹ desinit esse q̄ act⁹ secund⁹ icipiat esse.
Nichil autē agit qñ nō est/loquēdo de actiuo im=
mediato: tñ hoc nō ipedit actū efficere habitum:
q2 sicut act⁹ sequēs stat cū habitu a quo elicit̄: sic
nichil phibet actū generātē habitū stare aliq̄diu
cū eo: imo necesse est q̄ ois act⁹ quo habit⁹ intēdi
tur sit cū eo: et pari rōne primus act⁹ cū ṗmo gra
du stetit ṗmo istāti saltē/ et secūdus cū duob⁹ gra=
dibus/et sic de singulis. ¶ Itē nō videt̄ sic se hře
actus ad habitū sicut mollicies ad figurā. nō eñ
p mollificationē dt cera figurata imediate/sed so
lum est disposita ad figurationē. vnde oportet ad=
huc dare figurantē illū vel aliū: q̄ nō mediāte mol
lificatione/sed imediate figurat: sed p frequenter
operari nō dt hō disposit⁹ esse ad hoc q̄ fiat in eo
habit⁹: imo p hoc fit habituat⁹ et habēs habitum
ita q̄ p frequētiā operū imediate causat̄ habitus
Ita q̄ sicut ignis calefaciendo rarefacit aquā sic
q̄ calefactio est principiū effectiuū rarefactionis
Sic in pposito: q2 ergo negāt calorē ipressuȝ cau
sare raritatē effectie: videt̄ posse iprobari ex hoc
q̄ licet calor imediate habeat calefacere/nō rare=
facere: tñ qñ subiectū est rarefactibile/nō calefa=
ctibile: calor rarefacit/nō calefacit: et sic est q2 ca=
lidū pōt q̄dē ampli⁹ calefieri sed non distrahi a se=
ipso: sed calor pri⁹ nitit̄ se cōseruare et augmētare
in subiecto pprio q̄ multiplicare in alieno. Unde
ad sui cōseruationē ppriū subiectū desiccat et ra
refacit. Ex quo eñ est ibi vis actiua raritatis et
passiua/nō est rō quare nō rarefiat a se. ita et etiaȝ
in pposito pōt dici de actu respectu habit⁹. ¶ De
secūdo videt̄ pbabile q̄ habit⁹ est causa act⁹ seq̄ē
tis dispositiua passiue ppter illa q̄ dicti: et q2 pfe=
ctio pportionat̄ pfectibili/illo ergo mō quo potē
tia est actiua vel passiua/et habit⁹ eodeȝ mō. si eñ
potētia esset passiua/actus cui⁹ habit⁹ esset actiu⁹
tunc habit⁹ esset potētia p se actiua et nō habitus
tñ. si rursum potētia esset actiua respectu alicui⁹
actus respectu cui⁹ habit⁹ nō esset actiu⁹ sed passi
uus/nō ꝯgrue disponeret: imo vt supradictum est
cū agere sit pfecti/et magis agere magis perfecti

1.opinio Alexādri. gat creaturā. ¶ Quantū ad primū sunt tres opi
niones. Primi dicunt q res habēt ab eterno mo
dū eēndi realē potētialē extra deū dicentes q di
uisio entis in ens actu ꝛ in potētia est diuisio eius
dem rei sm diuersos modos reales. ita q vnus mo
dus realis ē esse in actu. ꝛ alius est eē in potentia
res aūt comprehēdit vtrūqꝫ modū. ¶ Q aūt ita
sit. s. q isti modi sunt duo modi reales diuersi ab
inuicē pbāt. supposito qdē q esse i actu dicat mo
dū realem. ꝛ supposito q modus essendi in poten
tia nō sit idē cū mō existēdi in actu. Unde pbatio
eorūdem tendit in hoc q modus exñdi in potētia
vi creature anteqꝫ creenꝫ sit quidā modus realis
hoc dicto probāt quadrupliciter ¶ Primo sic. qꝛ
1 inter deū intelligentē et creaturā intellectā est re
latio realis ab eterno. qꝛ inter cognoscens et cog
nitū: ꝛ potentiā ꝛ obiectū est relatio realis. sed re
latio realis nō ē aliqd nisi ad aliquod reale. ergo. ꝛc.
ꝛ eadē ratio est quā quidā faciunt q ydeatum dꝫ
realiter ab ydea. sed ydea est eterna. ergo. ꝛc.
2 ¶ Scdo sic. qꝛ res sunt in gñe ab eterno. sed eē in
3 genere dicit eē reale nō nisi potētiale. ergo ꝛc. ¶ Ter
tio sic. qꝛ hō anteqꝫ eēt aut habebat q eēt possibiꝫ
ex natura rei plusqꝫ chimera: aut non. si non. ergo
nunqꝫ potuit fieri. si sic. ergo realitatē habebat p quā
erat possibilis. Dices q verū est q habebat reali
tatē p quā erat possibilis. sed illa realitas est po
tētia agētis. ¶ Contra. quero vtrū illud quod dicit
habere hāc realitatē erat aliqd reale / aut nichil. si
nichil: sequiꝫ q nichil sit aliqd reale. si erat reale /
habeꝫ ppositū. s. q homo anteqꝫ fit / sit aliqd reale
4 ¶ Quarto sic: qꝛ aut esse creature anteqꝫ fit dicit
aliqd esse reale / aut nō. si sic / habeꝫ ppositū. si nō /
videꝫ q diuisio entis realis i actū ꝛ potētiā sit di
uisio in esse rei ꝛ eē rōnis. hoc aūt est icōueniēs. ergo
Contra opiniones ꝛc. ¶ Cōtra autē istā positionē arguūt aliq quadru
pliciter. Primo sic: qꝛ quecunqꝫ sunt eadē p essentiā
in tertio sunt inter se eadē ꝛ pcipue de absolutis
habet veritatē in quacunqꝫ natura creata vel increa
ta: sꝫ sm te vnusqꝫ istoꝝ modorū sunt res ipsa p
essentiā cuius sunt modi. ergo inter se sunt idē ꝛ vnus
realiter ꝛ essentialiter est alius / ꝛ p ɔsequens non
sunt distincti numero sm rē. Scdo sic. qꝛ isti duo
modi aut sunt due res / aut nō. si sunt due res qua
rū vna nō ē alia / ꝛ sunt due res creabiles vel crea
te: oportet q qlibet earū habeat modos / modum
entis in actu / et modū entis in potētia: ꝛ quilibet
est creabilis. ꝛ sic abijciꝫ in infinitum. ergo. ꝛc. Si
non sunt due res: nō habent distinctionē realem.
Probatio: qꝛ differre realiꝫ / est differre diuersis
realitatibus quarū vna nō est alia: sed vbi sunt due
realitates diuerse abinuicē sunt due res distincte
realiter. ergo. ꝛc. Tertio sic: qꝛ sicut se habet crea
tū in actu ad creabile: ita anichilatū i actu ad ani
chilabile: sed sm te creatū in actu ꝛ creabile dicūt
diuersos modos eiusdē rei. ergo similr anichilabile
et anichilatū dicūt diuersos modos eiusdē rei. ꝛ
certum est q non sunt alterius rei nisi anichilabi
lis sm quā aliquid diciꝫ in potentia / ꝛ anichilatū
in actu. Tunc quero de isto modo quo aliquid est
anichilabile anteqꝫ sit anichilatū / aut est aliquid /
aut nichil. si aliquid / sequiꝫ q aliqd sit anichilei
tas: qꝛ sm te modus iste est res ad quā terminaꝫ
anichilatio sm rem. Si aūt iste modus sit nichil.
ergo iam est rei anichilabilis anichileitas anteqꝫ
anichileꝫ: qd est incōueniens. Quarto sic: qꝛ si ex
parte rei creabilis anteqꝫ creareꝫ esset aliqd esse
reale distinctū ab esse dei creatio non supponeret
nichil: immo aliquid: sed hoc est falsum. ergo. ꝛc.
Sed ad hoc respondēt q creatio nō supponit ali
quid subiectiue in quo sit: sed suppōit aliqd obie
ctiue. ¶ Cōtra: si creatio obiectiue presupponit
aliquid aut actiue aut passiue / psupponit illud. nō
passiue: qꝛ nulla est potētia passiua ante creationē
sm te ꝛ sm veritatē: qꝛ creatio non psupponit ali
quid subiectiue. Si actiue cū obiectū potētie acti
ue sit effectus eius: sequiꝫ q creatio psupponit ef
fectum potentie actiue dei. Dices q psupponit ef
fectum nō vt existentē sed vt possibilē. ¶ Contra:
quero a qua potētia diciꝫ ille effectus possibilis: vtrū
a potentia actiua vel passiua. nō a passiua: qꝛ illā
non reqrit creatio: sed a potentia actiua. ergo illa
potētia actiua nō psupponit illud: qꝛ ab illa diciꝫ
possibilis. Dices a potentia obiectiua. ¶ Cōtra:
qꝛ nichil est dictu potentia obiectiua vt dictū est:
sed possibile obiectiue. s. illud qd natū est esse obie
ctum actus potētie. Et ideo isti tenētes istā positio
nem de istis modis esse fictiā ꝛ impossibilem re
Solutio rōnū pme opinionis spondēt ad opposita. ¶ Ad primū ergo dicendum
q nō est verū q iter intellectū ꝛ intelligēs sit sem
p relatio realis: sed solū tunc qn intelligere ꝛ suum
obiectū sunt diuersa realr / ꝛ vtrūqꝫ est ens in actu:
qꝛ ad ens i potētia: qd nullū eē reale i rerū nā hꝫ /
nō ē relatio realis. nūc aūt dei potētia intelligēdi
nō dꝫ realr a pmo ꝛ p se obiecto eius. ꝛ ideo etiā mul
ti ponūt q deus nō habeat relationē ad creaturā
Ad scdm. actu existētem multominus ad possibilē. ¶ Ad secun
dū dōm q ad esse in gñe duo cōcurrūt. intentio / ꝛ
res subiecta intentiōi esse in gñe. quantū ad pmū est
eē rōnis. ꝛ ideo non oꝫ q res anteqꝫ sit in genere /
quantū ad hoc habeat aliud eē qꝫ esse rōnis. eē au
tem in gñe quantū ad secūdū dicit esse reale actu /
vel potentia. vñ esse in genere nichil aliud dicit qꝫ
esse subām. vnde res quantū ad illud eē eo modo
fuerūt in gñe ab eterno quo habuerūt eē. sed hñe
runt in potētia esse ab eterno. ergo ꝛ sic fuerūt in gñe
Ad tertiū ab eterno. ¶ Ad tertiū dōm q hoīem ex natura
rei anteqꝫ sit esse possibile plusqꝫ chimerā dupliciꝫ
potest intelligi. Uno mō q natura hūana sit in eē
reali: ꝛ ab ea habeat homo q sit possibilis. ꝛ hoc ē
falsum. qꝛ simul ē natura hūana ꝛ homo. Alio mō
pōt intelligi qꝛ nature hūane non repugnat eē in
rerū natura est aliquid vnde hoc pōt esse ꝛ non il
lud. s. potentia agētis. ꝛ sic est verū. vñ nō pprie dꝛ
q hō anteqꝫ sit habeat potentiā p quā possit eē sm
q est potentia per quā pōt eē. ¶ Et si dicatur. nō
ne habet potentiā ad essendū? Dicendū q non: lo
quendo de potentia reali actiua vel passiua. sꝫ ha
bet nō repugnantiam ad essendū. ¶ Et si queraꝫ
nōne nō hr̄e repugnantiā est aliqd hr̄e? Dicendū
q nō oꝫ quantū ad realitatē intrinsecā eius: qꝛ hr̄e p
ut subm hꝫ pdicatū cōuenit tam enti qꝫ nō enti. qꝛ
nō ens dꝛ hr̄e non esse. Unde si argueret sic. illud
hꝫ non esse. ergo hꝫ aliquod esse. fallacia est sm quid
Ad quartū. ad simplr. ¶ Ad quartū dōm q diuisio entis i ēs
actu ꝛ potētia si referatur ad ens ꝛ eius possibili
tatem est diuisio in diuersas res modo quo potē
tia a qua dicitur possibile actiua vel passiua est di
uersa ab eo sꝫ hoc nō est ponere diuersas res: qua
rū vna sit actualis ex natura rei: ꝛ alia sit possibi
litas eius q sit alia a potētia actiua ꝛ passiua vt di
ctū est. Diuisio aūt q est in actu ens ꝛ eius possibi

bilitatē/ɀ in nō ens actu et ei⁹ possibile/nō est di-
uisio in diuersas res:sʒ est diuisio vel distictio eius
dem rei a seipsa,put accipit̄ fm illud qȝ est ad exi
stentiam,ppriā ɀ,put denolat̄ a potētia actiua vel
passiua p tpe quo actu nō erat. Vñ rē esse in potē
tia nichil aliud est q̄ rē illā nō esse in se sed in p̄n-
cipiis suis modo supra exposito. Unde notandū
hic q̄ aliud est distinctionez aliquā esse in esse rei/
et distinctionē esse fm rōnē.nā distinctionē in esse
rei ɀ rōnis est vt si distiguat̄ ens in ens vel esse rea
le extra aīam ɀ in esse rōnis qȝ est fm aīam/ sicut
est esse gen⁹ ɀ esse speciē ɀ silia. Distinctio autē fm
rōnē est qñ illa q̄ dicunt̄ distingui non hñt diuersi-
tatē realē siue vtrūq3 dicat ens rei: sicut hō ɀ aīal
siue ens rōnis/sicut gen⁹ ɀ esse ɔ̄ie multis ɀ i mul
tis ɀ esse p̄ter multa.vñ in p̄mo mō qñ fit distictio
in ens rei ɀ ens rōnis.ens rōis se hʒ ibi vt alteruʒ
membrū distinctionis ɔ̄tra aliud distinctū.sed qñ
dr̄ distinctio fm rōnē dicit modum distinctionis.

2.opinio. ¶ Secūda opinio cōcedēs esse potētiale eternū
reale extra deū dicit q̄ est q̄drupler potētia acti-
ua ɀ passiua potētia/ɀ potētia q̄ est nō repugnātia
et p̄ter has est potētia obiectiua. Et dicūt q̄ potē
tia actiua nō est ad esse sed ad facere. Silr̄ potētia
passiua nō est ad esse sed ad pati vel fieri. Potētia
aūt q̄ ē nō repugnātia/ nec ē ad fieri nec ad facere
nec etiā ad esse. Potentia aūt obiectiua est poten
tia ad esse/nō aūt ad fieri vel ad facere. Q̄ aūtē
potētia obiectiua sit alia a nō repugnātia t̄minoʒ/
pbat̄ sic:qr in deo nō est repugnātia terminoʒ nō
autē ibi est potētia obiectiua qua aliq̄d dr̄ possibi
le.ergo.ɀc. Q̄ autē differat a potentia actiua pʒ:
qr potētia actiua est potentia in actu ad agere:po
tentia aūt obiectiua est potentia nō entis in actu
ad esse:sed hec nō est illa.ergo.ɀc. Q̄ autē nō sit
potētia passiua arguit̄ sic:qr potētia passiua vt di
cunt est potentia ad fieri ɀ ad pati:sed talis potē-
tia obiectiua nō est potētia ad fieri vel pati sed ad
esse.ergo.ɀc. Probatio minoris:qr aliter est ma-
teria in potentia anteq̄ sit/ɀ aliter qñ iā est. vnde
potētia obiectiua materie est potētia fm quā ma-
teria est in potētia ad esse anteq̄ sit. potētia autē

Contra 2. opinionē. ad pati et fieri qñ iā est/ē potētia passiua.ergo.ɀc.
¶ Ista autē nō vident̄ aliq̄s bñ dicta: ɀ primum
q̄dē qr hoc qȝ possibilia obiectiue dicat̄ ab aliqua
potentia p̄ter actiuā vel passiuā sumpta tñ non re
pugnātia terminoʒ nō sit verū pʒ:qr possibile obie
ctiue dr̄ ex hoc qȝ dr̄ est obiectū vel natū esse obie
ctū alicui⁹ potētie:sed nihil est obiectū alicui⁹ po
tentie realis nisi actiue vel passiue .g.ɀc. Proba-
tio minoris:qr potētia cui⁹ dr̄ esse obiectū aut est
ipsummet obiectū/aut aliq̄d diuersum ab eo.non
pōt esse ipsummet obiectuʒ:qr in esse reali p̄cipue
īpossibile est ipsummet esse obiectū sui ipsi⁹ pduci
bile.s.a seipso.g relinquit̄ q̄ sit aliq̄d diuersum ab
eo. Tūc arguo/potētia cui⁹ obiectū pducibile pos
sibile est esse est aliqȝ p̄ncipiū p qȝ illud obiectuʒ
pri⁹ nō ens pōt esse:hoc autē nō est p̄ncipiū aliud
nisi actiuū vel passiuū:nec Aristoteles ɔnumerat
plus.g.ɀc. ¶ Scdo de hoc q̄ distinguit potētiaʒ
nō entis ad esse cōtra potētiā ad fieri:qr ois potē
tia cuiuscūq3 nō entis ad esse/ aut ē potētia ad eē
factū/ aut esse nō factū.si est potētia ad esse nō fa
ctū.g illud eē nō hʒ causam efficientē: sʒ tale esse
est esse increatū.g esse īcreatū est possibile eē:qȝ ē
absurdum. Si aūt est potētia ad esse factū.tūc ar

guo.oē factū est factū p aliqȝ fieri.sed talis potē-
tia quā tu ponis fm quā nō est in potētia ad eē fa
ctū.g oportet q̄ illa potētia sit ad aliq̄d fieri qȝ p
illud est factū.g ɀc. Vñ ponere aliq̄d posse hr̄e eē
factū ɀ nō posse fieri/est ɔtradicere ɀ ignorare p-
priā vocē. Itē etiā ponere potētiā ad facere ɀ non
posse fieri/est cōtradictio:qr nichil pōt facere nisi
qȝ pōt fieri. ¶ Unde ponūt tertiā opionē suaʒ q̄ 3.opinio.
p̄ter potētiā q̄ est nō repugnātia t̄mioʒ nō est aliq̄
potētia nisi actiua vel passiua a q̄ aliq̄d fm rē di-
cat̄ possibile. ¶ Ad cui⁹ euidētiā sciendū q̄ possi-
bile dr̄ possibile p denoiationē aliquā a potentia.
Notandū g q̄ vna ɀ eadē potentia est a q̄ sibi lexi
stēte vel īherente agēs dr̄ potēs ɀ obiectū natum
fieri p ipsum/dr̄ possibile obiectiue nec in obiecto
obiectiue oportet ponere aliquā potētiā p̄ter non
repugnātiā t̄minoʒ vbi totū qȝ est pducit̄ nullo
p̄supposito:qr illa potētia vt pbatū est/est poten-
tia p quā aliq̄d pōt hr̄e esse factū vel fieri: sed ois
potētia p quā aliq̄d pōt fieri/vel est actiua vel pas
siua:sed vbi aliq̄d pducit̄ nullo p̄supposito nō est
aliq̄ potētia passiua fm rē loq̄ndo i ɀ ideo tale pos
sibile fieri dr̄ possibile fieri p denolationeʒ extrin-
secā agētis vt natū est esse effect⁹ ei⁹. ¶ Et si dica
tur/nōne fieri dicit q̄ddā pati? Dicendū q̄ pati est
pprie fieri in q̄ aliq̄d subiicit̄ motui ɀ forme facte
p̄existēs tpe ipsi forme introducte: sed nō oē fieri
est tale pati:qr creari nō est tale pati. Alio mō po
test accipi pati min⁹ pprie obiectiue se hr̄e vt effe
ctus ad potētiā actiuā.et accepto sic iproprie pa-
ti/oē fieri esset pati. sed nō oē tale fieri req̄rit sub-
iectū receptiuū ex pte pducti sicut dictū ē de crea-
tione/ɀ silr̄ potentia passiua pprie dicta fm quam
aliq̄d est susceptiuū act⁹ vel forme denoiat subie-
ctū receptiuū/ɀ formā receptibilē/ subiectū q̄deʒ
receptiuū vt subiectū in quo est illud p̄ncipium p
qȝ pōt recipere. vñ potens dr̄ recipere vel possibi
le subiectiue formā autē vt obiectū talis potētie
qr est receptibilis.nā sicut factū vt sic est obiectū
potentie actiue/ita etiā receptiue in subiecto ē ob
iectū potentie receptiue: sed in creabili nō est q̄re
re aliā potentiā i subiecto receptiuā p̄ter nō repu
gnātiā t̄minoʒ. ¶ Alteri⁹ notandū q̄ qñ dr̄ q̄ po
tentia actiua est ad facere/pōt itelligi duob⁹ mo-
dis. Uno mō q̄ dicat̄ potētia ad facere q̄si poten
tia q̄dā ordiata ad recipiendū illū actū q̄ est face
re.ɀ sic est falsissimū:qr tunc idē esset agere ɀ pati
Alio mō pōt itelligi q̄ potētia actiua est ad face-
re/ita q̄ hʒ ad hoc ordinē qȝ hʒ effectū factū: ɀ il
la eadē potētia est etiā ad fieri:qr illa eadē poten
tia hʒ ordinē nō q̄dē ad hoc q̄ agēs fiat:sʒ ad hoc
q̄ p potētiā agentis aliq̄d aliud fiat/ɀ illud qȝ fit
passiue dr̄/respicit potētiā agētis p quā est:nec oʒ
q̄ respiciat aliquā potētiā agētē p quā eē recipiat
Silr̄ potētia ad fieri duplr̄ pōt itelligi. Uno mō
q̄ dicat̄ potentia ad fieri:qr.s.est receptiua alicui⁹
act⁹ facti vel forme facte: ɀ talis potentia ad fieri
est potētia passiua/ ɀ subiectū talis potētie cū sua
potentia nō dr̄ pprie fieri sed fieri hoc. vñ qñ ali-
qȝ subiectū dealbat̄ nō dr̄ subiectū simplr̄ fieri sʒ
fieri albū. Alio mō pōt dici potētia ad fieri qr hʒ
ordinē ad hoc q̄ aliq̄d p ipsam fiat mō quo iā di-
ctū est.ex pte autē pducti dicit̄ etiā possibile fieri/
vel a potentia actiua:qr p ipsam pōt fieri vt dictū
est.vel a potentia receptiua:qr in ipsa potest reci-
pi:sicut albedo anteq̄ fiat dicitur possibilis fieri.

Primū autē dr possibile obiectiue. s. posita nō re-
pugnantia terminoꝝ: qꝛ natū est esse obiectū ali-
cuius potētie actiue vel passiue. ¶ Ex his patet
ꝙ qñ dr ꝙ potentia actiua est ad facere ⁊ nō ad eē
nichil est dictu: qꝛ ita se hꝫ ad esse factū sicut ad fa
cere ipm/ cui⁹ qdā esse facti ipa est causa effectiue
et silr potētia passiua q̄ est ad fieri ⁊ ad factuꝫ esse:
qꝛ derisio est dicere ꝙ sit ad fieri ⁊ nō ad factū eē:
cū oē fieri terminet̄ ad factū esse. potentia autē ob
iectiua nō ꝓprie dr: sed magis debet dici possibile
obiectiuū: qꝛ scꝫ natū esse obiectū potentie actiue
Ad rōnes 2. opionis vl passiue vel vtriusqꝫ. ¶ Per hoc respōdēt ad ar
gumēta secūde opinionis. ¶ Ad primuꝫ cū dr ꝙ
potētia obiectiua est illō qd nō repugnātia termi
noꝝ dico ꝙ ꝓprie loquēdo potentia obiectiua est
nichil: sed possibile obiectiuū. Sed qd dr ꝙ potē-
tia q̄ est nō repugnātia terminoꝝ est in deo: nō au
tē potentia obiectiua. Dicendū ꝙ potentia q̄ ē nō
repugnātia terminoꝝ est in deo: sed potētia obie-
ctiua q̄ nichil est dictu/ nō est in deo: nec etiā pos-
sibile obiectiuū: qꝛ nō est obiectum alicui⁹ potētie
actiue vel passiue. ¶ Si aūt q̄rat̄ quō se hꝫ possi-
bile obiectiue ad nō repugnantiā ſminoꝝ/ vtrū. s.
sit oino idē? Dicendū ꝙ non: qꝛ sicut dictū est pos
sibile obiectiue dr a potētia actiua vel passiua: sed
possibile quantū ad nō repugnātiā terminoꝝ dici
tur ꝙ anteq̄ tale ens sit/ est nō ens cui nō repugnat
esse. Unde repugnātia terminoꝝ in generali acce
pta importat p̄dicatū nō repugnare subiecto. vn-
de pōt cōuenire deo ⁊ creature. qñ ṽo dr de crea-
tura q̄ nō est ⁊ pōt esse. vt qñ dicim⁹ ꝙ creatura an
teq̄ sit pōt esse/ dicit determinatā nō repugnātiā
Ad scōm. determinati subiecti ad dēminatū p̄dicatū scꝫ nō
repugnātiā creature possibilis ad eē. ¶ Ad secū
dum dicendū ꝙ potētia actiua est potētia entis in
actu agētis p ipsam qd pōt denoiari denoiatione
intrinseca ab ipsa. et illa eadē potentia est p quaꝫ
effect⁹ q̄ est obiectū talis potentie est ꝓducibilis
ab ipsa ⁊ ꝓducit̄ qñ fit. et silr potētia passiua pro-
prie accepta est potentia p quā aliqd subiectiue ⁊
passiue pōt moueri et reduci ad actuꝫ quē recipit/
⁊ p eandē potētiā dr act⁹ ille recept⁹/ ⁊ anteq̄ fiat
receptibilis: et p̄ter istas duas potētias nō opor-
tet ponere aliquā aliā potētiā p quā effectus sit ꝓ
ductibilis excepta nō repugnantia terminorum
Ad tertiū ¶ Per hoc patet ad tertiū: qꝛ scꝫ ens in potētia/
puta materia aliter est in potētia anteq̄ sit in re-
rum natura vt fiat p creationē vt pars cōpositi: ⁊
aliter est in potētia qñ iā est in actu in rerū natura
vt recipiat actū quo caret. nā p̄mo dr in potentia
esse p potentiā agētis respectu cui⁹ dr esse possibi-
le obiectiue. Scdo mō est in potētia passiua respe
ctu actus i ea receptibilis ſm quā potētiā dr ma-
teria esse possibilis subiectiue et act⁹ in ea recepti
bilis dr possibilis obiectiue. et ex hoc nō sequit̄ ꝙ
ꝓpter nō repugnantiā terminoꝝ ⁊ potētiā actiuā
et passiuā sit quarta potētia. ¶ Per hoc etiam re
spondēt ad p̄ncipalia argumenta facta p q̄stione
Nā illa rō q̄ ꝓbat ꝙ ē diuisio in diuersa re: qꝛ est di
uisio ſm esse reale dū cōcludit ꝯtraꝫ ad hoc ꝙ ens
in actu est diuersum re a potētia p quā est possibi-
le. Alia aūt rō q̄ ꝓbat ꝙ non est diuisio in diuersa
qꝛ cōuenit vni ⁊ eidē: bene ꝓbat ꝙ illa diuisio non
est in diuersa re ꝯtrū ad hoc ens actu qñ est/ ⁊ ipm
met ens potētiale anteq̄ sit ꝯtrū ad se vt est possi
bile nō dicat aliā rē diuersam a se in actu q̄ sit q̄dā

res tertia ab ipsa ex̄istētia/ ⁊ a potentia actiua vel
passiua. ¶ Quātū ad scōm an aliq̄s possit a deo
annichilari. Primo videbit̄ qd de possibili. Scdo
qd de facto esse. Tertio de quibusdam instantijs.
¶ Quantū ad primū dicendū ꝙ de⁹ de absoluta 2. articul⁹
potētia pōt oēm creaturā annichilare. Qd patꝫ p̄
mo ex ꝯparatione annichilationis ad creationeꝫ
q̄ est mutatio p̄uatiue opposita ⁊ nō contrarie: qꝛ
annichilatio ⁊ si p modū actionis significet̄: non
tñ est actio sed magis cessatio actionis q̄ est cōser
uatio ⁊ p ꝯñs creatio. ꝯmētatoꝛ i fine de substātia
orbis/ res nō ꝑmanet p aliquā dispositionē sup-
additā: nec p ꝯñs p actionem nouā. ⁊ hoc seduxit
manicheos q̄ q̄sierūt causaꝫ mali: qꝛ nō est effect⁹
sed defect⁹. vñ nec hꝫ causam efficientē nec actio-
nē p̄uiā sed defectū actionis. rō aūt p̄uationis su-
mit̄ ex h̄itu. cū ergo nō pl⁹ distet nō esse ab esse q̄
e cōuerso: nec de⁹ necessitaret̄ ad cōseruationē rei
magis q̄ ad creationē/ sicut creādo potuit ens fa
cere ex nichilo: ita actionē cōseruantē substrahen
do pōt oē ens creatū in nichil redigere vel anni-
chilare. Scdo ex cōparatione annichilationis ad
corruptionē. sicut eñ entia naturalia depēdent a
causis naturalib⁹ quantū ad gñari ⁊ corrūpi: ita
oē ens creatū a deo quo ad esse et nō esse: sed oē p
naturā gñabile/ est etiā p naturā corruptibile. i. ce
li ⁊ mūdi. ergo ſm Dam. oē qd est a deo ex nichi-
lo/ vertibile est in nichil. ¶ Sciendū est eñ ꝙ en
tiū q̄dā h̄nt potentā actiuā ad nō esse p aliq̄d sui:
⁊ ista pñt corrūpi ex seipsis vt aīalia. nō aūt hmōi
sunt oīa mixta sicut q̄dā arbitrant̄: qꝛ mixta hōge
nea q̄uis habeāt i se q̄litates ꝯtrarias virtute qd
sufficit ad agendū in aliud vel patiendū alio q̄cū-
q̄ ꝯtrarioꝝ: nō tñ i se h̄nt q̄litates ꝯtrarias actu
etiā ſm diuersas partes/ qd tñ req̄rit̄ ad hoc ꝙ se
ipa corrūpāt. nisi eñ inter agēs ⁊ patiēs sit plura
litas q̄litatū actu q̄ sunt cōtrarie adiuicē vel for-
maliter vel virtualiē nūq̄ erit actio actu. vnde la
pis hōgene⁹ vel aurū ⁊ hmōi ipꝑetuū durarēt si-
cut ⁊ elemēta remoto exteriori corrūpēte. sec⁹ aūt
de lapidib⁹ ⁊ hōgeneis iter q̄s sunt q̄dā vere ha-
bētes q̄litates extraneas ⁊ contrarias scōm eos.
Alia aūt h̄nt potētiā passiuā ad nō esse ⁊ solū pas-
siuā/ ⁊ hoc p aliq̄d sui: ⁊ ista pñt corrūpi ab extrin
seco naturali/ vt elementa ⁊ mixta hōgenea. Alia
aūt neutrū: sed qꝛ h̄nt esse differens ab essentia vt
supponūt etiā ex seipsis tēdūt in nō eē ſm Auicē.
Sed illud nō videt̄: qꝛ q̄uis in celo sit materia et
forma: qꝛ tñ nec materia illa machinat̄ ad malefi-
ciū: nec forma nichil iplicat i se tēdēs ad nō eē po
sitiue. ergo multo min⁹ substantia spiritualis da-
to ꝙ in ea sit cōpositio ex essentia et esse: qꝛ essen-
tia determinata est ad suum esse/ nec est in poten-
tia ad aliud. similiter nec suū esse natum est infor
mare aliam essentiam: non potest dici tñ sicut na-
tura separat corrūpendo formam a materia in il-
lis in quibus generando cōiungit vtrūq̄. sic deus
dans essentie esse creādo potest ei auferre esse an-
nichilando. Tertio ex ꝯparatione essentie ad esse
qꝛ aut differunt ⁊ tūc de⁹ potest ea separare vt mo
do dictum est: aut sunt idem/ ⁊ tunc deus annichi
labit: qꝛ quicquid est in creatura totum dependet
a deo et quo ad esse ⁊ quo ad fieri. cum ergo remo
ta causa remoueatur effectus inquantū est effect⁹
remota actione et causalitate diuina iā creatura
totalit̄ fit nichil siue ipsa sit simplex siue ꝯposita:

itellectiuo/ et ille est volūtas ¶ Itē potentiā illā
respicit virt⁹ p subiecto cui cōicat in obiecto/ hoc
patet de habitu. 7. metaphisice. et potentia intelle
ctiua quoꝝ vtrūqs est circa ens: sz iusticia legalis
saltē cōicat in obiecto cū volūtate et nō cū appeti
tu sensitiuo. ergo. &c. Minor patz: qr obiectū iusti
cie est bonū vniuersale: qr est nature data in adiu-
toriū maloꝝ ḿm Senecā de q̄tuor virtutib⁹ volū-
tatis. aut obiectū est cōmune et vniuersale. nō au
tem appetit⁹ sensitiui q ferť in particulare sicut et
sensus. ergo. &c. ¶ Itē ad pncipale sic. In illa po 21
tentia est oīs virtus moralis cuius actus est ele-
ctio: sed actus volūtatis est electio. g. &c. Maior
patet ex cōi rōne virtutis q̄ dicit q est habit⁹ ele-

ctiuus in medietate cōsistēs.2.ethicoꝝ. Et ibidē.
Virt⁹ vel est vel nō est sine electione. Minor pa-
tet: q2 electio est volūtariū pconsiliati.3.ethicoꝝ.
22 ¶ Itē in illa potētia est virt⁹ moralis p essentiā
que est rōnalis p essentiā: sed appetit⁹ sensitiu⁹ nō
est rōnalis p essentiā/ imo solū p participationē
p̄mo ethicoꝝ. ergo virt⁹ moralis nō est in appeti-
23 tu sensitiuo: vel est in eo p participationē. ¶ Itē
in illa potētia debet poni virt⁹ moralis q̄ est deter
minata ꝛ indifferēs respectu finis in quo debet ac
quirere suā pfectionē p ppriā operationē hoc pa-
tet: q2 virt⁹ cū sit habit⁹ determinatiu⁹/ debet po-
ni in potētia q̄ maxime indiget determināte. patꝫ
etiā in potētijs cognitiuis q̄ ꝓpter suā indetermi
nationē indiget habitu respectu p̄ncipioꝝ ꝛ respe
ctu ꝯclusionū: sed volūtas est i potētia indetermina
ta respectu finis ꝛ boni/ ꝛ ideo indiget habitu de-
24 termināte eam q̄re.ꝛc. ¶ Item qdā iterū addunt
alias rōnes ad ꝓbandū dictā opinionē ꝛ p̄mo sic.
Ois potētia q̄ est indeterminata ad finē ꝛ pfectio
nē sic ꝙ ab illo pōt declinare ꝛ deficere/ ꝛ cū ad ip
sum pōt attingere indiget ꝟtute q̄ determinet ad
ipsum ne deficiat et declinet ab eo sicut pꝫ de itel
lectu/ q̄ q2 pōt declinare a vero qđ est bonum ꝛ fi-
nis ei⁹ circa p̄ncipia ꝛ circa cōclusiones idiget ha
bitu respectu vtriusq3 vt determinet circa ipsa ne
declinet vel deficiat circa ipsa in iudicādo. Cum
igr̄ finis volūtatis in quo sua cōsistit pfectio sit
ꝙ ipsa recte eligat bonū s̄m virtutē ꝛ nō solū ap-
parēs ꝛ volūtas possit deficere in eligēdo qđcūq3
bonū excepto p̄mo/ ꝛ est in differēs ad eligendum
vere ꝛ nō vere vt manifestū est: ideo indiget habi
tu virtutis quo determinet in electionē boni siue
ad eligendū vere: hoc autē est habit⁹ amoris q̄ cō
tinet oēs virtutes morales dicēte Augu de mori
bus eccl'ie ca.3. Illud qđ dr̄ virt⁹ ab ipsi⁹ amoris
noīe quodā effectu dr̄. ꝛ idē sup titulū. ps 35. q̄d i
quocūq3 hoīe malū opaꝛ nisi amoris dilectio ner
rari nō pōt vnū aliud nisi amātis nō absit amare:
sed qd ames vide/ purga amorē tuū. oēs ergo vir
tutes morales sunt in appetitu voluntatis: ita ꝙ
25 virt⁹ moralis nō est aliud q̄ habit⁹ inclināsvolū-
tatē ad amorē boni simplr̄. ¶ Itē delectatio est si
gnū gn̄ati habit⁹/ ita ꝙ bona delectatio de bono
simplr̄ est signū boni habit⁹. ꝛ delectatio de bono
apparēti est signū mali habit⁹. vbi ergo habet eē
bona delectatio hꝫ eē virt⁹/ ꝛ nō alibi: sꝫ hic est vo
lūtas rōnalis ꝛ nō alia. sicut Augu. sup illō psal.
Scrutās corda ꝛ renes/ itelligēs bonas delecta-
26 tiōes noīe cordis/ malas noīe renū: sic p cor intel
ligit partē rōnalē. ¶ Itē arguit sic.2. politicoꝝ.
ꝛ hec rō etiā supra posita est: sed ꝓpter solutiones
aliā ꝛ aliā multiplicaꝛ. cōparat eñ phs ibi rōna-
le et sensibile dn̄o et seruo. ibi etiā ostēdit ꝙ virtu
tes morales sunt in dn̄o ꝛ etiā in seruo/ sic est i ra-
tionali ꝛ sensibili: q2 necesse est participare vtras-
q3 virtutes. in hac etiā nā hoc qdē p̄ncipiat. hoc
principiaꝛ: quoꝝ amboꝝ dicim⁹ esse virtutes/ pu-
ta rōnē hn̄tis ꝛ irrationalis. sed cōstat ꝙ rōnē ha
bētis principalr̄ nō est nisi volūtas: intellect⁹ aūt
practic⁹ aut speculatiu⁹ nō habet p̄ncipiari sed, so
lum iudicare/ ꝛ subdit ꝓpter qđ principē oportet
hr̄e moralē virtutē pfectā: ꝛ nō esset sic nisi verifi
carē de p̄ncipiāte in aīa ad qđ ptinēt morales vir-
tutes: q2 nullo mō est pars itellectiua vt dicit in
27 fine p̄mi/ ꝛ in p̄ncipio secūdi. ¶ Itē receptū in ali

quo est s̄m modū recipiētis.10. ꝓpositiōe de cau-
sis. virt⁹ moralis nō est nisi in hn̄te quodā mō ra-
tionē. s̄m q̄ ꝙ volūtas differenter hꝫ ab appetitu
sensitiuo rationem scđm hoc erūt in eis differen-
ter virtutes morales: volūtas autem vt dictū est/
quodā modo participat rōnē simplr̄ p essentiā. ap
petit⁹ autē sensitiu⁹ tm̄ p participationē. ergo vir-
tus moralis simplr̄ ꝛ p essentiā est in volūtate. in
appetitu aūt sensitiuo p participationē ꝛ p impres
sionē quādā. ꝛ ꝓpter hoc dr̄.2 ethicoꝝ. ꝙ virt⁹ est
habit⁹ electiu⁹ seu volūtari⁹: sed in appetitu sensi
tiuo q2 obedit rōni ꝛ volūtati/ sunt p ipressionem.
¶ Itē volūtas nō solū mouet vires inferiores et 28
mēbra p iperiū: sed etiā mouet seipsam libere/ cuꝫ
s̄m Augu. sit instrumentū seipsum mouēs. Nunc
autē magis icōueniēs videꝛ dicere ꝙ mouendo
alia a se p iperiū reqreres in illis virtutē ꝛ nō se-
ipsam quasi ipsa ad actionē virtutis nichil faciat
nisi ꝙ ipsa rōnabiliter iperet: ꝛ vires iferiores cir
ca opus virtutū moraliū agūt: q2 ipsa seipsam ra-
tionabiliter mouet plusq̄ ipsa alteri cuicūq3 rōna
biliter iperet/ ꝛ p hoc ex freq̄ntia actuū pri⁹ gene-
rat in seipsa virtutes q̄ s̄m eas faciat aliquas im
pressiōes in virib⁹/ ꝛ aliter etiā nō faciliꝰ iperaret
bn̄ ꝛ expedite: pri⁹ etiā debet hr̄e aliqđ ordinatuꝫ
in se q̄ ordinet alia q̄ sunt extra se. ¶ Itē iidē ad- 29
dūt adhuc rōnes ꝓbātes ꝙ nulla virt⁹ ē in appe-
titu sensitiuo: quarū p̄ma est. q2 oīs pfectio sensi-
tiui appetit⁹ pōt auferri ab habente ipso iuito: q2
habit⁹ sensitiuus est virt⁹ in organo. organū autē
potest auferri in quocūq3 ipso inuito/ et p ꝯsequēs
appetit⁹ sensitiu⁹ ꝛ sua pfectio: sed nulla virt⁹ pōt
auferri ab habēte ipso inuito vt dicit Augu. p̄mo
de ciui. ca.19. de pudicitia lucretie matrone roma
ne. ¶ Itē si posset virt⁹ auferri ab habēte eo iui- 30
to: tūc iuit⁹ q̄s peccaret/ qđ est icōueniēs. q̄re.ꝛc.
¶ Itē nulla virt⁹ est extēsibilis p se nec p accidēs 31
q2 talia sunt corpalia: virt⁹ aūt est qd spūale: appe
titus aūt sensitiu⁹ et oē qđ ē i ipso siue habit⁹ siue
actus est extēsibilis: q2 est pfectio corpis. q̄re.ꝛc. 32
¶ Itē nullus act⁹ virtutis pōt esse cū trāsmuta-
tione corpali: ꝓpter hoc eñ verecūdia nō est vir-
tus.4. ethicoꝝ. sed oīs actus appetitus sensitiui
est cū trāsmutatiōe corpali: q2 oīs actus virtutis
corpalis trāseūtis de ocio in actū est cū trāsmuta
tione cpali: sed appetitus sensitiuus est virt⁹ cor-
poralis: et qñ agit cū p⁹us nō egerit/ exit de ocio i
actū. q̄re.ꝛc. ¶ Quarto q2 eē alteratio circa vir 33
tutes morales sicut circa q̄litates de tertia spē q̄li-
tatis/ qđ negat phs.7. ph. sicoꝝ. q̄re.ꝛc. ¶ Qui- 34
to: q2 in manu nō est virtus moralis. g̃ nec i appe
titu sensitiuo. Antecedēs pꝫ. Probatio pñe q2 nō
ponit virtus in appetitu sensitiuo: nisi q2 regiꝛ p
morales virtutes ꝛ rōnē. sed manus etiaꝫ regiꝛ p
istas: ꝛ tn̄ ꝓpter hoc non est virtus moralis in ipsa
¶ Preterea virt⁹ est habit⁹ hoīs s̄m ꝙ hō: sꝫ hō ē 35
hō p rōnē. g̃ licet etiā in appetitu sensitiuo sit po-
nere habitum: tñ nō mereꝛ nomē virtutis. sicut in
hoīe est ars eq̄tādi/ et in equo vsus bn̄ currēdi ex
assuefactione: sed solū p̄ma mereꝛ nomen virtutꝭ
¶ Sed hec opinio s̄m alios est expresse ꝯtra itē- Contra opiniones.
tionē phi circa principiū ꝛ finē primi ethicoꝝ. vbi
vult ꝙ virt⁹ nō solum sit in habēte rōnē sed in par
ticipāte. participās aūt nō solū dicit appetitū sen
sitiuū sed oēm appetitū ꝛ itellectiuū. nō ei pōt di-
ci rōnale essentialiter qđ nō intelligit formaliter

licet dirigat ab itellectu et ei obediat sed vnū ē q
volūtas nobili⁹ pticipat ratione q̄ appetit⁹ sensi
tiuus sicut ⁊ irascibilis q̄ cōcupiscibilis . vn̄ ⁊ rō
ē sm̄ nobiliozis virtutis q̄ est prudentia volūtas
vero iusticie q̄ peminet post prudentiā ⁊ irascibil'
fortitudinis q̄ est nobilioz tēperantia q̄ est i concu
piscibili ⁊ est iferioz aliis. ¶ Preterea difficultas
2 q̄ est ab ipedimento itrinseco nō pōt tolli nisi p hi
tm̄ intrinsecū ⁊ itrisec⁹ iherentē vn̄ cū difficultas
in abstinēdo a delectabilib⁹ ⁊ in aggrediendo tri
stitia sic in sensualitate ab itrinseco videtur q fortitudo ⁊ tēperātia q̄ tollunt has difficultates ime
diate iformēt appetitū sensitiuū. ¶ Licet ptra
istā rōem sit q fomes q̄ trahit ad malū ⁊ retrahit
a bono ponat subiectiue i essentia anime sicut ha-
bitus quē priuat scz.originalis iusticia. ¶ Vn̄ p
hoc videret q virtus ois que mitigat fomitē esse
subiectiue i essētia aie. ¶ Ad qd̄ dōz q cū fomes
nominet id qd̄ ē materiale i originali pctō scz pcu
piscentiā ipē ē in appetitu sēsitiuo lz peccatū ori-
ginale sit in anima. ¶ Qn̄ vero distinguit de vo-
luntate vt natura cōcedo vt deliberatiuū ⁊ libera
negant aliq̄ q volūtas vt deliberatiua nō eget vir
tute sic ei ē sufficienter determinata p prudētiā q̄ ē
i itellectu: sz vt libera sic ei ē i determinata Nec obs
stat q v̄t⁹ ē habit⁹ imediate psistēs i modū nature
inclinans.qz cū mod⁹ naturalis ⁊ sic necessarius
⁊ sic facilis vel delectabilis in sensitiuis virtus di
citur habitus in modū nature inclinans .qz cum
modus naturalis ⁊ sit necessarius ⁊ sit facilis vel
delectabilis i sensitiuis virt⁹ dicit habitus in mo
dum nature inclinans non per determinationem
necessariam qz illa repugnat vt arguit sed in mo
dum nature.qz facit faciliter ⁊ delectabiliter opa
ri.qz non repugnat libertati. ¶ Aliā etiā ea que
ponit predicta opinio non vident bene dicta: ⁊ pri
ma distinctio qua distinguit voluntas vt est libera
arbitrio:et vt ē deliberatiua videt eē valde icōpe
tens qz nichil iputat hoi vel in bonū vel in maluz
siue etiam in meritum vel demeritū vbi ea que sub
sunt libero arbitrio sz si volūtas vt est deliberati-
ua non est libera arbitrio vt p̄dicta positio ponit
ea que sub libero arbitrio.ēm q huiusmōi ptinēt
ad voluntatē sm q ē deliberatiua.g in actū volū
tatis sm q ē deliberatiua non est bonū meritoriuz
⁊ hoc est valde absurdū.tū qz meritoriū ⁊ demeri
toriū cōsistunt in electione voluntatis q̄ est actus
voluntatis sm q deliberatiua.qz ē acceptio p̄cōsi-
liati sm phm.3 ethico.tū qz act⁹ q̄ egreditur a vir
tute humana ē meritori⁹/virt⁹ aūt sm eos iclinat
Solutio ad rōes factas p pri ma opione volūtatē sm q deliberatiua ⁊ iō icōueniēs ē disti
guere voluntatem vt est libera arbitrio ⁊ vt ē deli
beratiua. ¶ Ad prima sua argumenta dicit ad
primum q destruit seipsum concludit ei q nec in
voluntate sit virtus cum ipsa nō sit rōnalis p essen
tiam vnde dicendum q constitui ratione vel deter
minari potest esse tripliciter vel essentialiter ⁊ qd
ditatiue sicut habit⁹ itellectualis ⁊ iste est in rati
onali per essentiam vel materialiter ⁊ subiectiue ⁊
iste similiter vt prudentia.vel causaliter ⁊ impressi
ue et hoc constitutum non oportet q sit in ratio-
nali p essentiā. ⁊ hmōi sunt tres alie v̄tutes mora
les. Vn̄ sunt i potentia receptiua ipressiōis rōnis
Ad scdm. ¶ Ad secundum dicenduz q triplex ē amoz sicut
et inclinatio vel appetitus scilicet intellectualis
animalis et naturalis. Primus est in voluntate
subiectiue et elicitiue .scd̄s est in voluntate impe
ratiue in sensualitate elicitiue . tertius nullo mō
est in voluntate sz in potentia pure materiali .si g
amoz accipiatur large sic est omnis virtus etiam
formaliter. nam quid est temperantia nisi amoz
talis boni et sic de aliis virtutibus que sunt de bo
no.sed si amoz accipiatur stricte p illo qui est in vo
luntate sic non est omnis virtus formaliter sz vna
tm̄.s.iusticia que est amoz iusti. virtualiter vero est
ois virtus.vel loquendo phisice inquātum dirig⁊
tur a prudentia et importat fortitudinem et tēpe
rantiam.qz volūtas dirigitur a ratione et impat
tā ipi rationi q̄ appetitui sensitiuo.vel loquendo
theologice qz caritas ē radix omnium bonorum
operum. ¶ Ad 3 dōm. q delectatio ē sīr triplex Ad tertiū
s.naturalis et ista ē i oi potentia :iuxta illud.dele
ctabile est oculo videre solem et in intellectu ai-
malis et ista est in omni sensu precipue in tactu. s.
appetitu cōsequente sensui et itellectualis: ⁊ ista
est in voluntate tantū. ¶ Ad.4.dōz q virt⁹ ē hi Ad q̄rtuz
tus voluntarius q̄ ad exercitium non aūt semper
q̄ ad subiectum vel voluntarius imperatiue vl' eli
citiue non autem semper elicitiue.
¶ Ad quintū dōz q phs et cōmētator p istā disti Ad q̄ntuz
ctionē innuūt istaz distinctionē .s. q quedā ē virt⁹
que est subiectiue in voluntate:quedā vero q̄ cōi-
cretiue ē in voluntate sz subiectiue est alibi.
¶ Ad.6.dōm.q triplex est diuinū .s.p̄mordiale Ad sextuz
et directum ⁊ hoc est tantum i intellectu.quoddā
inclinatiuum vel imperatiuū vt in voluntate.qd̄-
dam exercitiuum vt i irascibili ⁊ concupiscibili.
¶ Ad.7.dōm q inter passiones est virtus dupli Ad septiz
citer. vno modo sicut moderās ipsas ⁊ sic virtus
nō ē subiectiue ē i eo passionū sz extra. Alio mō si
cut vtēs passionib⁹ moderatis ⁊ sic virt⁹ ē subiecti
ue i potentia subiecta passionib⁹.sic eni fortitudo
vtitur ira moderata. ¶ Ad alia.10. respōdent q- ad octauū
dā sic ad primū de ideterminatione q volūtas nō
ē ideterminata sic nec cū tanta difficultate deter-
minabilis ad appetendum bonū rōis circa passio
nes sicut appetit⁹ sensitiu⁹.qz naturalit vnusquisq
nat⁹ ē appetere illud qd̄ iudicat sibi eē bonū nisi
illō ipediat rōe cui⁹ possit apparere nō bonū.illō
aūt rōne cuius bonum rationis posset apparere
malum vel graue vel difficile est ex parte appeti-
tus sensitiuus qui habet inclinationem ad passiōes
contra imperium rationis.qz ille in quo eēt volū
tas sine tali appetitu parum afficeretur immo in
nullo afficeret ad delectationē sensitiuā psequē-
do vel ad timorē fugiendo.⁊ ideo non ita indiget
voluntas habitu inclinante in tale bonū sicut ap- Ad nonuz
petitus sensitiuus. ¶ Ad secundum dicendum q
volendo appetitū rationalē appetitū obedientez
rōi non solum voluntas sed appetit⁹ sensitiuus ē
appetitus rōnalis lz volūtas sit magis appetitus
rōalis q̄ appetitus sensitiuus.ex hoc autem non
seqt q appetitus sensitiu⁹ nō sit sbm̄ virtutū mo
ralū vel sint in sola voluntate sed hoc solum seq-
tur .s. q virtutes morales q̄ sunt in voluntate sint
simplicit̄ nobiliores q̄ ille que sunt in appetitu sē
sitiuo. ¶ Ad tertium dōm q intentio Augustini Ad decim
non est negare bonam delectationem in appetitu
sensitiuo sed intentio sua est dicere q illa bona de
lectatio / non est ex naturali inclinatione appe-
titus sensitiui. cui⁹ rō est.qz in hoie q̄zūcūq̄ vir
tuoso cū non sit oīno conformat⁹ sunt aliqui p̄mi

mot⁹ inordinati hoc est necesse habent adversarii dicere: qꝛ saltē inclinationem aliquam in bonum tionis quē dicūt ipressionē virtutis ponūt in appetitu sensitiuo: ꝛ p consequens necesse hñt ponere illi aliq̄ bonā delectationem. ❡ Ad.4.dōm ꝙ
Ad.11. phs qñ dicit ꝙ virt⁹ oculi facit bonū oculū ꝛc̄. nō itendit loqui de hitu virtuoso q̄ est virt⁹ humana sꝫ intendit generaliter de virtute put quelibꝫ potentia pfecta potens i pfectū op⁹ sibi conueniens dicit virt⁹. Vñ etiā ꝛ ſm illuꝫ modū potentia naturalis pfecta dr virtus ꝛ hoc pꝫ intuenti litterā nisi velit puertere textū ꝛ quantū ad hoc poit ibi phs eo mō i oculo ꝛ appetitu sensitiuo ꝛ etiā i volūtate ꝙ virt⁹ vniuscuiusq̄ facit ipsum bonuꝫ: ꝛ op⁹ ei⁹ bonū reddit. non aūt intendit ponere similitudinē quātū ad hoc ꝙ sicut appetit⁹ sensitiuus pticipat aliquo habitu q̄ sit virt⁹ humana sꝫ ꝙ hō
Ad.12. ita ꝛ oculus vel equus. ❡ Ad.5.dōm ꝙ appetit⁹ sensitiuus nō est determinat⁹ naturaliter etiā posito homine in puris naturalib⁹ ad obediēdū pmpte ꝛ absq̄ difficltate rōni ꝛ volūtati sicut volūtas
Ad.13. ꝗtū ē de se ē nata eligere bonū cōueniēs volūtati sꝫ iudiciū rōnis. ❡ Ad 6.dōꝫ ꝙ pricipās qđ pcipit principalr in homine ē ratio perfecta p prudētiam ꝛ illa ē que pcipit appetitui sensitiuo ꝛ volūtati cuius oppositū accipit ibi rō. ꝛ iō pcedit ex falsis ratio autem q̄ pcipit ē perfecta nobiliori virtute q̄ sit appetitus sensitiuus ꝛ illa virtus est
Ad.14. prudentia. ❡ Ad.7.dōꝫ ꝙ in potentia q̄ quātū ē de se ē determinata ad alterū nō oꝫ ex frequentia actus generari habitum sicut patet in oculo i quo non generatur habitus pp frequentē videre dato etiā ꝙ aliq̄s hit⁹ gñaret i voluntate nō oꝫ ꝙ ille habit⁹ sit tēpantia vel fortitudo vt infra patebit.
Ad.15. ❡ Ad.8 dōm ꝙ licet ois habit⁹ voluntatis sit nobilior ꝛ pfectior quantū ad subiectum q̄ habitus cuiuscūq̄ appetit⁹ sēsitiui sicut acuties exñs i auro ē pfectior ꝛ nobilior q̄ q̄cūq̄ existens in ferro nichil tamen phibet aliquē habitū appetit⁹ sensitiui eē pfectiorē quodā hitu voluntatis quātum ad faciendū opus virtutū pmpte ꝛ delectabiliter quātū ad op⁹ qđ debet exerceri mediāte appetitu sensitiuo sicut ē moderate cōcupiscere timere vel audere sicut etiam acuties ferri pfectior ē quātū
Ad.16. ad secandū q̄ acuties auri. ❡ Ad.9. dōꝫ dupliciter vno modo distinguendo de electiuo. qꝛ vno mō potest dici habit⁹ electiu⁹ habit⁹ eliciens actū eligendi ꝛ sic habit⁹ electiu⁹ accipiendo stricte electionem ē in sola voluntate. nec oportet ꝙ omnis habitus virtuosus sit habitus electiuus isto modo. qꝛ sic prudentia nō esset virt⁹ nec oportet p cōsequens ꝙ omnis virtus moralis vel omnis generaliter sit in voluntate. ❡ Alio modo potest dici electiuus habitus inclinans ad rectum finem ꝛ tollens a voluntate difficultatem eligēdi illō qđ est bonum ꝛ talis habit⁹ electiuus ē virt⁹ nec oportet omnem habitum sic electiuum esse in voluntate nam habitus existens in apppetitu sensitiuo potest inclinare in bonum finem qđ est moderare appetere cōcupiscere vel timere ꝛ potest tollere a voluntate difficultatem eligendi bonum circa passiones. qꝛ non patitur erca hoc difficultatem nisi propter tractum appetitus sensitiui ad oppositum. Pōt etiam dici ad hanc rationem distinguendo de eligere proprie dicto prout eligere ē actus voluntatis acceptantis pcōsiliatum ꝛ sic solius voluntatis est eligere. ❡ Alio mō potest sumi eligere large vt dicatur eligere quicunq̄ actus appetendi sequens iudicium rationis ꝛ ei obediens ꝛ sic potest dici eligere actus appetitus sensitiui pro
ut obedit rationi. ❡ Ad.17.dōm ꝙ maxima bona non sunt in vnico pfectibili sed in diuersis ſm ꝙ inter se habent gradus. vnde virtutes que sunt in appetitu sensitiuo sunt maxima bona respectu bonorum q̄ non sunt virtutes: sed sunt minora bona respectu virtutū q̄ sunt in parte intelle... is. Ad.17.
❡ Ad.18.dōꝫ ꝙ maior ē vera de eo ꝙ est talis virtus p presidentiam concomitatiuā ꝛ non essentiā Ad.18.
❡ Q aūt iusticia sit in voluntate cōcedat eū suis pbationib⁹. ❡ Ad.19.de electione solutū est i Ad.19.
quinto argumento prius facto. ❡ Ad.20.dicēdū Ad.xx.
ꝙ virtus moralis p essentiam potest esse in rationali non p essentiam dum tamen sit rationale participatiue. ❡ Ad.21.dōm ꝛ cōcedendum ē ꝙ i vo Ad.xxi.
luntate est aliqua virtus ꝛ quantū ad oēm differentiam ē habit⁹ sꝫ non semp qui habeat rationē virtutis sed in appetitu sensitiuo q̄ etiā ē idifferēs ponendi sunt habitus virtutes. ꝛ nō virtutes.
❡ Ad.22.respondet a quibusdaꝫ cum dr potētia Ad.xxii.
q̄ est i determinata ad finem ꝛ perfectionem ꝛ cetera: dicitur ꝙ illa maior ē vera de potentia mobili a diuersis motorib⁹ sic ꝙ potētia cōtra vtriusq̄ iudicium mouet sic ē de sensitiuo appetitu respectu rationis ꝛ voluntatis ex vna parte mouentis ꝛ respectu proprii obiecti sensibilis mouentis ex alia ꝛ vera etiā maior est. qñ potentia aliquo nata est moueri diuersimode bñ etiam male ab eodē obiectiue habitus tñ determinat vt ab isto moueatur vno mō tātū pmpte et delectabiliter ꝛ sic ē de intellectu respectu fātasie. si aūt sit aliqua potentia q̄ obiectiue potest moueri ab aliquo ꝛ ſm ei⁹ iudiciū mouet de necessitate si a nulla alia possit moueri obiectiue sic ē de volūtate respectu itellect⁹ talis
habit⁹ de nihilo seruiet. ❡ Ad.23.dōm de delecta- Ad.xxiii.
tione falsū ꝛ suppōit argm̄ qꝛ sumit ꝙ nulla sit ve- Ad.xxiiii.
ra delectatio in appetitu sensitiuo. ❡ Ad.24.de principalitate nichil ad ppositū qꝛ sumit totū hominē q̄ principat ſm ptes superiores itellectū et voluntatem ꝛ istū habere oportet pfectā moralē virtutem ꝛ prudentiā maxime vt ꝯcludit in tertio
❡ Ad.25.dōm ꝙ virtutes sunt in rationali p participationem ꝙ tamē est humanuꝫ ꝛ sic sūt aliquo Ad.xxv.
modo virtutes iōꝫ pficientes rōnales participatiue. qꝛ determināt a rōe. d. ethicoꝝ. nō tñ oꝫ ꝙ sint ꝟtutes p pticipationem imo p eēntiā. Cū vero addit eū virt⁹ ē habitus electiuus seu volūtari⁹ dōꝫ ꝙ cū electio sit finis ꝯsilii nō solū voluntas mouetur a consilio sꝫ etiam appetit⁹ sensitiu⁹/pōt etiaꝫ dici ꝙ electio est appetit⁹ sensitiui vt ei⁹ qđ seqt electionē. Vl' dōꝫ ꝙ ē electiu⁹ nō elicitiue: sꝫ quia nō est sine electione vñ dicūt virtutes siue electio
ne vel nō sine electione. ❡ Ad 26.dōm ꝙ bñ ali Ad.xxvi
qua virtus ē in voluntate sꝫ nō ois. ❡ Itē respectu ois ipetū ē bene aliq̄s habit⁹ in volūtate forte sed nō q̄ sit virt⁹. ❡ Ad.27.dōꝫ ꝙ potētia ꝯcu Ad.xxvii.
piscibilis ꝛ irascibilis q̄ouscūq̄ mēbris ablatis manēte vita remanēt. Vñ non auferuntur ab inuito nisi p mortem qñ virtus auferetur in essentia non
effectu. ❡ Ad.28.dōm ꝙ virt⁹ ē spūalis p obediētiam non essentiam. ❡ Ad. 29.dicendum ꝙ Ad.xxviii.
actus virtutis cum suo pricipio qđ est ratio sit si Ad.xxix.
ne transmutatione; sed actus alius executiuus

qñ sit cum mõtu nichil obstat ꝙ etiam actus exte
Ad.30. rior ē actus virtutis. ❡ Ad.30.dr̄z ꝙ nõ ē altera
Ad.31. tio. qz ſm eas ē salus: ⁊ pfectio. ❡ Ad.31.dr̄m. ꝙ
Ad.32. man⁹ obedit dispositiue appetit⁹ despotice. ꝫ nõ
ē simile. ❡ Ad.32.dr̄z. ꝙ homini ſm ꝙ hõ dicũt
Scḋa opi cõuenire nõ solũ q̄ sunt rationis p eẽntiã sꝫ etiã q̄
nio q̄ ē de sũt ei⁹ p obiam. ❡ Scḋa opio. hꝫ tres ↄclones.
fontibus. ❡ Primo. ꝙ nõ oꝫ ponere ĩ voluntate aliquē hꝫitũ
pp ipsi⁹ ĩdeterminationē sicut p̄mi ponũt. qz ista
ĩdeẽmiatio ē ex pte ĩtellect⁹ ita scꝫ ꝙ bonũ ↄclusũ
p cõsiliũ determinet volũtatē sine alio. videmus
eñ ꝙ ille qui iudicat aliq̄d faciendũ vt nũc lꝫ iudi-
cet illud malũ simplicit̄ illḋ bonũ qḋ ſꝫ iudiciũ rõ
nis p̄ponderat vt nũc illud nũc exeq̄t̃ sꝫ qz app̄h̃
dit̃ vt malũ aliquo mõ sieeũ q̄dã renisu. vñ ⁊ tale
voluntariũ dicit̃ mixtũ sicut patet in illo q̄ ꝓicit
merces ĩ mare ꝙ q̄d ē nõ fieret si apprehensio deẽ-
miaret volũtatē. ⁊ rõ nullã rõem mali oñderet in
volito ꝓmpte volũtas illḋ appeteret. vñ pꝫ ꝙ app̄
hensio retrahit voluntatem avolẽdo respectu ma
li ⁊ determinat respectu boni cõuenientis. cũ ꝗ illḋ
qḋ ē ĩdetermiatũ de se natũ deẽminari p aliud nõ
habẽs ĩpedimẽtũ p̄eũte deẽminatiõe deẽmmetur
nõ mirũ ē ꝙ volũtas p̄eunte ĩtellectu ⁊ oñdente si
bi bonũ cõueniens deẽminat̃ p ip̄m. nec pp rõem
hui⁹ deẽminatiõis oꝫ ponere aliquē hꝫitũ in volũ
tate. hanc autem determinationem volũtatis p in
tellectũ nõ intelligo p aliquã coactionē vel neces
sitatē immutabilitatis. qz nec talis deẽlatio fit p
aliquē habitũ moralē sꝫ hec deẽmlatio tm̄ ē p quã
dã ĩclinationē ip̄i⁹ voluntatis ad aliq̄d volendũ
2. cõclusio sicut ē p habitũ ❡ Secunda conclusio est. ꝙ oẽs
morales virtutes sunt ĩ appetitu sensitiuo. qz me-
dium ⁊ extrema sunt ĩ eodē genere. 10. metaphisi-
ce. ⁊ sic ĩ eodē sbõ. qz cõtraria ex eodē. 10. meta. sꝫ
moralis q̄libet mediat circa passiones. Passiões
aũt sunt ĩ appetitu sensitiuo vt pꝫ ex diffinitione
passiõis. 2. ethicorũ ab eustachio. ꝗ. ⁊c. ❡ Itẽ cir
ca difficile semper ars fit et virtus. 2. ethicorum.
in illo ꝗ ponenda ē virtus ex parte cuius accidit
difficultas. habitus enim quo quis prompte ⁊ fa
ciliter operat̃ ſꝫ ↄmentatorē tertio de aĩa. debet
poni in potentia patiente difficultatem ex natura
sua nuda sed difficulta a bene operandi ē ex par-
te appetitus sensibilis sicut patet in fine p̄mi ethi
corum: ⁊ in fine tertij. cum mensurat ⁊ paucas ⁊ in
nullis contrarias rationi tale enim bene persuasi
bile dicimus. ⁊c. ❡ Item virtus est in illa poten-
tia sicut in subiecto cuius actum reddit bonum p
se ⁊ directe cuꝫ virtus sit habitus. ⁊c. dico autem
p se ⁊ directe. qz virt⁹ existens in appetitu reddit
ĩdirecte bonũ actũ intellectus practici lꝫ ẽtuꝫ q̄lis
est vnusquisq꜠ talis sibi finis vꝫ. 3. ethicoꝝ ⁊. 12. re
thorice. non similiter iudicamus amãtes ⁊ odien-
tes sꝫ virt⁹ moralis reddit per se et directe bonũ
actum appetit⁹ sensitiui. qz vt dicitur. 2. ethicorũ
capitulo. 10. habitus sunt ſm quos ad passiones
nos habem⁹ bene vel male ⁊ loquit̃ de morali pas
sio autē ē appetitus sensitiui act⁹ ⁊ nõ alt̃ius / q̄re
3. cõclusio ⁊c. ❡ Tertia cõclusio est ꝙ nulla virtus moralis
ē in voluntate volũtas ei sine habitu inherente nõ
potest ĩ obiectũ supnaturale sicut ē caritas ⁊ spes
sꝫ in obm̄ naturale potest sicut ⁊ intellectus sine fi
de nõ cognoscit supernãlia sꝫ tm̄ nãlia immo non
solum potest voluntas in velle absolute sine ha-
bitu immo faciliter ⁊ delectabiliter. potest eni na

turaliter velle quicquid intellectus potest natura
liter ĩtelligere: ⁊ sibi ad volendũ p̄sentare cum si e
ei ꝓportionata. ❡ Itẽ põt faciliter. qz difficultas 2. ratio.
non contingit vel tristicia in actu voluntatis nisi
ex apprehensione rationis pp hoc eẽ graue ꝓice
re merces. qz intellectus q̄ hoc oñdit esse bonum
pp salutē ostendit eciã hoc eẽ maluꝫ pp paupertatē
ceterũ si intellect⁹ sibi diceret ꝓ certo ꝙ illas mer
ces sine damno et mora rehabere posset: et forte
multiplicabilitas sine difficultate eas proiceret
Vñ qz ratio potest ostendere aliter q̄ꝫ debet vel ꝓ
pter vicium sui vel propter passiões sensualitatꝭ
turbantes eius iudicium ⁊ propter aliud. iḋ suffi
ciunt duo genera virtutum scilicet perficiens ĩtel
lectum ⁊ virt⁹ pficiens appetitũ sensitiuũ quibus
duob⁹ pfectis cessat oẽ quod p̄stabat difficultateꝫ
voluntati ad actum eius virtuosum. ❡ Practea in 3.
voluntate nõ põt poni virtus nisi iusticia. qz ipsa
non querit bonũ indiuidui sꝫ excedit. Vñ nõ põt
poni in appetitu sensitiuo q̄ nõ ē ad alteruꝫ vt di-
cunt alij. ❡ Sꝫ cõtra. qz aut excedit bonũ vnius
indiuidui non omnis ⁊ sic non quelibet iusticia eẽt
extra appetitũ sensitiuũ q̄ etiã ē ad alterũ deẽlatũ
ĩdiuiduũ sicut ouis diligit pastorē odit lupũ / aut
excedit naturam cuiuslibet indiuiduꝫ: ⁊ sic ⁊ nãm
speciei que non est aliud a natura omniũ indiuidu
oruꝫ. ⁊ sic eẽt ĩ habitus ĩfusus nõ acq̄sit⁹. ❡ Preter 4.
ea. si iḋ ponitur iusticia ĩ volũtate q̄ est ĩmãlis. qz
est diffcili⁹ velle bonũ alteri q̄ꝫ sibi cũ actus forti
tudinis plus habeat de difficultate q̄ꝫ omnis act⁹
virtutũ ē etiã pp alteꝝ. s. bonuꝫ reipublice pari ra
tione ipsa esset ponenda in voluntate.
❡ Preterea aicabilia que sunt ad alterũ veniunt
ex aicabilib⁹. q̄ sunt ad se. si ꝗ propter sibi velle: et
operari bonũ nõ oꝫ ponere virtutē nisi in appetitu
sensitiuo. ꝗ nec pp velle operari bonum alteri.
❡ Itẽ. aliter ab alijs ꝓbat̃ qz nulle virtutes sunt 5.
in voluntate. non intellectuales planũ est. nec mo
rales actus enim virtutis moralis est passio vt pꝫ
scḋo ethicoꝝ sꝫ in voluntate non est passio. ꝗ ⁊c.
❡ Itẽ nichil cui⁹ actus cũ sit ē cũ quadã altera- 6.
tione ē in volũtate: qz ad actũ volũtatis nõ seq̄t̃
alteratio ad actus ei sensitiui seq̄t̃ scḋꝫ illḋ phi de
motibus aĩaliũ tristibilia ⁊ delectabilia oĩa eũ ca
liditate ⁊ frigiditate. hoc aũt palã ex passionibus
ē sꝫ acquisitio virtutꝭ ē cum quadã alteratiõe vt pꝫ
maxime. 7. phisicoꝝ. ꝗ virtutes morales nõ sunt
in voluntate. ❡ Itẽ ꝓbatur ꝙ positꝭ virtutibus ĩ 7.
sensitiuo non sunt potentie in voluntate qz frustra
fit p plura qḋ potest fieri per pauciora. sed positis
virtutibus in appetitu sensitiuo eẽnt frustra in vo
lũtate. ꝗ. ⁊c. ❡ Probatio minoris si ponãt̃ in volũ
tate altera ē de trib⁹ causis qz aut pp difficultatē
quã hꝫ de se ad bonũ vel pp ĩdeterĩnatiõeꝫ vel pp
passionũ mensuram ⁊ modificationem. nullo isto
rũ modoꝝ oꝫ in voluntate eas ponere. ergo. ⁊c.
eũ ꝗ dicit̃ ĩ fine primi eth. cõcupiscibile ⁊ vniuer-
saliẽ appetibile accipit nõ ꝓ volũtate sꝫ ꝓ irasci-
bili qui ibi non exprimitur.
❡ Sed contra istud videtur quod immo in volũ Contra
tate oportet ponere aliquos habitus. qz sunt que opiniones
dam creature in quibus appetitus intellectiu⁹ ē secundaꝫ.
sine sensitiuo vt in angelis: ⁊ quedam in quibus sen
sitiu⁹ sine intellectiuo vt in brutis. quedam in
quibus vterq꜠ vt in hominibus. In an-
gelis ergo voluntas vult bonum propositum ab

intellectu ꝛ determinatur ad ipsum sine difficultate ꝛ
resistentia. quia nichil est sibi coniunctum ꝙ ipsam
retrahat ab appetitu boni determinati per intelle
ctum. vñ in eis nō requiritur aliquis habit⁹ ī volū
tate ad assequēdū felicitatem naturalē. similiter
in brutis nō est aliquod retrahēs appetitum sensi
tiuū a ꝓsecutione sensibilium a sensu ostensoꝝ. vñ
bruta ſm imperiū feruntur in delectabilia nec habitū
requirunt. sed in homine vterqꝫ appetitus radicat
in essentia anime eadē. ꝛ iō vnus retrahit aliū. ꝛ iō
vterqꝫ eoꝝ patitur difficultatem tendendo in suū
obiectum volūtas quidē tendendo in bonū honestū
ꝑꝑ tractū appetit⁹ sensitiui appetitus vero sēsitiu⁹
tendēdo in bonum cōueniēs ſm sensum ꝑꝑ tractū
voluntatis: sicut patet ī cōtinēte q̄ non sequit passi
ones sine difficultate nec sequit dilectabilia sine re
nisu ꝛ remorsu ꝛ sic tract⁹ appetitus sensitiui retra
hit voluntatē ꝛ impedit ne de facili possit determi
nari ab intellectu. ꝛ ex hʼ ē q̄dā indeterminatio ī vo
luntate ꝑ quā īdifferēter potest trahi ab appetitu
sensitiuo vel a bono honesto et cū difficultas ista ꝛ
per consequens indifferentia sit formaliter ī volū
tate causata tñ ab appetitu sensitiuo. oꝫ ꝙ tollatur
per habitum aliquem existentē formalr ī volunta-
te ita ꝙ requirit vn⁹ habit⁹ ī voluntate tollēs istā
difficultatē: ꝛ ali⁹ habit⁹ ī appetitu sensitiuo faci-
ens eū bene obedientē rōni nō retrahentē ipām: ꝛ
similiter in actu vicioso requiritur vn⁹ in volunta
te inclināns ipam ad delectabilia ſm sensum: ne re-
trahat ab eis appetitū sensitiuū: ꝛ ali⁹ in appetitu
sensitiuo tollēs difficultatē causatā in eo ex tractu
voluntatis ꝛ ponit exēplum de duob⁹ hoīb⁹ quo
rum si vn⁹ eēt expers rōis hñs tñ appetitū sensiti
uū prompte ferret ī delectabilia ſm sensū. ꝛ si ali⁹
econuerso esset expers appetit⁹ sensitiui hñs tātū
vsū rationis prompte ferret in bonum honestum
¶ Sed ista rō deficit sicut apparebit in obiciendo
cōtra sequentem opinionem. ¶ Ad illud de ꝑma
Solutio. cōclusione dōꝫ ꝙ voluntas determinat ꝑ itellectū
Ad rōnes sꝫ qualis ē vnusquisqꝫ talis sibi finis videt. vñ ha-
opinionis bitus existens in voluntate facit eā differēter det-
minari a ratione: ꝛ sic ē necessari⁹ ī ea. ¶ Ad illa
de scdā cōclusione dōm: ꝙ cōcludit primū argumē
tū aliquas virtutes eē ī appetitu sensitiuo puta tē
perātiam ꝛ fortitudinē q̄ sunt circa passiones non
aūt iusticiam q̄ ē principaliter circa operationes.
¶ Ad scdm dōm: ꝙ difficultas ē non solū ī appe-
titu sensitiuo sꝫ etiā ē itellectiuo ꝛ indifferentia ad
bene ꝛ male etiā sine tractu sensitiui aliter ī ange-
lis non posset esse peccatum. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ
virt⁹ reddit bonū actū voluntatis non solū appe-
titus sensitiui. ¶ Ad illa de tertia cōclusione dōꝫ
Ad rōnes ad primū ꝑ iterēptionē volūtas ei habet īpedimētū
factas ꝑ intrinsecum volendi bonū sicut qꝛ ē intellect⁹ hūa
3. ꝯclusiōe n⁹ tardus ē et obscurus ad itelligendū verū ꝓpter
cōiunctionē et vicinitatem ad sensum. sic volūtas
ē min⁹ prompta ad volendum bonū rationis ꝑꝑ
cōiunctionē ad appetitū sensitiuū ꝛ hoc īpedimē
tum ē ei naturale ꝑꝑ ꝙ tollendū volūtas humana
habitu morali īdiget q̄ ē virtus moralis sicut itel
lect⁹ human⁹ hītu vel virtutib⁹ itellectualib⁹: q̄ tñ
habituū neutrū ponim⁹ ī angelis. volūtas ḡ habꝫ
duplex īpedimētū ī volēdo bonū rōis: vnū extrin
secus ex actuali retractione sensualitatis. qꝛ vnus
appetitus trahitur ab alio in hac vita propter fo-
mitem. Unde non est aliquis in malo ita obstiat⁹
vel habituatus cuius sensualitas ita faciliter: et
delectabiliter feratur in delectabile contra ratio
nem sicut brutum. qꝛ semꝑ manet synderesis rati
onis malo remurmurans nec ecōuerso ē aliquis
in bono ita habituat⁹ dū tñ ī eo fomes nō sit extinct⁹
q̄ ita faciliter ꝛ delectabilit feratur in bonū rōnis
sicut angel⁹ ꝛ hoc ē ꝑꝑ tractum fomitis in cōtra-
riū. ꝛ hoc īpedimētū tollit ꝑ virtutes morales q̄
sunt in appetitu sensitiuo. sꝫ aliud ē īpedimentum
naturale ꝛ itrinsecum vt dcm̄ est ꝙ precipue attē-
ditur in volendo bonū ꝓximi. parum ei difficile ē
volendo bonū ꝓpriū ꝙ ratio dictat Unū non op
tuit ꝑꝑ hoc esse virtutem que est de bono ꝛ de dif-
ficili. sꝫ difficilius ē velle ꝛ operari bonum ad alte
rū sicut ad seipsum. vñ ꝑꝑ istud impedimentū po
nit in ipsa volūtate iusticia. ¶ Ad scdm dōm: ꝙ Ad scdm.
actus iusticie ē supra naturam indiuidui nō elici-
tiue. qꝛ quilibet homo ex puris naturalib⁹ potest
hunc actum elicere sꝫ obiectiue qꝛ ē ad alterum.
Unū ex hoc nō sequitur ꝙ iusticia nō sit virtus mo
ralis acquisita. ¶ Ad tertium dōm. ꝙ aicabilia Ad tertiū
q̄ sunt ad alteꝝ venerunt ex amicabilib⁹ q̄ sunt ad
seipsum non essentialiter sꝫ originalit: nichilomi
nus tñ difficili⁹ ē velle bonum alteri q̄ȝ sibi sicut
idem ignis intēsius agit ī calefactibile ꝓpinquū
q̄ȝ remotū. ¶ Ad quartum dōm. ꝙ bonū alienum ē Ad q̄rtuꝫ
difficilius q̄ȝ bonū fortitudinis ad appetendū ꝑ
tanto ꝙ non apprehenditur sensu sed intellectu.
iō etiā appetit itellectiuo nō sensitiuo.
¶ Ad quintū dōm. ꝙ passio est actus virtutꝭ mo Ad quītū
ralis vel elicitus vt ī temperātia ꝛ fortitudine: vl
īperat⁹ vt ī iusticia. ¶ Per idē ad sextū. Ad sextū.
¶ Ad septimū dōm. ꝙ positis tem̄pantia ꝛ forti ad septimꝫ
tudine ī appetitu sensitiuo non superfluit iusticia
in volūtate. nec etiā habitus correspōdentes aliis
si ponant qꝛ preter tractū appetitus sensitiui habꝫ
voluntas īdifferentiam respectu intellectus/non
quin sequatur eius iudicium. sed ex sua affectiōe
habituali mutatur eius iudicium ꝛ aliter vt dice-
tur. ¶ Tertia est opinio dicentiū omnes virtutes 3. opinio.
morales essentialiter ꝛ non solum ꝑ ꝑticipationē
eē in voluntate et appetitu sensitiuo ita scꝫ ꝙ ī vo
luntate sint iusticia tēperantia ꝛ fortitudo: vere ꝟ-
tutes. nō autē fortitudo ī cōcupiscibili. nec tēpe-
rantia in irascibili et est opinio ꝓbabilis multū.
motiua aūt horum sunt hec.
¶ Primum tale. In illa vi posite sunt virtutes 1. ratio.
que delectabiliter / et faciliter operatur id quod
ratio dictat. virtus enim ē que habētem perficit
ꝛ c. et que consueta sunt delectabilia sunt. secūdo
rethorice. habitum autem virtutis ex cōsuetudīe
habemus. secundo ethichorum. signum supuenī-
ens habitus ē delectatio. ī eodē scdo. sꝫ volūtas
non delectabilit faciliter ꝛ prompte operat obse-
quendo recte rationi. similiter appetitus sensitiu⁹ Secunda
quare. ꝛc. ¶ Scdm tale ē in quacunqꝫ potentia est
positiue aliquid retrahens a rectitudine rationis
oꝫ ponere virtutem qua bene disponatur aliter de
uiaret a rectitudine rationis sed non solum in ap
petitu sensitiuo / immo etiam in voluntate est ali-
quid retrahens a rectitudīe rationis maxime ſm
statum nature corrupte. s. difficultas ad bonum ex
peccato originali procedens ex primis parenti-
bus. igitur in ipsis oportet ponere virtutem mo-
ralem dirigētem ipsam ne diuertat per illud ꝛ nō
solum in appetitu sensitiuo. ¶ Item preter habi Tertia.

tus qui sunt in parte cognitiua intellectiua oportz ponere habitus aliquos in parte sensitiua cognitiua vt solleritiā. z prudentiam particularem vt dicit Aristoteles i magnis moralib⁹. qz sūt nate aliter moueri ꝯm dictamē recte rationis ꝯ similit' preter habit⁹ q̄ sunt in appetitu intellectiuo optet ponere aliqs habit⁹ i appetitu sēsitiuo z ceō uerso

Quarta ¶ Preterea. sicut voluntas sequit' iudiciū rationis vltimatū necessario: sic intellectus possibilis necessario iudicat ꝯm repsentationē fantasie: sz ꝯ non obstante non solū ponit' habit⁹ in fantasia sed magis in intellectu. ꝯ pari rōne nō sufficit prudentia i intellectu nisi ois virtus quā ipa regulat sit in voluntate quā regulat rō z multo magis i appetitu

Quinta sensitiuo qui regulanti rebellat. ¶ Preterea. nō magis determinat' voluntas ad electiōes p pceptionē ꝯ i intellect⁹ ad cōclusionem p cognitionē principiorū inducens eū ad mox cognouit. sed hoc nō obstāte pter habitū principiorū i intellectu ē ponere in eadē habitū cōclusionū differentē. ꝯ similiter pter habitū cōsiliatiuū i intellectu ē ponere habitū electiuū in voluntate z multomagis i appetitu sensitiuo q̄ nō ita necessario sequitur iudiciuz rationis.

Cōtra. 3. opinionē; arguit doctor ¶ Sed cōtra hoc pōt sic argui. qz difficultas existens in appetibilib⁹ cōiunctis ex mutua retractione nō est formaliter i eis p modū qualitatis manētis sz p modū fluxus z fieri vel passionis. ad tollendū aūt formā q̄ est in fieri nō opoztet ponere in subiecto aliquā qualitatē ꝯtrariā sz sufficit tollere agens sicut opacū inpositum suff cit ad tollendū lucē. vñ sicut remoto phibente graue descēdit nec opoztz ad descensum qui cōsequitur grauitatē aliquid iprimere graui sz tm̄ ipediē re phibēs sic ad ꝯ ꝙ sensualitas sequat' ostensionē non oz ponere in ea sed solum sufficit ponere in voluntate habitū non retrahen: ē. vñ hit⁹ quicūq̄ ē est in sensu absolute nō ꝯ ē ad hoc ꝙ ipa prompte sequat' iudiciū sensus sz si sit in ea ē ad hoc vt obediat rationi. Similit' ad hoc ꝙ voluntas pmpte sequat' iudiciū rōnis ꝙ est ei naturale nihil oz ei addere sz solū sēsualitati ne retrahat sz magis obediat z ꝯm hoc ois habitua viciosus est in voluntate. z ois virtuosus i sēsualitate. habit⁹ et viciosus est ad sequendū iudicium sensus ꝙ est naturale sensualitati vnde nō indiget hitu z innāle voluntati. z iō indiget hitu:et ecōuerso. habitus virtuosus ē ad bonum rōis ad qꝺ voluntas ex natura sua determinata est. vñ nō indiget determinari habitu. sensualitas autem est indeterminata de se. habet cm̄ se ad illud inquātū pt obedire vl' nō obedire. vñ indiget hitu determinante ad obediendū: z p ꝯns ad bonū rōnis psequēduz Sed ista rō magis ē cōtra scdam opinionē q̄ nullū ipedimētū ponit in voluntate nisi ex sensualitate. hce aūt ponit ex peccato originali et natura sua corrupta. Posset tm̄ responderi ad rōnes opinionis z bñ concludunt eē aliquas virtutes i ol appetitu sz nō ois. vel excludūt in omni appetitu eē habitus correspondētes ol virtuti nō aūt qui mercantur nomē virtutis sp tm̄ due vltime rationes nihil cōcludūt Prima q̄ est quarta non valet. qz non est simile de intellectu respectu fantasie q̄ licet non posset intelligere nisi fantasiando potest tam̄ multa intelligere non directa fantasiata sicut vniuersalia z fantasiata sed voluntas non potest velle nisi intellectū sub illa ratione omnino. ¶ Ad quintum autem ē dicendum ꝙ est ad oppositum. qz licet habitus cognitiuus pricipiorum per se z absolute sine ordine ad conclusionem sit alius ab habitu cōclusionum demonstratarum sicut differt scientia subalternās a subal'ernata z potest haberi sine illa tamen habitus quo scitur conclusio p principia: q̄ ē demonstratiuus ē vnus sicut ē ipa scientia subalternata qz demonstratio tota includit premissas cū cōclonib⁹. vn̄ si pter habitū demōstratiuū q̄ ex pmissis necessario i fert cōclusionē non oz ponere alius habitū cōclusiuū āte ita preter habitū cōsiliatiuū qui est prudentia in intellectu ad cui⁹ cōclusionem vltimatā sequitur necessario electio in voluntate non opoztet ponere in eo pter hoc solum hītū electiuum nisi alia necessitas appeat. ¶ Quarta opinio ē ꝙ virtus moralis potest esse in appetitu z in intellectu possibili z in voluntate. primo q̄dem: qz quot modis dicit' vnū oppositoꝝ tot modis dicit' z reliquū. vñ cū virtus z viciū vel peccata sint opposita sicut sunt tres peccatorum radices i ꝯle scz ignorantia. q̄ ē corruptio intellectus. malicia que est corruptio voluntatis. infirmitas que est conditio appetitus sensitiui. ita sunt tria genera virtutū q̄dā est ptus q̄ radicat subiectiue in intellectu que of prudentia opposita scz vicio q̄ oritur ex ignorantia subiectiue similiter radicantur i intellectu qz priuatio z habit⁹ sunt circa idē. ¶ Alie v rtus q̄ radicat' subiectiue in voluntate dicta iusticia: et opponūtur viciis p̄uenientib⁹ ex certa malicia q̄ etiam subiectiue ponūtur in voluntate. s. iniusticia qz ei bonū ē diffusiuū sui psiue et bonitate puenit ꝙ aliquis alteri ius suū reddat. ¶ Alie sūt virtutes que radicant' subiectiue i appetitu sensitiuo vt fortitudo z tēpantia opposite. s. viciis ex infirmitate puenietib⁹ qz ex magna firmitate pucit in carne pter carnē viuere ꝙ ē tēpantie. z mortis picula nō timere ꝙ est fortitudinis. ad has aūt vt ad cardines ois alie virtutes ordinant' z ad eas ꝯtra reducunt' ¶ Preterea. circa idē sunt mediū z extrema sz vicia cōsistunt i extremitate passionū: virtutes aūt in medio. ꝯ in appetitu erūt passiōes i moderate z ad medium redacte et per consequens vicia z virtutes. similiter in voluntate erunt extrema viciosa vt prodigalitas et auaricia z medium virtuosum vt liberalitas et iusticia.

4. opinio

¶ Preterea. pmo politicoꝝ. pt⁹ regitiis ē sicut ē prudentia z bonitas. qz tyrannus maliciosus non bene regit aut fatuus requiruntur in principe. in ciue autem virtus obeditiua que corrumpitur per intēperantiam. qz ebrius non bene sequitur ducentem vel duce. In seruo autem respectu domini qui virtutem reclamandi nō hꝫ non ponitur virtus moralis de eius ratione ē ꝙ spōte agat. In anima aūt est duplex principatus. Vn⁹ despoticus. i. dñatiu⁹ respectu membroꝝ que ad nutum obediūt: in q̄bus non ponitur virtus moralis. Alius est principatus politicus respectu potentiaꝝ anime itaꝙ potentie intellectiue scz intellectus z voluntas: ꝙ regunt debent habere virtutes regitiuas. scilicet prudentiam z iusticiam. Potentie vero appetitiue sensitiue. q.q. ciues obed unt debent habere virtutes obeditiuas. scz temperantiam. z fortitudinem ꝯhs cm̄ ibi assimilat principatum e oniunctū et me thaphozicum qui est in regno an'me principatui distincto et propter supposito q̄ ē i exercitu. ¶ Preterea. quatuoz sunt gn̄a poztioꝝ ale. q̄dā ei sunt irrationales pure q̄ nec hn̄t in se nec participant in

alio rationem sicut vegetatiue in quibus nullus ponit virtutem moralem. ¶ Alie sunt rōnales q̄s phs.1.eth icoꝝ subdiuidit i rōnales p eēntiā q̄ sūt due. vna actiua scʒ. intellect⁹ agēs i qua nulla ē virtus. alia passiua scilʒ intellectus possibilis in qua ē prudentia et alie q̄ plures virtutes itellectuales Alie sunt rōnales p participationē vt appetitiue tā itellectiue vt voluntas q̄ sensitiue: vt irascibilis ꝛ cōcupiscibilis i voluntate. q̄dā ē iusticia ꝛ ꝑs eius subiectiue i irascibili fortitudo i cōcupiscibili tpantia. ¶ Ad quorū euidentiā sciendū ꝙ potētia pōt eē determiata vel idetermiata dupliciē. vno mō q̄ ad exercitiū qꝛ pōt agere ꝛ n̄ agere. ꝛ hec determiatio tollitur p volūtatē vt dr̄.9.metaphisice. ꝙ ꝓheresis determiat. Alio mō q̄ ad moduʒ agendi pōt agere sic vel aliē puta faciliter ꝛ ꝓmpte vl̄ difficiliter ꝛ tarde Item potest delectabiliter ꝛ tristabiliter. ꝛ ista determiatio fit p habitū illi potentie inherentē. est eñ habit⁹ q̄ quis opari pōt cū voluerit prompte. s. et faciliter. Item delectabiliē. quia hñs hītū iusticie delectaē i operib⁹ iustis.1.ethicorū. qꝛ q̄ vires aie rationales sunt determinate quo ad vtrūqʒ rōnales vero p essentiam vt intellectus agens. Item ratiōales participatiue vt sensitiue cognitiue saltem exteriores sunt determiate quo ad modū nō ei p frequētiam actuū ꝓmpti⁹ eliciūt suos act⁹. iō i istis nulla ponitē virtus que ē determinatia mōi tm̄. qꝛ hīt⁹ nō ē principiū act⁹ q̄ ad substantiā sʒ q̄ ad accidentalē dr̄am. Alie vero sūt vires aie idetermiate q̄ ad vtrūqʒ vt intellect⁹ possibilis q̄ frequēter syllogisando sit ꝓmpte sillogisans ꝛ sic de alijs habitibus scientificis. silr̄ voluntas ꝛ appetitus sensitiuus q̄ p assuefactionē fit facile obediens rōni. et iō in hijs tribus generibus potentiarū ponitē virtus moralis ad terminanduʒ

5.opinio. modū. ¶ Quinta ē opinio ꝙ virt⁹ q̄ ē circa passiones inclinās i illud qđ est bonū circa passiones sicut ē tēpantia vel fortitudo ē in appetitu sensitiuo tm̄. ¶ Ad cuius euidentiā. quatuor sunt p ordinē declaranda. ¶ Primū ē distinguere de habitibus q̄ sunt circa passiones. ¶ Scđm ē q̄s habitus in q̄ potētia habet eē. ¶ Tertiū ē ostendere q̄s habit⁹ habeat rōem virtutis. ¶ Quartū ē ondere q̄ mō id qđ participat appetit⁹ sensitiu⁹ a ratiōe hʒ rōeʒ virtutis humane pl⁹ q̄ illud qđ participat manus vel oculus motus a ratione.

1. articul⁹. ¶ Quantū ad primū sciendū ꝙ circa passiōes potest eē triplex habit⁹. Vn⁹ dirigēs ostendēs ꝛ precipiēs q̄d sit rectū ꝛ bonū fm̄ rōeʒ i ipsis passiōib⁹ ꝛ iste hīt⁹ ē prudētia qꝛ prudētia ē rectā rō agibiliū agibilia aūt hūana recta rōe regulata sūt sicut moderate cōcupiscere vel timere. Ali⁹ ē habit⁹ q̄ mot⁹ iordinatos passionū refrenat ꝛ retinet cōsensuʒ voluntatis ne a vehementia passionis trahatur. ꝛ hic vocaē cōtinentia. qꝛ cōtinet voluntatē ne trahaē a passionib⁹ ꝑcipue delectabilib⁹ i cōsensū malū qꝛ tales passiōes maxime habent ad se trahere. ¶ Terti⁹ habit⁹ ē qui facit actum virtuosuʒ q̄ ē circa passiones sicut ē moderate cōcupiscere ꝓmpte ꝛ faciliter ꝛ delectabiliē in huiusmodi: sicut mot⁹ qui sequitur rem ex propria inclinatione ē naturalis facilis ꝛ delectabilis q̄tū ad rē habentem cognitionem ꝛ talis habitus respectu passionum dicitur temperantia ꝛ fortitudo. qꝛ temperatus faciliter abstinet ꝛ delectabiliter ab illicitis.

2. articul⁹ ¶ Quantum aūt ad scđm dicunt ꝙ primus habitus est in intellectu. scđs in voluntate. tertius i appetitu sensitiuo. ¶ Primū satis patet. qꝛ omnis habit⁹ directiu⁹ tā i agibilib⁹. q̄ scibilib⁹ ē i itellectu. ¶ Secundū a sūt ꝓbant duplici ratione. Prima ē talis ꝛ ē cōmunis i illa potentia fm̄ quā differt cōtinēs ab icōtinēte ē cōtinentia sicut i subiecto sʒ hec ē sola voluntas. ergo ꝛc. ¶ Maiorē suppono. qꝛ videē satis plana. ¶ Minorē ꝓbo. qꝛ aut differt fm̄ intellectū. aut fʒ volūtatē. aut fm̄ appetitū sensitiuū. nō fm̄ itellectū. qꝛ vterqʒ hʒ rectā rōnē estimationē habitualē licet actualis corrūpaē vehemētia passionū i cōtinente in hora cōsensus in delectationē. nec fm̄ appetitum sensitiuuʒ. qꝛ vterqʒ habet vehemētes ꝛ imoderatas passiones. volūtas aūt differt in vtroqʒ. qꝛ i vno cōsentit in malū i alio nō. ergo cōtinens: ꝛ icontinens i eo ꝙ huiusmōi differūt fm̄ solā voluntatem. ꝛ sic patet minor.

¶ Sed forte cōtra hoc aliq̄s diceret ꝙ cōtinētia ē in appetitu sensitiuo ꝛ ꝙ cōtinens ꝛ incontinens differunt fm̄ habitum sensitiuum. qꝛ cōtinens hʒ grauiores passiones q̄ incontinens.

¶ Sʒ hoc nō valet. qꝛ experimento pōt haberi ꝙ frequenter ille cōtinet: q̄ habet grauiores passiones: ꝛ ille labitur in cōsensum q̄ habʒ min⁹ graues ¶ Scđa rō talis ē q̄ continet voluntatē ne cōsētiat i malū actū existente vehementi passione i appetitu sensitiuo i appetitu sensitiuo nō ē/sed i voluntate. ꝛ hoc videē planū. qꝛ habit⁹ appetitus sensitiui nō facit ad hoc ꝙ voluntas eligat qđ bonū ē circa passiones nisi reprimēdo vel diminuēdo passionē ꝛ ei⁹ impetū siue tractū. talis aūt impressio vel diminutio saltē actualē nō est cū passionis vehemētia sʒ ꝯtinētia retinet voluntatē a malo ꝯsensu existente passione i appetitu sensitiuo existente etiam vehemētiore passione q̄ sit q̄nqʒ i incontinente. ergo cōtinentia nō ē in appetitu sensitiuo. relinquiē ergo ꝙ sit in voluntate qꝛ in intellectu nul⁹ ponit eam.

¶ Tertia rō ē. qꝛ existente vehementia passionis i appetitu sensitiuo ꝓ illa hora habit⁹ oīs vincitur ptinens ad gen⁹ virtutis existens i appetitu sēsitiuo. qꝛ stāte hipostasi ad plenū duraē passio sup appetitū sēsitiuū qđ etiā pōt cōtingere i casu in habente virtutē tēperantie vel fortitudinis sʒ existente tali vehemēti passione i appetitu sensitiuo non vincitur cōtinētia. qđ patet in illo q̄ habet graues passiones cōcupiscentie ꝛ tamen continet. ergo continentia nō est in appetitu sensitiuo.

¶ Sed forte aliquis diceret contra premissa oīa que sunt in precedenti conclusione dicta. qꝛ virtus ifusa potest esse i appetitu sensitiuo nō obstāte ꝙ sit i eo difficultas ad opus virtutis et tractus passionis ad appetitū. ergo non obstāte passione q̄tācunqʒ dñetur ipsi appetitui sensitiuo i ipso cōtinente adhuc potest stare cōtinentia ꝛ eē i appetitu sensitiuo ¶ Sed hoc nō valet qꝛ posito ꝙ habitus q̄ natus ē inclinationem facere vel inclinare in oppositum passionis posset stare cum vehementi concupiscentia, tamen non potest dici ꝙ aliquis operetur scđʒ inclinationem talis habitus presente vehementi concupiscentia stante hypostasi ꝙ concupiscentia dominetur appetitui sensitiuo ꝛ vincat iclinationem talis habitus communiter autem ponitur ꝙ homo presente vehementi concupiscētia operetur scđm inclinationem continentie. quia stāte hypostasi continet. ꝛ ideo continentia non potest esse in appetitu sensitiuo, ¶ Item etiam

cōcupiscentia nō est ita dominās ꝛ vehemēs i illo
q̄ hꝫ virtutē infusam licet p̄stet difficultatem sicut
in illo qui ɔtinet nisi in casu ꝑꝑ aliquam causaꝫ ex
tra aduenientem inflammātē carnē ꝛ tūc ille q̄ est
in caritate non resistit ſm inclinationem virtutis
moralis infuse sꝫ ſm inclinationē caritatis.
¶ Tertium etiā ꝓbo scilicet ꝙ habitus q̄ p̄rōpte
ꝛ delectabilit̄ inclinat̄ aliquē in op⁹ bonum circa
passiones puta ad moderate ɔcupiscendū sit in ap
petitu sensitiuo. qꝛ tūc ē mot⁹ ꝛ operatio aliqua cō
ueniēs ꝛ delectabilis ꝛ ꝓmpta qn̄ ē scd̄m inclinati
onem mobilis in q̄ ē mot⁹ vel operatio. sicut pꝫ ꝑ
simile in naturalib⁹ i q̄b⁹ mot⁹ ē ɔueniēs ꝛ natura
lis qn̄ est ſm inclinationem mobilis vt patet i mo
tu grauis deorsuꝫ: sꝫ moderate cōcupiscere ē i appe
titu sensitiuo sicut in subiecto. ḡ habitus faciens
cōuenientē promptā ꝛ delectabilē iclinationem in
hunc actum oportet ꝙ sit in appetitu sensitiuo.
¶ Sed forte aliquis diceret cōtra hoc. qꝛ caritas
vel magna ꝛ ꝑfecta virtus voluntatis facit talem
actū ꝓmptū ꝛ delectabilē sicut aliq̄s bene fortis
posset aliquod corpus graue ferre. ¶ Sed hoc nō
valet. qꝛ licet robur talis hōis faceret actum eē cō
uenietē ꝛ delectabilē ipi homini leuanti graue nō
aūt ipi graui si esset capax delectationis in eo ꝙ ta
le. ꝛ sic etiam licet caritas vel alia ꝑfecta virt⁹ vo
luntatis faceret actū eligendi moderate ɔcupisce
re eē delectabilē volūtati tn̄ non faceret actū con
cupiscendi moderate esse cōuenietem appetitui sē
sitiuo ꝛ delectabilē. ꝛ iō oportet hitū facientē ap
petitū sensitiuū ꝓmpte ꝛ delectabiliter inclinari i
actū moderate cōcupiscendi eē in appetitu sensiti
uo. vn̄ etiaꝫ ꝛ actus virtutis moralis infuse faci
entis appetitum sensitiuum moderate cōcupisce
re lꝫ fit cū labore et aliqua difficultate ꝑꝑ disposi
tionē inclinātē in contrariū lq̄ztū tn̄ ē ex habitu in
clināte existente in appetitu sensitiuo ē simplicitē
delectabilis. sicut ascensus montis licꝫ sit laborio
sus ratione grauitatis inclinantis i contrarium i
quantū tn̄ est ex iclinatione appetitus sensitiui ap
petentis ascendere ē delectabilis. ¶ Quantū aūt
3. articul⁹ ad tertiū principale dico ꝙ prim⁹ habit⁹ ē virtuo
sus ꝛ terti⁹ sed nō scd̄s scꝫ cōtinentia. ¶ Primuꝫ
faciliter patet quātū ad primā ꝑtem. primo scilicꝫ
quātū ad hoc ꝙ prudentia sit virtus que dirigit ho
minem circa passiones. ꝛ etiā circa alia agibilia
qꝛ facit bonū actū q̄ztū ad bonū hūanū q̄ztū ad spe
ciē act⁹ qꝛ facit recte iudicare ꝛ q̄ztū ad modū agē
di qꝛ facit ꝓmpte agere. ¶ Quantū aūt ad scd̄aꝫ
partē etiā ostendo idem scilicet ꝙ temperantia hꝫ
vere rationē ꝟtutꝫ. ꝓmo qꝛ ille hit⁹ ꝑ quē cōsūmat̄
bonū op⁹ ꝛ h̄ q̄ztū ad bonū rōis hꝫ rōnē virtutꝫ hu
mane. sꝫ moderate cōcupiscere qd̄ ē bonū op⁹ bōi
tate rationis ꝓut i passionibus cōcupiscibilis ta
le bonū īuenitur cōplet̄ ꝑ habitū tēꝑantie existen
te i appetitu sensitiuo. qꝛ moderate cōcupiscere ta
lia ē solius appetit⁹ sensitiui vt elicientis actū licꝫ
possit esse voluntatis vt iꝑantis ideo predictus
habitus habet rationē vere virtutis humane.
¶ Preterea predicta virtus facit elicere bonum
actum ꝛ bene qꝛ facit elicere actum in quo sit bonū
rationis prompte et delectabiliter sed hoc impos
sibile est fieri circa actum cōcupiscendi moderate
qui est actus appetitus sensitiui nisi ꝑ habituꝫ exi
stentē in appetitu sensitiuo elicietē predictuꝫ actū
qꝛ posito quocūq̄ motore extrinseco. nisi mobile
moueat̄ ſm iclinationē sibi in existentē nunq̄ mo
uetur nisi cum difficultate ꝛ contra resistendo. et
cum tristicia quādo motus est cum eis qui habēt
cognitionem ꝛ appetituꝫ. ḡ oportet predictum ha
bitum existentem in appetitu sensitiuo habere ra
tionem virtutis. Nec hoc est contra illud qd̄ dictū
ē de virtute morali infusa cum qua stat difficultas
in opere. ¶ Primo qꝛ dato ꝙ stante dispositione q̄
est ad oppositum fiet difficultas nec opus habeat
ad plenū quātum ad modū faciendi rationem ope
ris virtuosi ꝑꝑ dispositionem impedientē incl'na
tionem virtutis tamen ablata tali dispositone fa
cit opus virtutis exerceri delectabiliter: qd̄ non
esset nisi ipsa esset in appetitu sensitiuo
¶ Secundo qꝛ licet dispositio cōtraria faciat dif
ficultatē non tamen totaliter tollit ꝓmptitudineꝫ
ꝛ delectationem ab opere habentis talē virtutem
sicut nec grauitas q̄ facit ascensum mobilis diffi
cilem tollit totaliter a motu tali delectationem: si
autem nullā causaret inclinationem in appetitu sē
sitiuo ad opus virtutis nec posset esse aliqua dele
ctatio in eo respectu operis. ¶ Scd̄ꝫ similiter ostēdo
scꝫ ꝙ cōtinentia nō habet ꝑfectā rōem virtutꝫ. qꝛ
omnis habitus accipitur scd̄m conditionem act⁹
ad quā ordinat̄ sꝫ actus ad quem cōtinentia habet
ordinem non habet ꝑfectam rationem operis bōi
vel virtutis nec quātū ad speciem actus nec quan
tum ad modum agendi. et ideo continentia non
habet ꝑfectam rationem virtutis. Maior patet.
Minorem probo. quia opus cōtinentie prout hic
loquimur de continentia est tenere voluntatem et
firmare ne trahatur a vehementia passionis i con
sensum malum ꝛ hoc ipsum nomen sonat. qꝛ nō di
citur aliquid tenere reꝫ aliquā nisi impediendo ne
trahatur ab alio in aliquid quod est contrarium ei
ad quod inclinat̄: sed hoc non habet ꝑfectam rōeꝫ
boni et virtuosi operis nec quātū ad speciem act⁹
nā perfectus act⁹ ꝛ simpliciter bonus circa passi
ones ꝓut regulantur a ratione ē moderate concu
piscere non autem vehementi concupiscentie resi
stere qꝛ hoc habet imꝑfectōeꝫ. nec quātum ad mo
dum agendi. qꝛ talis actus est cum rebelliōe ꝛ dif
ficultate ꝛ tristicia saltem cum tristicia appetitus
sensitiui. ḡ opus cōtinentie nō habet rationem ꝑ
fectam boni et virtuosi. ꝛ virtuosi operis. ꝛ sic pa
tet tertium ¶ Quantū ad quart i principale. qua
re scilicet habitus q̄ sic est in appetitu sensitiuo ꝓ 4. articl's
ut obedit rationi habeat rōem virtutis hūane cū
tn̄ mēbra ꝛ virtus motiua mēbroꝝ puta virt⁹ mo
tiua man⁹ lꝫ obediat rōni nō habeat rōeꝫ virtutꝫ
hūane nec sit ſbm ꝟtutꝫ huāe Dico ꝙ hmōi ad p̄ns
ꝑtē triplex cā. p̄ia qꝛ illd̄ qd̄ fit i mēbris siue pōa
motiua mēbroꝝ nō ē natum facere promptitudinē
vel difficultatem i electione voluntatis circa bonū
ꝙ ꝓponit rō sicut illd̄ qd̄ fit i appetitu sensitiuo cu
ius cā ē qꝛ alia nō sunt ita nata trahere voluntateꝫ
sicut appetitus sensitiuus. ꝛ qꝛ virtus ē habit⁹ ele
ctiu⁹. iō nō sic pōt habere rōeꝫ virtutꝫ illud qd̄ fit i
mēbris corporis vel potētis motiua sicut illud qd̄
fit i appetitu sēsitiuo. ¶ Scd̄o qꝛ virt⁹ ē circa bonū
qd̄ difficile est redigere aū virtutē sub regula rōis
ꝛ de ratione virtutis est difficile sed appetitus sen
sitiuus non est natus obedire ad nutum rationi sꝫ
cum difficultate ꝛ frequent̄ mouet i ɔtrariū. mēbra
autem ad nutum nata sunt obedire voluntati ꝛ ra
tioni absq̄ difficultate. et iō dispositio que fit in

appetitu sensitiuo habet rationem virtutꝭ nō aūt illud qđ fit ī membris. tertia cā ē. qꝛ illud qđ fit in mēbris ex directione rōis nō se hȝ ꝑ modū forme remanentis sed per modum motus: ⁊ forme transeūtis. in appetitu autē sensitiuo requirit̃ forma manēs motꝰ aūt nō dr̃ virtus licet possit dici opꝰ virtuosum. et iđ illud qđ acquirit̃ ī appetitu sensitiuo hȝ rōeȝ ꝟtutꝭ nō sic illđ qđ acq̄rit̃ ex directōe rationis membris. Nec obstat ꝙ aliquando in mēbris acquiritur dispositio habitualis. qꝛ illa valde modicum confert ad pertinentiam: respectu eius qđ ē in voluntate.

Sexta opinio q̄ ē sci thom. 1. 2. q.

¶ Sexta ē opinio doctoris nr̄i ad cuiꝰ euidentiā ponētur quatuor. primo ponetur positio q̄ talis ē. sunt eñ q̄dam q̄ non excedunt proportionem īdiuidui ad seipsum nō tñ excedunt proporcionē spēi: sicut ea q̄ sunt vnius hominis ad alterū respectu principiorꝫ nō requiritur aliq̄s habitus in voluntate sed respectu scđorꝫ requirūt̃ sicut liberalitas: ⁊ iusticia: qꝛ sicut appetitꝰ sēsitiuus inclinat̃ ad ꝓsequēdū vel fugiendum ea q̄ sensus īdicat cōueniētia: vel nociua appetitui de. Ita suo mō licet non omnino voluntas inclinatur ad ꝓsequēdum vel fugiendū. qꝛ ratio indicat bona vel mala sibimet. non aūt ita inclinatur ad appetendū ea q̄ sunt bona alteri. ⁊ iđo respectu talium requiritur habitus ī voluntate inclinans ipsam. respectu aūt eorū q̄ sunt hominis ad seipsum sufficit habitꝰ prudentie. in ratione q̄ dirigat in iudicando ⁊ aliꝰ habitus ī appetitu sensitiuo vt prompte obediat.

Secundo

¶ Secundo declaratur qꝛ habitus requirat̃ ī volūtate respectu aliq̄rū specialiter. sic qꝛ si nō esset difficultas in opere appetitus sensitiui nisi ex tractu voluntatis cum voluntas nō retrahat nisi per actum suum ⁊ dū ē in actu suo sufficeret hūiꝰ ī volūtate nō requiret̃ in apppetitu sensitiuo aliqua virtus. Nunc aūt ē difficultas in opere appetiꝰ sensitiui q̄nq; ex hoc ꝙ ipā ē cōtra iudiciū sensus ꝙ ipē appetitus naturaliter sequit̃ sicut ē in omni ope cōpiscibilis cōtra iudiciū fantasie ⁊ irascibilis contra iudiciū estimatiue sicut oīs opatio virtuosa cōcupiscibilis ad minꝰ q̄ videt̃ super habūdantiā est cōtra iudiciū sensus / immo omnis opatio cōcupiscibilis vel irascibilis virtuosa vt virtuosa est. ē cōtra iudiciū sensus vel preter. et si non materialiter tamē formaliter. nō eī oꝫ ꝙ semꝑ sensus humanus indiget plus accipiēdū de delectationibꝰ q̄ sit imo hoc nō iudicat sensus nisi ꝓpt̃ corruptionē appetitus sicut patet in brutꝭ in q̄bus q̄diu natura eorum ē bn̄ disposita indicat sensus sumēdū quātum necesse est ⁊ nō plꝰ. sȝ qđ illud medium sit mediuȝ rōis ꝙ ē formale in veritate vel ꝙ hoc ꝓsequatur appetitus sensitiuus nō qꝛ sensus iudicat. sȝ qꝛ voluntas ipat ē preter iudiciū sensus et hoc ē difficile appetitui sensitiuo eo ꝙ nō ē natus moueri a voluntate nisi mediāte sensu sicut nec voluntas a deo nisi mediante intellectu vnde requiritur habitus in appetitu sensitiuo ad hoc vt fugiat suphabundantiā ⁊ defectum in passionibus innatis ⁊ illatis siue iudicium sensus materialiter concordat cum iudicio intellectus siue non vn̄ fortitudo ⁊ temperantia sunt in irascibili ⁊ cōcupiscibili. Similr̄ voluntas q̄dem respectu passionum illatarꝫ vel innatarum illā difficultatem omnino pateretur nisi eēt tractus appetitus sensitiui sicut post resurrectōeȝ et in statu innocentie vn̄ nec fortitudo nec temperantia nec aliquis habitus ei corr̄ndens est in voluntate sed ipsa voluntas ex se ipsa minus prompte se habet in his que sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum vn̄ oꝫ eē iusticiā vel habitum correspondentem in voluntate ⁊ sicut prudentia vna existens dirigit oēs morales sicut iusticia vna existens in voluntate alias regit operando.

Improbat̃ opinio de fontibus.

¶ Tertio improbatur qđ dicunt illi de scđa opinione in sola pte sensitiua eē virtutes ⁊ iusticiam legalem in cōcupiscibili ⁊ irascibili etiam ponentes eā eē vnā virtutē realiter. ⁊ motiuū eorꝫ ē qꝛ cū virtus ponatur ad tollendam difficultateȝ et voluntas non patiantur difficultatem ad bonū nisi propter appetitum sensitiuum inde est ꝙ illo modificato per virtutes nulla est necessitas ponēdi in voluntate virtutem.

Contra.

¶ Sed contra hoc est: qꝛ vnus habitus ꝑ essentiam nō ē in diuersis potētiis ꝓpter ꝙ ponere iusticiam legalem esse vnum habitū ⁊ nichilominus esse in concupiscibili ⁊ irascibili ē absurdum. ¶ Sed vlterius ad aliud motiuum qui dicunt ꝙ volūtas est determinata necessaria ad sequendum ītellectum propter ꝙ illo determinato ꝑ prudentiam nichil requiritur in voluntate ad obediendū. Dōm ad hoc ꝙ si ꝑ impossibile poneretur habitus in intellectu regulans voluntas etiam nuda obediret non solum faciliter sȝ etiam necessario. sȝ qꝛ vtraq; potētia existēte nuda vtraq; ē indifferēs hec ad iudicandum illa ad eliciēdū nec potest vna sine alia exercitari. qꝛ volūtas nihil pōt velle nisi ītellectu mediāte nec ecōuerso: ītellꝰ potest aliquid iudicare vltimate eliciendum vel appetendum quin voluntas eligat. ideo si exercitatio in intellectu generat prudentiam: ꝗ exercitatio eius in voluntate generat virtutem aliam.

Ergo oportꝫ ponere in intellectu prudētiam sicut omnes communiter ponunt in voluntate iusticiaȝ in irascibili fortitudinem in concupiscibili tēperātiam ⁊ hec ē verior opinio. qꝛ eñ habitus ponitur ad tollendam difficultatem ⁊ indeterminationem potentie respectu boni actus eius idcirco ratio q̄ potest bene et male iudicare indiget formaliter dispositioni per prudentiam vt prompte et faciliter bene indiget de omni agibili in ordine ad bonum humanum vlterius vt concupiscibilis prōpte obediat indiget temperantia domāte passiones rebellantes formaliter ⁊ irascibilis fortitudine. sed qꝛ nichilominꝰ in his q̄ sunt ad ꝓximū nō est hō sic ꝓpositꝰ sicut in his que sunt ad seipsum indiget voluntas iusticia. Si dicat̃ vt prius ꝙ volūtas necessario obedit rationi preter responsioneȝ datā dōȝ est ꝙ qualis est vnusquisq; talis sibi finis videtur vn̄ vt intellectus melius īdicet de his que sunt ad ꝓximum oꝫ volūtatē eē bn̄ affectā ad illam ꝑsonā ꝑ habitum ⁊ hec est vna ratio quare preter fidem in ītellectu oꝫ ponere caritatem ⁊ specie in voluntate qꝛ preter rationem merendi q̄ nō ē sine caritate vt ex conformitate appetitus vt appetibile melius iudicet ratio preter fideȝ ī ea requirit̃ caritas vt cōformitatem reddat deo ⁊ proximo. ⁊ spes ipsi fini vltimo. Est etiā alia rō iuxta primam. qꝛ grā ꝑficit naturā sm̄ modum sibi cōuenientem. vn̄ licȝ nō exercitetur voluntas ⁊ intellectus acquirendo habitus infusos sicut acquisitos. que erat prima ratio ponendi in voluntate hītū corr̄ndentem prudentie: tamē ex quo cursus nature hȝ vt intellectꝰ nō ꝑficiat̃ habitu sine volūtate ita eē debuit ī cursu gratie. Et hec est etiam alia rō ponēdi virtutes

morales infusas saltē in appetitu sensitiuo si in il
lo ponanꝫ acq̄site:q: gratia ꝑficit naturā ſm mo-
dum ei⁹. Si igiꝫ ad ꝑfectionē nature nō sufficiūt
habit⁹ in itellectu et volūtate nisi cū hoc ponāꝫ in
irascibili ꝛ concupiscibili. ergo sicut in ꝑfectione
ḡre infundunꝫ theorice intellectui et volūtati: sic
ad ꝑfectionē sensualitatis debēt infundi morales
cōcupiscibili et irascibili ❡ Quarto instaꝫ. ꝓmo
sic. virt⁹ est vltimū de potentia: sed bn̄ se hr̄e circa
pecunias ꝛ cōmutationes circa q̄ est virt⁹ iusticie
nō est vltimū ꝛ summū volūtatꝫ/sed bn̄ se hr̄e cir
ca bonū itellectuale. ergo si sit aliq̄s habit⁹ in vo-
lūtate respectu hmōi:nō mereꝫ tn̄ nomen virtutꝫ
volitiue/ꝛ ita iusticia put est virt⁹ nō est in volū-
tate:q: virt⁹ est dispositio ꝑfecti ad optimū.i. ad
finē. bona aūt tēporalia nō sunt fines voluntatis.
❡ Preterea respectu amoris pecuniarū īueniꝫ ali-
q̄s habit⁹ in appetitu sensitiuo causans facilitatē
et delectationē/q̄ tn̄ nō pn̄t seq̄ iudiciū sensus: cū
bruta nō afficianꝫ ad talia q̄ nō sunt bona nisi ꝓpt
aliud.i. ad diuitias artificiales sed sequunꝫ impe
riū rōnis. sicut videm⁹ ꝙ liberalis sensibiliter de-
lectaꝫ/ꝛ gaudet in dādo. auar⁹ ecōuerso in retinē-
do ꝛ prōpte ꝛ sine deliberatione: iste hꝫ man⁹ con
tractas ad retinendū:ille porrectas ad dandū. er
go vterq̄ hꝫ habitū etiā appetitui sensitiuo obe-
dire facientē/qd̄ est summū appetit⁹ sensitiui. er-
go sicut habit⁹ q̄ moderaꝫ passiones hoīs ad seip
sum est virt⁹. sic ille q̄ moderaꝫ passiones hoīs ad
alterū. Quel circa opatiōes q̄ sūt ad alterū nō so
lū sunt affectiones voluntatis sed etiā passiones
sensualitatꝫ/apparet ex brutis q̄ nobiscū ī isto ap-
petitu cōueniunt: quoꝝ q̄dā naturaliter sunt libe-
ralia vt leo et aq̄la: alia tenacia/vt canes et lup⁹.
❡ Ad ꝓmū dicendū ꝙ licet bona fortune sint ma
teria iusticie nō tn̄ finis sed bonū rōnis put est ad
alterū qd̄ est etiā ꝑfectū bonū. ❡ Ad secundū di
cendū ꝙ esse ad alterū nō est bonū sensus sicut ra
tionis. vn̄ nō sic ɔstituit ꝟtutē in appetitu sensiti-
uo sicut in itellectiuo:q: nō sic est ꝓpriū bonū ei⁹.
❡ Ad argumēta ꝓncipalia dicendū ꝙ oēs ille au
ctoritates sunt cōcedende inquantū cōcludūt tēpe
rātiā ꝛ fortitudinē put sunt virtutes esse in appe
titu sensitiuo. inquantū ꝟo cōcludūt ibi esse iusti-
ciā sunt exponēde:q: verū est put iusticia non est
virt⁹ ꝓncipalis:sed put q̄dā ꝟtutis ipressio ꝛ hit⁹
correspōdēs. inq̄tū ꝟo cōcludūt in volūtate nō eē
fortitudinē ꝛ tēperātiā/cōcedēde sunt simplr̄: vel
q: nō sunt ibi virtutes sed habitus simplices.
7.opinio ❡ Ultima opinio pōt imaginari habēs sex ɔclu-
1.cōclusio. siones. Quarū ꝓma est ꝙ in voluntate subiectiue
est ponere hitū respectu oīs materie moralis: q:
sicut oportet ponere itellectū recte iudicare in q̄li
bet materia morali:sic oportet volūtatē bene eli-
gere:q: itellect⁹ nō mouet appetitū sensitiuū nisi
mediāte intellectiuo. Unde qua rōne oportet po
nere habitū in intellectu q̄ sit recta rō oīm agibi-
liū tā passionū q̄ actionū.i. ad se ꝛ ad alterū. eadē
rōne in voluntate oportet ponere habituꝫ quo sit
bene electiua respectu oīm illorū: nec apparet ra-
tio q̄re ꝑter prudētiā q̄ regulat iusticiā oportꝫ po
nere habitū in volūtate vt bn̄ eligat iusta magis
q̄ ꝑter prudentiā q̄ regulat fortitudinē ꝛ tēperan-
tiā ponaꝫ habit⁹ in volūtate q̄ eliget bn̄ tēperata
et fortia. Hoc eīm nō est ex pte itellect⁹: q: nō ma
gis determinat volūtatē respectu iusticie q̄ respe
ctu aliarum virtutū. Un̄ si in materia iusticie ꝑter
prudentiā determinantē extrinsece req̄riꝫ habit⁹ in
voluntate determināns itrinsece/pari rōne in mate-
ria aliarū virtutū:nec hoc est ex pte appetit⁹ sensi
tiui:q: supposito etiā ꝙ tota causa q̄re voluntas
nō faciliter bn̄ eligit in materia passionuꝫ sit tra-
ctus appetit⁹ sensitiui:adhuc ꝑter habituꝫ in illo
extrinsece disponentē remouēdo ꝓhibēs/oportet
in ipsa voluntate ponere habituꝫ formaliter ꝛ in-
trinsece elicitiuū bone electionis:sicut ꝑter ꝟtu-
tes morales ī appetitu sensitiuo oportet respectu
aliarum ponere prudētiā in itellectu ad eliciendū
rectū iudiciū in materia passionū:q: fortitudo et
tēperātia in appetitu sensitiuo eq̄liꝫ disponunt ho
minē ad recte iudicandū ꝛ bn̄ eligendū in sua ma
teria:sicut ecōuerso passiones imoderate eq̄liꝫ ꝑ
turbāt iudiciū rōnis ꝛ electionē volūtatis. Un̄ si
hoc nō obstāte ꝑter habit⁹ in appetitu sensitiuo re
quiriꝫ habitus in itellectu ad recte iudicandū cir
ca illa:pari rōne in voluntate ad bn̄ eligendū cir
ca eadē. ❡ Secūda cōclusio est ꝙ habit⁹ q̄ est in 2. cōclusio
voluntate respectu materie tēperātie ꝛ fortitudis
mereꝫ nomen virtutis:sicut ille q̄ ibi respectu ma
terie iusticie/licet nō ita perfecte/ꝛ ꝙ debet voca
ri iusticia nō fortitudo nec tēperātia. Primū pa-
tet:q: respectu eiusdē materie sicut recte iudica-
re virtuosum est ita bn̄ eligere. ꝓmū eīm est ichoa-
tiuum:sed agere est ɔsummatiuū in ope virtuoso:
sꝫ apud intellectū nō solū prudētia regulatiua iu-
sticie est virt⁹:sed etiā illa q̄ est regulatiua fortitu
dinis ꝛ tēperātie. ergo pari rōne in voluntate non
solū virt⁹ est iusticia put est ad alterū:sed etiā ille
habit⁹ quo eligit ꝛ mouet ad bn̄ ɔcupiscendum ꝛ
audendum:licet alia virt⁹ sit nobilior. Secunduꝫ
patet:q: sicut oīs habitus itellectualis practic⁹ si
ue sit vn⁹ siue plures/vocaꝫ prudētia cuius est bn̄
consiliari vel iudicare cui accidit ꝙ hoc sit respe-
ctu passionū vel actionū ad se vel ad alteruꝫ:quia
itellect⁹ hoīs cōsiderat totū bonū humanū ꝛ non
particulare tm̄:sic q: voluntas etiā appetit bonū
totale hoīs ꝛ oīs virtutis:et iusticia respicit ī ge
nerali oē debitū ꝛ decēs: ꝛ licet ꝓprie ad seipsum:
tn̄ q: hō nō min⁹ teneꝫ in se honeste viuere:nec mi
nus teneꝫ se nō ledere q̄ aliū:nec min⁹ ius suū si-
bi reddere q̄ alteri. inde est ꝙ oīs habit⁹ volunta
tis q̄ est cōtentiu⁹ honesti decētis ꝛ boni ſm quā-
cunq̄ virtutē pōt dici iusticia saltē. inq̄tum iustuꝫ
est subditū eē deo:q̄ ꝑcipit ꝑ legeꝫ naturalē opera
fortitudinis ꝛ tēperātie. vnde habit⁹ in voluntate
electionis istoꝝ inq̄tum ad ista sum⁹ obligati ha
bet rōnem iusticie. et sic ipsa est oīs mot⁹ volitiua
essentialiter/ꝛ nō tm̄ materialiter:sicut virt⁹ lega
lis. Tertium patet.s. ꝙ nō ꝓprie vocaꝫ fortitudo
nec tēperātia:q: hmōi noīa a sua ipositione ꝓma-
ria ꝛ ꝓpria designāt illos habit⁹ qui imediate mo
deranꝫ passiones irascibilis ꝛ cōcupiscibilis eli
citiue nō iperādo mediate. ❡ Tertia est conclu 3. cōclusio
sio ꝙ iste habit⁹ nō est vn⁹. cuꝫ eīm virt⁹ sit de bono
et de difficili vbi in obiecto est differēs bonitas ꝛ
difficultas:ꝛ ꝑ ɔn̄s est diuersitas in ꝟtute. cōstat
autē ꝙ est alia bonitas concupiscere moderate:et
audere bene ꝛ bn̄ opari ad alterū sicut ꝛ ad alios
ect⁹ē alia ꝛ alia difficultas:q: q̄dā sūt ꝓni ad vnū
tm̄:alij ad aliud. ꝛ vnus ꝛ idēꝫ proni⁹ ꝛ ꝑ accidens
ad vnū:respectu cui⁹ de opposito nō tēraꝫ ꝛ patiꝫ
difficultatē in recte iudicādo ꝛ bn̄ eligendo circa

aliud cõtra qđ est vł est cõplexionat⁹/vel est actu tẽtatus. vnde respectu tã diuersoꝝ agibiliũ opoꝛtet ponere prudẽtias in intellectu/ ꝛ diuersas iusticias involũtate.

4.ꝯclusio ℂ Quarta cõclusio est ostẽdere ꝑ probabilitatẽ opiniõis secũde ꝗ ponit virtutes in itellectu ꝛ in appetitu sensitiuo/nõ in volũtate: qꝛ nõ min⁹ determinat appetit⁹ sensitiu⁹ a sensu ꝙ vo lũta s ab itellectu. ꝛ sicut nõ ꝑt sensualitas trahere volũtatẽ nisi mediãte itellectu: sic nõ põt volũtas mouere appetitũ sẽsitiuũ nisi mediãte sensu ꝗ est fantasia ꝟ estimatiua: qꝛ sicut volũtas nõ põt velle nisi cognitũ ab itellectu/sic nec appetit⁹ sensitiu⁹ nisi sibi ꝑsentatũ a sensu. sed hoc nõ obstãte ponim⁹ virtutes in appetitu sensitiuo ad bñ obediendũ rõni magis ꝙ in sensu. ergo pari rõne magis ponẽde sunt virtutes vel nõ min⁹ in volũtate ad bñ mouendũ appetitũ inferioꝛẽ bñ eligẽdo: ꝙ in rõne ad bñ iudicandũ. foꝛte etiã in illis sensib⁹ ꝗ imediate mouẽt appetitũ sẽsitiuũ/opoꝛtet ponere habit⁹ sicut ars dicet. sed qꝛ finis virtutis moralis nõ est bñ sentire sed bene appetere: ideo i appetitu magis ponit̃ virt⁹/cũ finis iusticie sit magis bñ velle ꝙ recte iudicare/imo itellect⁹ ꝓacticus videt̃ esse ꝓpter voluntatẽ nõ min⁹ est virtus qđ est in voluntate/ꝙ est in intellectu.

5.cõclusio ℂ Quinta cõclusio est ꝙ habit⁹ ꝗ sunt in appetitu sensitiuo facientes ipsum obedire voluntati in his ꝗ ad alterũ/vtpote in nõ cõcupiscere vxoꝛẽ ꝓximi qꝛ est ei nociuũ/vel moꝛi ꝓ republica: qꝛ est de bitũ nõ ꝑtinẽt ẜm rẽ ad alias virtutes ꝙ ad temꝑantiã ꝛ foꝛtitudinẽ elicitiue/licet iꝑatiue ꝑtineãt ad iusticiã ꝗ est in volũtate ꝛ nõ in aliquo appetitu sensitiuo vt sic: qꝛ appetit⁹ sensitiui non est appetere vnũ ꝓpter alterũ quãtũ est de se. ℂ Preterea sicut act⁹ exterioꝛ quocunꝙ fine fiat est vni⁹ rõnis in genere nature/sic act⁹ appetit⁹ sensitiui i se nõ diuersificat̃ ꝑ hoc ꝙ diuerso fine iꝑat̃. Nã moderate concupiscere ẜm dictamen rõnis recte semꝑ est temperate viuere/siue hoc fiat ꝓpter honestatẽ sui/siue ꝓpter ius ꝓximi vel dei: ꝛ sic moderate irasci quocũꝙ fine fiat semꝑ elicit̃ a foꝛtitudine/ꝓpter qđ nulla iusticia est ꝓꝑie ꝛ nisi in voluntate nec foꝛtitudo nisi in irascib: li: nec tẽꝑantia nisi in ꝯcupiscib: li: qꝛ act⁹ iusticie elicit⁹ nõ est debite irasci vel cõcupiscere: sed debite eligere et velle in oĩ materia virtutis. actus ꝟo foꝛtitudis ẜm rectã rõnẽ irasci ꝛ timere respectu terribiliũ. actus ꝟo tẽꝑantie ẜm rectã rõnẽ delectari vł tristari respectu cõcupiscibiliũ ẜm sensum/ꝗ tria sũt actus illarũ triũ potẽtiarũ non vni⁹. ideo. ꝛc.

6.ꝯclusio. ℂ Sexta cõclusio est ꝙ qñ ꝺr ꝙ virt⁹ est vltimuz in potẽtia/nõ est itelligendũ ꝙ sol⁹ ille habit⁹ mereat̃ nomen virtutis ꝗ attingit ꝑfectissime ad id qđ est summũ in potẽtia: qꝛ tunc in vna potẽtia nõ esset nisi vna virtus/ꝛ ꝑ ꝯsequẽs prudẽtia ꝗ ꝑtinet ad vitã actiuã nõ esse virtus: sed solũ virtutes pure intellectuales ꝗ ꝑtinẽt ad cõtẽplatiuam que est finis actiue/imo nec scientie alie essent virtutes: nisi sola metaphisica: sed est sensus ꝙ in qualibet materia habit⁹ imꝑfectus ꝗ est magis dispositio non est virtus sicut cõtinẽtia: sed ille qui respectu sue materie particularis firmiter ꝛ delectabiliter et ꝑfecte operat̃/qđ etiã non cõsistit in indiuisibili/ꝛ sic sũt in volũtate habit⁹ qui sunt bene electi ui respectu passionũ sunt virt⁹ non solũ illi ꝗ sunt bene electiui ad alterum/licet isti sint ꝑfectioꝛes qꝛ hoc est vltimũ et summũ bonũ agibile hoĩs ꝙ non solum sit bene dispositus in se/sed etiã in ꝑꝑ ratione ad alterũ maxime bonũ cõmune/ꝓpt qđ iusticia legalis est clarissima virtutũ/non autẽ solavirtus. ℂ Ad argumenta solutum est.

ℂ Questio, quarta.



Quarto queritur/ vtrum sunt quatuoꝛ cardinales virtutes scꝫ prudentia/tẽꝑantia/foꝛtitudo/iusticia? ℂ Et videt̃ ꝙ nõ: qꝛ ille virtutes magis debẽt dici cardinales vel ꝑncipales ꝗ sunt in principalioꝛi subiecto et habẽt principalius obiectũ: sꝫ itellectuales sunt in principalioꝛi subiecto ꝙ moꝛales: qꝛ intellectus principalioꝛ et notioꝛ est ꝙ appetitus: quecunꝙ virtutes etiã theologice habẽt principalius obiectũ: qꝛ habent finẽ vltimũ ꝓ obiecto scꝫ deũ: ergo tã virtutes intellectuales ꝙ theologice debẽt dici ꝑncipales vel cardinales ꝙ ꝑdicte ꝟtutes. Primum.

ℂ Item virtus et viciũ opponunt̃: sed nõ dicunt̃ aliqua vicia cardinalia. ergo nec aliquẽ virtutes debent dici cardinales. Secundũ.

ℂ In contrariũ est qđ dicit Ambro. sup lucã exponẽs illud Beati paupe res spũ. scꝫ quatuoꝛ cardinales esse/ prudentiam/ iusticiã/tẽꝑantiã/ꝛ foꝛtitudinẽ. In oppm̃.

ℂ Respõsio. Dicenda sunt quinꝙ. Primo de cardinalib⁹ in generali. Scđo in speciali de distinctione iusticie legalis a particulari. Tertio de distinctione iusticie ab aliis moꝛalib⁹ Quarto de diuisione iusticie in distributiuã ꝛ cõmutatiuã. Quinto de quibusdã dubdis. Respõsio.

ℂ Circa primum ꝓponunt aliꝗ videndadũo. Primũ est ꝙ sole virtutes moꝛales debẽt dici cardinales. Secundũ ꝙ inter moꝛales ille sole quatuoꝛ ꝗ enumerate sunt debẽt dici cardinales.

ℂ Quantũ ad primũ est aduertendũ ꝙ virt⁹ dicitur cardinalis ꝑ similitudinẽ ad cardinẽ in coꝛpoꝛalib⁹. sicut ei in cardine fundant̃ mot⁹ ostiꝗ mediante quo fit ingressus in interioꝛa domus: sic il le virtutes circa quarũ actus humana vita versa tur crebri⁹ ꝛ ꝑncipalius/dicunt̃ cardinales: nũc est ita ꝙ actus humani crebri⁹ versant̃ circa materiam virtutũ moꝛaliũ ꝙ aliarũ quarũcunꝙ: ideo sole virtutes moꝛales dicunt̃ ꝓꝑie cardinales. Durã. q. 5. huius dis.

Q; autẽ circa materiã ꝛ actus moꝛaliũ virtutuz verset̃ vita humana crebri⁹/patet sic. in hoĩe eñ ẽ triplex vita/ sensitiua. s. in qua participat cũ brutis: et ista nõ ꝺr ꝓꝑie vita humana: sed magis ꝓꝑie bestialis. Unde ꝺr ꝑmo ethicoꝝ de seciatib⁹ talem vitã ꝙ sunt vitã pecudũ eligentes. Alia est vita cõtẽplatiua qua ꝗs vacat soli cognitioni veritatis. ꝛ ista adhuc ꝓꝑie nõ est humana sꝫ ꝗsi diuina: qꝛ est solum ẜm intellectũ ꝗ est nobis ꝗd diuinũ vt ꝺr. x. ethicoꝝ. Tertia est vita actiua ꝗ dirigit in operib⁹ hoĩs ad aliũ/ꝛ in moderando passiones ad seipsum/ et ista ꝓꝑie ꝺr humana: qꝛ est toti⁹ ꝯiũcti inquantũ id qđ est principali⁹ in hoĩe scꝫ ratio dñat̃: ꝛ illud qđ est inferi⁹. s. appetit⁹ sensitiuus subdit̃ ꝛ regulat̃. dicit̃ etiam humana: qꝛ est hoĩs ad hoĩem in cõicatione actionũ ꝑtinẽtiũ ad bene vitam. Ad hoc autem ꝑficiunt sole moꝛales virtutes que dirigunt in actionibus ad alterũ et in moderationib⁹ passionũ: ꝓpter quod ille sole dicuntur cardinales. ℂ Quantũ ad secundum scꝫ ꝙ inter moꝛales sunt quatuoꝛ solum ꝗ dicãtur

cardinales patet: qꝛ inter virtutes morales ille q̄ sunt principales debēt dici cardinales: nūc est ita ꝙ p̄dicte q̄tuor īter ceteras sunt magis principales. ergo debēt dici cardinales. Minor declarat̄: qꝛ illud qd̄ p̄ncipalissimū est in virtutib⁹ moralibus est bonū rōnis. qd̄ q̄dē potest dupl̄r ꝯsiderari. Uno mō s̄m ꝙ cōsistit in ipsa cōsideratiōe rōnis. Alio mō s̄m ꝙ ordo rationis ponit̄ circa aliquid aliud. Primū ꝑtinet ad prudētiā q̄ est recta ratio agibiliū/ et ideo prudentia est p̄ncipalissima virt⁹ īter cardinales. Secundū autē pōt fieri dupl̄r: qꝛ vel ordo rōnis ponit̄ circa opationes vni⁹ ad alterū/ ⁊ hoc ꝑtinet ad iusticiā q̄ est post prudētiā p̄ncipalior. Uel ponit̄ talis ordo circa passiōes: q̄rū q̄dā īpellunt ad id qd̄ est cōtrariū rōni. sicut delectationes ⁊ maxime q̄ sunt circa tactū vt ciboꝝ et venereoꝝ quas oportet rep̄mere/ ⁊ hoc ꝑtinet ad tēperantiā/ q̄ est circa p̄ncipalissimas passiones siue delectationes sensibiles. Alie v̄o passiones retrahunt ab eo qd̄ est s̄m rationē/ vt timor periculoꝝ et laboꝝ respectu quoꝝ īdiget hō vt firmet̄ in bono rōnis ne ab eo recedat: ⁊ qꝛ īter pericula p̄ncipalissima sunt illa q̄ mortē inferūt/ ideo fortitudo q̄ h̄mōi pericula respicit/ īter ceteras virtutes que timorē periculoꝝ et laboꝝ respiciunt/ p̄ncipalior est ⁊ cardinalis. et sic patet minor/ scꝫ ꝙ inter virtutes morales ille sunt principaliores.

3. ꝯclusio. ¶ Ex eodē patet numer⁹ ⁊ sufficiētia earum: q̄ tn̄ aliter sumi pōt/ scꝫ ex parte subiectoꝝ q̄ perficiūt. Quadruplex em̄ īuenit̄ subiectū virtutꝫ moralis scꝫ rōnale ꝑ essentiā/ qd̄ ꝑficit prudentia. ⁊ rōnale ꝑ participationē/ qd̄ diuidit̄ in voluntatē quā ꝑficit iusticia/ et in appetitū sensitiuū: q̄ diuidit̄ ī irascibilē quē ꝑficit fortitudo: ⁊ in cōcupiscibilē quē

2. articul⁹. Soꝫ. ꝑficit tēperātia. ¶ Quantū ad secundū ꝓcedunt sic aliqui ad ostendendū ꝙ p̄ter iusticiā generalē sit necessaria iusticia particularis/ dicētes ꝙ p̄ter iusticiā legalē q̄ est virt⁹ sicut etiā p̄ter iusticiā generalē necessarie sunt alie virtutes/ puta tēperantia/ fortitudo: q̄uis iusticia generalis oīm materiam illarū cōprehēdat/ ⁊ actib⁹ illarū vtat̄ ad finē suū. Qd̄ sic patet. illud est necessariuꝫ hoī sine quo nō pōt esse ꝑfect⁹ vt hō est ꝑfectione morali: qꝛ de tali necessario hic q̄rit̄ nō de necessario simpliciter: sed hō ꝑ solā iusticiā legalē nō est sufficiēter ꝑfect⁹. ergo. ⁊c. Probatio minoris: qꝛ hō non est ꝑfect⁹ in esse morali: nisi cōueniēter possit elicere opationes suas īteriores ⁊ exercere exteriores. Rursus qꝛ hō est aīal politicū nature ꝑfectibilis in se etiā in ꝯparatione ad alterū/ ⁊ illud alterum est adhuc duplex: qꝛ vel illud alterū est ꝑsona q̄dā singularis vel inq̄ntum est ꝑs cōitatis Dico autē opationes interiores in genere moris illas q̄ subiectiue sunt in appetitu ⁊ elicit̄ ab eo. exteriores v̄o q̄ exercent̄ ꝑ organa exteriora ꝯiūcta vel separata circa materiā exteriorē cōiunctā vel separatā. Uerbi gr̄a. Interiores sunt īmediate appetere/ cōcupiscere/ vel fugere/ irasci/ ⁊ timere: q̄ sunt essentialit̄ passiones. Exteriores sunt vt comedere/ tāgere se vel aliud. et he exteriores q̄si ꝙ sunt cōplementū p̄marū operationum. i. passionū: nec q̄runt̄ nisi vt illis satisfiat moderate vel īmoderate. ⁊ sic regulant̄ eadē v̄tute cū illis. q̄n̄q̄ aūt ꝓpter se non propter illas eliguntur. ⁊ sic ꝑ se requirūt virtutem. Cum autē sit necessarium homini ad suum bene esse morale ꝙ sit conuenienter dispositus respectu omniū istorū. i. respectu operationum interioꝝ et exterioꝝ in cōparatione ad se et ad alium singularem hominē ⁊ cōmunitateꝫ necessarie sunt ad hoc virtutes: qꝛ ad hoc naturalis aptitudo nō sufficit. Experimur em̄ in nobis ꝓ statu nature lapse suꝑabūdātiā et defectum: ex quibus consurgit inordinatio respectu omniū p̄dictorum vt patet inducendo ꝑ singula. Unde necessarie sunt nobis virtutes circa hoc quo ad tria Primo ꝓpter ipsas operationes īteriores/ vt nō insurgant īmoderate passiones quin s̄m rectā rationem cōcupiscamus ⁊ irascamur. Scd̄o ꝓpter opationes exteriores vt sunt cōplementū p̄marū vt. s. moderate vtamur exteriorib⁹ delectabilib⁹ ⁊ tristabilibus: sed hec duo ad vnā virtutem ꝑtinent: qꝛ ibi duo ꝓpter vnum vtrobiq̄ tn̄ vnum. q̄ em̄ moderate cibū desiderat/ moderate cibo vtit̄ comedendo/ et sic de alīs. Unde non est alia difficultas que requirat aliam virtutē. Tertio ꝓpter operationes exteriores nō vt sunt ad seipsum: qꝛ sic sunt cōplentes ꝑsonas: sed vt sunt ad alterum Et hoc vel rōne sui/ vel ratione cōitatis: ad qd̄ requirunt̄ diuerse virtutes. cū em̄ formale in virtute sit ordo rationis vbi est diuersitas ordinis: ibi erit diuersitas virtutis. Est autē alius ordo hominis ad hominēꝫ vt est quedā singularis ꝑsona. Alius ad ipsam cōmunitatē/ vel ad hominem vt est pars cōmunitatis. et secundus ordo supponit primum. et bonū cōmune/ bonū particulare. sicut cōmunitas supponit partes particulares ex quibus integrat̄. ergo p̄ter iusticiam generalem qua homo cōuenienter disponit̄ ad bene operandū exterius in ordine ad cōmunitatē vel bonū cōmune oportet esse iusticiā particularē ꝑ quā bene disponitur ad operandum exteri⁹ in ordine ad aliā ꝑsonam singularē in se et s̄m se cōsideratā non in ordine ad cōmunitatem: et sic patet distinctio iusticie particularis a iusticia legali.

¶ Quantū ad tertiū de distinctione iusticie particularis ab alīs moralib⁹ sic ꝓcedunt ostendentes distinctionē iusticie particularis ab alīs virtutibus particularib⁹/ puta tēperantia/ fortitudine. Sicut eī iusticie est moderar̄ exteriores operationes/ sic et tēperātie et fortitudinis/ puta moderate vti vxore vel fugere alium/ vel aggredi. ⁊ sic nō vident̄ differre. ¶ Propter qd̄ sciendū ꝙ vtriusq̄ virtutum est habere exteriores operationes subiectiue: qꝛ extra appetitū existentes materialiter: sed formaliter loquendo opationes aliarū virtutū exercite dicunt̄ interiores: non qꝛ sint in appetitu: sed qꝛ sunt cōplementū interiorum ⁊ ꝓpter bonum agentis directe et īmediate querūtur: sed operationes iusticie nō solū sunt exteriores materialiter et in materia exteriori: sed etiam formaliter. i. in ordine ad rationē: qꝛ in eis attenditur proportio operis ad operantem vel bonum eius directe: sed proportio ad alium ad quē est et bonum eius: sicut vir eo ꝙ temperatus moderate vtit̄ vxore ne in se excedat limites rationis ⁊ propter bonum suum in prole propria: sed inquantuꝫ iustus reddit debitum vxori ne auferat ipsi vxori bonū suū. et q̄uis hoc ipsum qd̄ est bonū corꝑale vxoris ad quam sit bonum facientis: qꝛ bonū virtutis ad illud: tn̄ bonum ꝓprium non immediate respicit sꝫ ad alteri⁹ bonū. ¶ Sed tūc videt̄ iusticia non esse virtus moralis que est bonū operātis Contra.

3. articul⁹. (right margin, beside "¶ Quantū ad tertiū")

sed magis ars que efficit bonum operis operati. ¶ Solutio. Justicia est circa lucrū ꝛ dānū/circa que passiones appetit⁹ nō sunt determinate a natura. vnde natus est homo ad hoc affici bñ vel male. Similiter autē et opationes ad alterū: qꝛ vult homo sibi et alteri pl⁹ de lucro et min⁹ de dāno ꝙ debet/vel econuerso. Unde ad hoc necessaria est virtus ꝯuenienter disponēs: vt sic sciens ꝛ eligens et ꝑpter hoc .i. bonū vt sciat ꝛ velit moderate sibi et alteri lucrū et dānū/ꝛ hoc ꝑpter bonū virtutis qḋ est ipsa electio recta ꝙ melior est ꝙ̃ sit bonitas electi: sed artifex inq̄ntū hmōi non est nat⁹ diuersimode affici ſm appetitū ad ipsum artificiatū ſm se cōsideratū: imo nō variata affectione ſm bonitatē vel maliciā appetit⁹ pōt facere bonā vel malam archā/et esse bonus artifex et malus sine virtute ꝛ vicio: p accidēs autē vt artificiatū cōsideratur vt lucratiuū vel dānosum ꝛ in cōparatione ad aliū vel cōducentē opas vel ementē artificiatū statim consurgit affectio bona vel mala. et sic ars indiget virtute vt fideliter opeꝛ alteri. ꝛ sic dꝛ .6. ethicoꝝ. ꝙ artis est virt⁹. Differt ergo iusticia ab alijs etiā inq̄ntū iste ꝛ ille sunt circa opationes exteriores: qꝛ ille sunt circa operatiōes inq̄ntū sunt cōmēsurabiles operāti. Justicia autē circa operationes vt sunt ꝯmēsurabiles alteri ꝛ in ordine ad alterū. ¶ Jtē instaꝛ ꝙ nō differāt: qꝛ sicut ille sūt circa passiones/ita ꝛ ista etiā ꝑncipaliter vt videꝛ qꝛ sicut aliq̄ nō ponūt virtutē acq̄sitā in volūtate aliquā: qꝛ nō patiꝛ difficultatē in seq̄ndo iudicium rationis p se: sed ꝑpter retractionē appetit⁹ sensitiui/vnde in illo est ꝑprie. sic homo nō patiꝛ difficultatē in operib⁹ q̄ sunt ad alterū nisi ꝑpter imoderantiā passionū. Facile em̄ nō ledit ꝑximū per adulteriū q̄ nō imoderate amat venerea. vnde circa operationes exteriores nō oportet esse virtutē aliquā: sed tm̄ circa passiones circa quas oēs inueniunꝛ alie virtutes/ ꝑpt qḋ vel iusticia nō est/vel ē circa eandē materiā cū alijs: et sic non distinguiꝛ ab eis/aut supfluit. ¶ Et sciendū ꝙ phs ꝛ cōmētator nūq̄ distinguunt has virtutes penes materiā. sic ꝙ iusticia sit circa opationes: alie aūt circa passiōes. ꝛ cū magistri cōueniunt sic eas distinguūt adinuicē. hoc nō est intelligendū ſm ꝑcisionē/sic. s. ꝙ tēperātia ꝛ fortitudo ita sint circa passiones ꝙ nullo modo circa opationes exteriores sed circa vtrūq₃ aliqualiꝛ: aut ꝙ iusticia sit ita circa operationes tm̄ ꝙ nō etiā aliq̄liter circa passiones: imo circa vtrūq₃: sed hoc dꝛ ſm quādā appropriationē q̄ sumiꝛ ex hoc ꝙ vnaq̄q₃ virt⁹ p se et ꝑncipaliter ꝯsiderat: iusticia em̄ principaliter ꝛ p se est circa operationes q̄ sunt ad alterū: sed p accidēs et ex cōsequēti circa passiones ad remouendum ꝓhibēs. Justus em̄ inq̄ntū hmōi ꝑmo ꝛ p se intendit alteri reddere debitum: sed quia ꝓhibeꝛ et difficultatē patiꝛ reddere debitū p inordinatā affectionē ad lucrum p quam inclinatur ad retinēdum aut capiendū alienū/ideo moderaꝛ istā passionem quā afficiꝛ ad lucrum ꝛ damnum. vt promptē reddat alteri debitum/non ꝙ p se querat delectari vel tristari in lucro. Sed temperantia ꝛ fortitudo econuerso/ sunt principaliter quidē et p se circa passiones: sed ex cōsequenti circa operationes consequentes et complentes. temperatus em̄ inquantum huiusmodi primo intendit vt non habeat aliquam passionem cōcupiscibilis nisi ſm ꝙ recta ratio dictabit/ꝛ ex ꝯsequēti moderate comedere vel tangere vt moderate delectetur. ¶ Preterea medium principaliter attenditur in iusticia ſm superhabūdantiam ꝛ defectum in exteriorib⁹ operationib⁹ ꝑut sunt ad alterum/non qꝛ debite afficiatur ad ipsum: q̄uis ista sint inseparabilia. temperatus autē est/non qꝛ debite comedit q̄uis et hoc sit necessariū. Sed qꝛ moderate cōcupiscit cibū ꝛ hmōi ſm ordinē ad rōnē et proportionē ad seipsum. Unde si q̄s simpliciter cogereꝛ vltra mēsurā bibere dū tamen vltra mensuram non appeteret/hic nichilomin⁹ esset tēperat⁹ simpliciꝛ nō autē si ecōuerso/ puta si appeteret inordinate ꝛ si nō vtereꝛ nisi moderate/vel qꝛ timet/ vel qꝛ non habet: hic non est temperatus. Et quidem veruꝫ est siliꝛ hoc in iusticia: qꝛ sol⁹ actus interior denominat sine exteriori si non assit facultas. Nam iust⁹ est qui vult reddere debitum/ licet non reddat: qꝛ non potest. non autē si ex timore: nam iniustus est qui reddit debitum inuitus: sed hoc est qꝛ rectitudo appetitus debeꝛ omni virtuti eo ꝙ virt⁹ est. vnde rectitudo act⁹ interioris est principalior in iusticia vt virtus est: sed rectitudo exterior vt talis virtus est. Justicia em̄ vt iusticia pricipaliter est vt appetit⁹ inclineꝛ ad operationem alteri cōmēsuratam debite non vt afficiatur sic vel aliter nisi propter primū. ¶ Justicia ergo generalis est circa totam materiam moralem vt ordinaꝛ ad bonū cōmune per actum cuiuslibet virtutis particularis. Justicia autem particularis circa damnuꝫ et lucrum et res exteriores ſm ꝙ veniūt in vsum humanum in ordine ad alterū ſm debitum. sed magnanimitas in ordine ad seipsum. veritas amicabilitatis ꝛ hmōi in ordine ad alterum ſm honestatem. 3

¶ Differt etiā iusticia ab alijs virtutib⁹ quo ad medium. sic ſm quosdam: qꝛ in alijs est tm̄ medium rationis sine quo ad nos: in iusticia autem requiriꝛ medium rei. Alie em̄ virtutes sunt pricipaliter circa passiones que sufficienter cōmensurantur ex sola debita proportione ad seipsum. sed iusticia est circa res exteriores et operationes et ad ꝑsonas alias. vñ in ea oportet commensurare rem ad rem/puta merces quantuꝫ ad precium in cōmutationib⁹/ꝛ ꝑsonam ad ꝑsonam vt in distributiuis. 4

¶ Sed hoc q̄uis possit habere bonum intellectum/ est tamen improprie dictum propter tria. Primo: qꝛ scḋm philosophum virtus moralis est habitus in medietate quo ad nos. ꝛc. Que diffinitio ſm cōmentatoreꝫ etiam conuenit omni virtuti morali et non medium rei. Scḋo quia medium rei conuenit ei ſm seipsum/ sic quattuor est medium īter tria et quinq₃: tale autem mediū nō requiriꝛ semper in iusticia/ ſm scꝫ equi distātiam ab extremis: sed in comparatione ad vtentes: qꝛ venditio eiusdem rei et precij est iusta ſm caritatē et copiam rerum venalium. Contra.

¶ Ex quo etiam patet tertia ratio: qꝛ medium rei est idem et vniforme apud oēs/quod nō cōuenit medio iusticie: qꝛ falun iusticia id quod est vile in vno loco: est carū in alio. ¶ Preterea. iusta commutatio potest esse rerum que ſm se considerate habent valorem incomparabilē puta rei animate et inanimate/equi vel serui et pecunie. Unde si accipiaꝛ proprie medium rei non potest conuenire cū medio rationis quia habent rationes diuersas et incōpossibiles: quia primum est indiuisibile et inuariabile scḋm

respectum ad sua extrema: medium autem rationis habet omnia opposita. Unde non accipit medium in exterioribus rebus p iusticiam scdm seipsas: sed sm q in vsum hominum veniunt. et sic necessitas humana ppter quam sunt est mensura
Solutio valoris eorũ. ¶ Tamen exponendo predictã opinionem/potest notari duplex differentia circa medium istarum. Prima: qz si ly rei teneat trãsitiue/ sic est medium rei in iusticia non in aliis: qz in iusticia concurrunt plures res inanimate/puta res et preciũ. Uel animate vt in distributiua q̃ oportet cõmensurari debito modo adinuicẽ sm qualitatem arismeticam vel geometricam vt habeatur medium iusticie. In aliis autem virtutibus est tm̃ vna res et vna psona/puta vna passio. vnde nõ est ibi medium rei. i. mediũ sumptũ p adequationem rei ad rem. Si autẽ ly rei sumatur intransitiue vt dicatur medium rei. i. reale sm se: sic non est in aliqua virtute. Secunda differentia penes medium est: quia alie virtutes sunt medium essentialiter et formaliter inter duas malicias in genere moris: sicut cõcupiscere sicut oportet/essentialiter est medium inter plus et minus q̃ oportet: quorum vtrũq; est vicium moris: sed iusticia est medians effectiue inter duo extrema quorum vtrumq; est malum sed alterum pene et nature: alterũ culpe et moris. Iustum enim facere est bonum in genere moris: et iniustum facere est malum in eodem genere: sz iustum pati et iniustum sunt bonum et malum in genere nature et non moris: qz pertinent ad commodum et incõmodum/bonum vel malum cõmodum. Iusticia em̃ facit se et proximum habere tm̃ de lucro et de dãno quantũ debet/ quod est mediũ inter hr̃e pl⁹ de lucro/et min⁹ de damno q̃ debet: quod est vicium moris pertinẽs ad iniusticiam/ et bonum cõmodi: et inter habere minus de lucro et pl⁹ de dãno q̃ debet: qd̃ nõ est malũ culpe moris vel iniusticie: sz tm̃ malũ pene nature et incõmodi

4. articulus ¶ Quantum ad quartum de subdiuisione iusticie particularis dicũt q iusticia particularis subdiuiditur in cõmutatiuã et distributiuam sicut in diuersas species specialissimas ipsa existens species subalterna. Et hec diuisio et distinctio specierum iusticie patet ex quatuor. Primo ex diuersitate materie remote que est res q̃ veniunt in vsum et cõmunicationem hominum et vite. Bonorum em̃ quedam sunt propria singulorum circa que est iusticia cõmutatiua: quedã sunt cõmunia vniuersitati/circa que est iusticia distributiua. Et q̃uis hec distinctio non sit rerum sm se: qz illa eadẽ res numero vel specie que est aliqñ propria/ aliqñ est cõmunis: tamen est distinctio et diuersitas magis rerum in cõparatione ad habentes et vtentes. aliter em̃ quis habet bona propria: qz habet sicut dominus p se et insolidum: aliter bona cõmunitatis/ qz sicut administrator tm̃. dñs autẽ ẽ cõmunitas/ et non aliquis de cõmunitate. ¶ Item aliter vtitur quis re propria: qz ad libitum sine cuiusq̃ p̃iudicio/aliter re cõmuni: quia non nisi sm intentionem cõmunitatis. i. quã haberet cõmunitas si esset vna persona/aliter peccat. Scdo patet idem ex diuersitate materie remote/que est psona cuz qua operatio iusticie exercetur. vnaqueq; em̃ persona etiam si actu sit pars cõmunitatis differt a seipsa cõsiderata vt quedam psona singularis in se/ et vt est pars cõmunitatis. iusticia autẽ respicit equalitatem ad alterum sm se consideratum: sed distributiua ad alterũ vt habet habitudinẽ ad cõmunitatem cuius bona sic vel sic meruit plus vel min⁹ q̃ alius. ¶ Item distributiua cõparat vnam psonam ad aliam vt adequet eis res. cõmutatiua autem non sm rem ad rẽ. Tertio ex diuersitate materie propinque que est operatio. cõmutatio enim iusta fit sm cõmunicationem et conditionem rerũ non quidem in se: sed in se in ordine ad vsum contrahentium. distributio autẽ iusta sm dignitatẽ psonarum. Quarto ex parte mediĩ: qz in cõmutatiua est medium arismeticũ/hoc est sm equalitatẽ q̃titatis absolute rei ad rem in ordine tñ ad vsum cõtrahentiũ: vt si preciũ est. x. qd̃ dat emptor/equus quem tradit venditor valeat. x. si autẽ pl⁹ valeat equ⁹ duo illa addãtur ad. x. sic em̃ fit adequatio arismetica in numeris. in distributiua autẽ est medium geometricũ sm pportionez. vt si duob⁹ sint distribuenda bona cõmunitatis/ ita se habeat bonum vnum distribuibile ad aliud bonum sicut psona ad psonã sm dignitatẽ. ¶ Ex q̃ patet q̃nto corrolarium q in iusticia cõmutatiua potest dari alteri plus de lucro et minus de damno sine iniusticia: imo hoc erit liberalitatis/dũ tamen ex cõsensu sine errore vtriusq; pcedat. In distributiua autem plus dare alicui de bonis cõmunitatis q̃ meruerit/est peccatum iniusticie et respectu cõmunitatis contra cuius intẽtionem administrator infideliter bona eius distribuit/ et respectu dignioris cui hec debebantur. ¶ Sed cõtra: qz dignitas psone Contra
in distributiuis non attenditur per se: quia sic nõ est pars cõmunitatis. vnde sic nõ debent ei bona cõmunitatis: sed in ordine ad cõmunitatẽ. et sic videtur esse iusticia legalis. ¶ Preterea. 5. ethicorum In pecuniis iusta fit distributio cuz respicitur ad illata. cõmentator vt plus detur ei qui plus intulit. qd̃ videtur ptinere ad iusticiam cõmutatiuam
¶ Ad primum dicẽdum q iusticia generalis nullam habet materiam propriam abstractam a materiis aliarum virtutum: sed de necessitate eius materia semper est materia alicuius virtutis particularis. ¶ Sciẽdum ergo q retributio et distributio bonorum cõmunium que fit alicui de cõmunitate scdm merita/cedit primo in bonum singulare ipsius recipientis/ex consequenti in bonum cõmunitatis tã honestum q̃ vtile et delectabile. honestũ quidẽ inq̃tũ quedã pulchritudo ordinis cõsurgit ex hoc q in cõmunitate q̃libet habet de bonis eius scdm merita: sicut et in corpore naturali est pulchritudo elegans membrorum dispositio scdm ordinatam adinuicem proportionem. Utile autem inquantum magis aliquis animatur ad seruiendum cõmunitati cum digne remuneratur. Et delectabile: qz ex hoc pax et tranquillitas cõseruatur. scdm phm em̃ ex hoc bella et lites in cõmunitatibus oriuntur/ q peiores plus habent de honorib⁹ et aliis bonis ciuitatis: et meliores minus. Iustus autem dispensator inquantum attendit in distribuendo bene bonũ meriti singulare ipsius merentis/agit scdm iusticiam particularem distributiuam inquantũ autem istud bonum vlterius ordinat in vtilitatem cõmunẽ/agit sm iusticiã legalẽ. ¶ Ad secundũ dicendũ q q̃uis dignitas psone et illatio inseparabiliter se cõcomitent: qz q̃ melior est in cõitate pl⁹ infert vel cõfert: et si nõ boni vtilis/tñ boni honorabilis corã deo et hoib⁹ et

qui parcit impio ꝓpter iustũ: tñ iusticia distributi
ua principaliter attẽdit dignitatem non illationẽ:
q̃uis iudicare possit dignitatẽ ex illatiõe: nec ſm
equalitatẽ q̃titatis ad illata in cõitatẽ distribuit
ei bona cõitatis: sed in iusticia cõmutatiua ꝑcise
habet respectus ad illationẽ etiã ſm eq̃litatẽ q̃ti
tatis. Rursus is cui fit distributio nõ intulerat id
qd̃ intulit amore remunerationis sed amore iusti
cie ⁊ virtutis. vñ id qd̃ distribuit̃ ei nõ est merces
illati: sed ꝓmiũ virtutꝫ / alis esset mercẽnari⁹ ⁊ nõ
cius virtuosus. sed in iusticia commutatiua ipse
dat tñ vt recipiat tñ ⁊ nõ amore virtutis sed ꝓpt̃
indigẽtiã q̃uis nollit accipere nisi ſm mẽsurã vir
tutis: et redditur sibi tantum non propter digni
tatem eius: sed in mercedem eius quod dedit.

5. articul⁹. ¶ Quantũ ad quintũ de dubijs circa vtrãq; iusti
ciã dubitat̃ ꝓmo de idulgẽtijs ad quã iusticiã ꝑti
neãt. Dicendũ ꝙ nõ ad distributiuã: q2 nõ ſm di
gnitatẽ recipiẽtis: sed ſm iusticiã cõmutatiuã: si
cut cum vn⁹ ꝓ altero. satisfacit em̃ de pena quam
scti sustinuerũt. tñ soluit̃ ꝓ isto q̃tũ ipse dat. Est
autẽ idulgẽtia remissio pene tꝑalis debita pecca
tis actualib⁹ nõ remisse v̾tute clauiũ facta a ꝓlato
eccl̃ie ex causa rõnali pie cõpensatiõeq; pene xp̃i
⁊ sctõꝝ. Unde si papa sine causa rõnali daret / non
solum peccaret: sꝫ nec valet. si tñ essent multe cau
se rõnabiles sufficientes / quorũ tñ vna esset rõna
bilior altera / et daret ꝓpter min⁹ rõnabilẽ omissa
magis rationabili / peccaret q̃dẽ: sed valet. sicut
is qui distribuit bona cõitatꝫ bono omisso melio
ri. ¶ Itẽ sciendũ ꝙ iusticia ꝑ se ꝓmo ⁊ imediate
est circa oꝑationes exteriores q̃ sunt ad alterũ vt
est alterũ nõ ledere / iustum cuiq; tribuere equalit̃
cũ ꝓximo cõicando et ei distribuendo: sed ex cõse
quẽti circa passiones q̃ ꝓprie et directe nate sunt
impedire rectitudinẽ istarũ oꝑationũ / sicut sunt
affectiones circa lucrũ ⁊ damnũ. naturaliter ei ex
natura corrupta hõ appetit sibi pl⁹ de lucro ⁊ mi
nus de dãno q̃ alteri sed ꝑ accidens est circa oẽs
alias passiones q̃ indirecte possunt ei⁹ actũ ꝓnci
palẽ ipedire. si q̃s em̃ imoderate delectationẽ ve
nereoꝝ appeteret possit fieri iniustus adulterãdo
et ꝑ timorẽ imoderatũ iniust⁹ distribuẽdo. et sic de
aliis. Hec autẽ gñalitas materie q̃ est ꝑ accidẽs
nõ facit virtutẽ generalẽ. ¶ Itẽ sciendũ ꝙ rex ad
monetã se hꝫ dupl̾. Uno modo sicut ei⁹ istitutor
et tunc peccat si ꝓ vtilitate ꝓpria in dãnũ subdito
rum eã istituit vel statuit: sicut si faceret legẽ qua
subditi se iterficerẽt / hoc em̃ est tyrãni et nõ regis
Nã iustus legislator cõdit legẽ subditis vtiliorẽ.
Alio mõ vt cõmutator ⁊ cõmutãs. s. massam talẽ
vel cũ pecunia fabricata ⁊ illam fabricãs: ⁊ tunc q2
q̃tũ vn⁹ habũdat in lucro tñ ali⁹ in dãno. ipse qui
sic lucrat̃ iniustus est: cui⁹ petiti reducit̃ ad obolo
staticã. ¶ Sed sciendũ ꝙ vsura in mutuo cõsistit
cuius eq̃litas est in indiuisibili. vnde mox nolatis
inuoluit̃ malicia / nec bñ fieri põt. vñ rex nulla re
gni necessitate vsuram põt exigere a subditis: sed
obolostatica est i ꝯtractu vẽditiõis vel ꝑmutatio
nis / cuiusmodi diuersificat̃ in valore ſm loca ⁊ tẽ
pora: ita vt sine pctõ q̃n; pl⁹ q̃n; min⁹ det̃ ꝓ eo
dẽ: ⁊ tũc si rex ꝓ necessitate regni sic mutaret pre
ciũ in hac monete fabricatiõe / posset excusari sup
posito ꝙ aliter cũ minori dãno subditoꝝ non pos
set fieri / vel occurrere regno deficiẽtibus redditi
bus ⁊ thesauro: q2 i tali casu etiã collectã ⁊ subuẽ

tionẽ ab oĩb⁹ posset petere: sicut ꝓpter cõmune pe
riculũ merces oĩm ꝓijciunt̃ in mare: ⁊ oẽs contri
buũt. ¶ Ad argumẽta ꝓncipalia Dicendũ ad ꝓ Ad rõnes
mũ ꝙ virtutes theologice ⁊ intellectuales lꝫ sint ꝓncipales
nobiliores virtutibus moralib⁹ tã ratione subie
cti q̃ obiecti q̃tum ad aliquas eorũ tñ nõ dicunt̃
ꝓprie cardinales: q2 non ꝑficiunt hoĩem in vita q̃
ꝓprie dicit̃ humana sicut virtutes morales vt de
claratũ est in corpe solutionis. ¶ Ad secundũ di
cendũ ꝙ non est simile de vicijs et virtutib⁹: quia
viciũ ẽ ꝑ auersionẽ a fine debito ꝓpter qd̃ mot⁹ vi
cioꝝ nõ assimilat̃ ostio ꝑ qd̃ intrat̃ in domo. ꝑ pec
catum em̃ magis recedit̃ ab eo qd̃ est hoĩs q̃ acce
dat̃: cũ homo sit hõ ꝑ rõnẽ a qua oĩs peccãs deuiat:
ideo vicia nõ dicunt̃ ꝓprie cardinalia: sed act⁹ vir
tutũ sunt ꝑ accessum ad rationẽ q̃si ad id qd̃ est inti
mum in homine: ideo inter virtutes principalio
res dicuntur cardinales.

¶ Distinctio. xxxiiij. ¶ Questio. j.

Irca tricesimaquartã distin
ctionẽ querunt̃ tria. Primo
de donis in cõi. Scd̃o in spe
ciali q̃tuꝫ ad dona directiua
vtrũ prudẽtia theologica sit
donũ spũs scti. Tertio de do
nis executiuis i speciali q̃ ad
timorẽ / vtruꝫ timor seruilis sit
bon⁹. ¶ Primo ergo querit̃
vtrũ dona sint eadẽ v̾tutib⁹ / an sint distincta ab eis
Et arguit̃ ꝙ sint eadẽ cũ v̾tutib⁹: q2 illa sunt idẽ Primum
q̃ꝝ est eadẽ diffinitio: sed v̾tutũ ⁊ donorũ est eadẽ
diffinitio. ergo sunt idẽ. Minor ꝓbat̃: q2 diffini
tio quã dat Augustin⁹ de virtute ꝯpetit donis
scꝫ ꝙ virtus est bona qualitas mentis qua recte vi
uit̃ qua null⁹ male vtit̃ / quã de⁹ in nobis sine nobis
operat̃. ¶ Itẽ iter dona nolant̃ sapientia / intelle Secundũ
Secundo queritur. Utrum status religiosorum sit perfectior ꝙ status curatorum. Videtur ꝙ sic. quia includit consilia ⁊ precepta. ¶ Contra. quia perfectior est status perfectionis exercende ꝙ acquirēde. ¶ Respondeo tria facienda sunt. Primo ponentur dicta quorundam circa hec. Secundo ponētur an in ecclesia sit aliquis status perfectior statu episcoporum. ¶ Quantum ad primum ponunt primo suam opinionem. Secundo instantiam. Tertio solutionem. Opinio autē eorum habet tres cōclusiones prima ꝯclusio est ꝙ in ecclesia generaliter non est nisi triplex status. scilicet prelatorum: simplicium clericorum: ⁊ religiosorum. Itē triplex laicorū. Mat. xxiiij. duo in agro: due differentie prelatorū: duo in loco: due continentiū qui eligunt contemplationis quietē: duo molentes in mola: due differentie coniugatorū sequentium mobilitatem rerum temporalium mobilium. secundum glosam. Idem ps Ezechielis. x. tres viri liberauerūt animas suas: Noe. Daniel ⁊ Job. per quos secundum Gregorium signantur rectores continentes ⁊ coniugati. preter hos status nō est alius in ecclesia. Inter hos status supremus est prelatorum. infimus coniugatorū: medius religiosorum. ¶ Unde secūda ꝯclusio est ꝙ status prelatorū quantum ad maiores puta episcopos ⁊ supra sit supremus quod probant tum quia ad eos pertinet regere ⁊ perficere alios qui reguntur ⁊ perficiuntur. Tum quia sine dispensatione potest fieri transitus a quocunque statu prelatorū: nō aūt ecōtrario. transitus enim potest fieri ab inferiori ad superius non ecōuerso sine dispensatione. Unde certum est ꝙ episcopi sunt perfectiores ꝙ religiosi. ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ status curatorū est perfectior ꝙ quorumcunque religiosorum: quam probant multipliciter. ¶ Primo ex ipso statu quia status prelatorum secundum suum ambitum totum est perfectior quocunque statu in ecclesia. Sed sacerdotes parrochiales includuntur in statu prelatorum ergo ⁊c. Maior patet quia vt dictum est in ecclesia non sunt nisi tres status inter quos status prelatorum est supremus. Minor probatur quia status parrochianorū est status habens regimen animarum et sicut episcopi sunt rectores in suis diocesibus sic sacerdotes parrochiani in suis parrochijs ergo icluduntur in statu prelatorū. ¶ Sed ad hoc posset dici ꝙ non habent regimen animarum ordinarie sz sicut quidā balliui ⁊ sic non sunt in statu prelatorum. Sed hoc non est verum licet enim possit dici ꝙ tam episcopi ꝙ alij curati sint balliui respectu xpi: tamen curati nō sunt balliui respectu epōrū quia illi sunt rectores ordinarij quorū regimen est a xpo constitutum. sed regimen sacerdotum parrochialium est huiusmodi sicut septuaginta duo discipuli per quos sm glosam intelliguntur presbyteri. Non enim dicitur ꝙ apostoli eos destinauerint vel miserint sed xpus. Luce. x. ⁊ di. xxi. ca. In nouo testamento. videntes apostoli messem esse multam operarios vero paucos rogauerunt dominum messis vt mitteret operarios in messem suam. Unde ab eis sunt electi septuaginta duo discipuli ⁊ a xpo instituti. Unde dominus misit. Sed apostoli rogauerunt dominum vt mitteret. Isti presbyteri tenentes locum septuagintaduorum discipulorū sunt sacerdotes parrochiani: ergo sunt a xpo instituti. Unde status eorum non est ficticius nec ab aliquo homine inuentus sicut status religiosorum. Unde sicut in primitiua ecclesia status apostolorum ⁊ discipulorum est maior quocunque alio: ita ⁊ nunc. ¶ Secundo ex operibus statuū quia quāto aliquis status habet opera similiora operibus pertinētibus ad statum episcoporum tanto est perfectior: sed status parrochianorū est hmōi. Immo habet quasi eadem opera. cum epi ex officio habeant ministrare omnia sacramēta sicut episcopi exceptis duobus ⁊ habent docere informare corripere in aliquibus excessibus licet non possint excommunicare sicut nec religiosi. ¶ Preterea sm aliquos doctores religio perfectior est que ex plenitudine contemplationis ordinatur ad intendendum saluti animarum: ꝙ illa que ordinatur solum ad simplicem contemplationem. quia bonum commune diuinius est. ex quo habetur ꝙ ille status perfectior est qui magis ordinatur ad salutem animarum. sed status parrochianorum est huiusmodi respectu religiosorum: quia habent exercere plura opera ad salutem animarum pertinentia ꝙ religiosi. Nam religiosi qui saluti animarum intendunt non habent nisi predicare ⁊ confessiones audire. Sacerdotes autem cum his habent corrigere ⁊ sacramenta conferre ⁊ hoc eis competit potestate ordinaria: religiosis autem ex delegatione. ¶ Tertio ex parte perfectionis personalis quam vterque status requirit: quia ille status est perfectior qui magis perfectum requirit. sed status curatorum est huiusmodi ergo ⁊c. Maior probatur. Nam ille status requirit maiorem perfectionem qui requirit maiorem charitatem ⁊ cognitionem diuinorum: sed sic est hic quia status curatorum requirit voluntatem magis promptam ad ponendum animam suam pro ouibus vel pro salute fratrum ⁊ expendendum totam vitam in vtilitatem eorum ⁊ spiritualem ⁊ corporalem ꝙ non requirit status religiosorum. Unde status religiosorū non requirit statim tantam perfectionem quando professus est: sed sufficit sibi ꝙ sit in statu salutis absolute ⁊ ꝙ perfectionem possit acquirere. Itē curatus cum habeat alios instruere debet habere perfectam diuinorum cognitionem. ¶ Preterea sacerdotes habent perficere sicut ⁊ maiores prelati non autem religiosi sed perfici ergo status illorum requirit hominem perfectiorem ¶ Preterea augustinus ⁊ habetur. xxi. q. i. Non nisi probatiores ⁊ meliores clericos assumere solemus. Ex quo patet ꝙ ad curam animarum nō assumuntur religiosi nisi meliores inter ipsos sed hoc non esset nisi status ille esset perfectior. ¶ Tertio ponunt illa quibus videtur diminui status curatorum ⁊ esse perfectior. Primo quia licet aliqua opera sacerdotum parrochianorum sint perfectiora aliquibus operibus religiosorum. Preterea perfectius est intendere saluti animarum ꝙ ieiunare. tamen perfectius est totaliter intendere saluti sue anime ꝙ multa opera facere ad salutem animarum proximorum. primum pertinet ad religiosos. scdm ad curatos ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic qui non sunt in statu non habent perfectiorem statum sed curati non sunt in statu. tū quia nullus potest dimittere statum perfectionis vt simplici vita viuat in seculo. sed sacerdos hoc potest quia deficit obligatio tū etiam quia nullus existens in statu perfectionis pro libito suo potest illum dimittere. sed tantum de licentia superioris: sacerdos autem pro libito suo potest dimittere curam pro religione, tum quia qui dimitteret statum perfectionis ad viuendum seculariter reputaretur apostata non autem sic de sacerdotibus curam dimittentibus. ergo ⁊c. ¶ Tertio dato ꝙ sint in statu non tamen perfectiori ꝙ religiosi. tum quia iura non dant communiter licentiam transeundi de statu perfectiori ad imperfectiorem. iura autem communiter licentiant curatos transeundi ad religionē. xix. q. vi. c. clerici. ⁊ cuius due sunt leges. Tum quia nullus afflatus spiritussancto trāsit de statu magis perfecto ad minus perfectum: vt autem dicitur in capitulo due sunt leges. Sacerdos transiens ad religionem facit hoc afflatu spiritussancti ⁊ lege priuata spiritussancti inductus. Tum quia expresse in dicto capitulo clerici: dicitur ꝙ clerici idest curati qui trāseunt ad religionem suscipiunt meliorem vitam ¶ Quarto quia vita contemplatiua est perfectior ꝙ actiua. ergo status religiosorum est perfectior statu prelatorum quorumcunque. ¶ Ad primum dicendum ꝙ deficit. dr primo. quia ita est contra statum episcoporū sicut contra statum curatorum ⁊ tamen concedunt cōmuniter omnes maiores prelatos in statu perfectiori ꝙ religiosi.

¶ Secundo quia supponit falsum. scilicet ꝙ ille qui intendit saluti proximorum non intendat saluti proprie: quia intendendo saluti proximi ordinat hoc ad augmentū charitatis sue. ¶ Ad secundum dicendum. ꝙ magister deficit. primo quia sit vis in nomine ⁊ nō in re. quia loco status potest accipi modus vel genus viuendi ⁊ sic saltem habebitur ꝙ curati habebunt perfectiorem modum viuendi ꝙ religiosi. ¶ Secūdo quia ad hoc ꝙ aliquis cōpetat status ⁊ pmiū virginitatis sufficit propositum perpetuo standi in virginitate absque obligatione aliqua. ergo a simili ad hoc quod curati dicantur esse in statu sufficit habere propositum perpetuo exercendi officium curatorum. dato etiam ꝙ non haberent propositum perpetuo standi sic quandiu staret sic status suus requireret perfectiorem hominem ꝙ status religiosorum. ¶ Tertio quia supponitur falsum. scilicet ꝙ curati non

obligantur obligatione que sufficit ad statum. quia curatus in susceptione cure pastoralis efficitur sponsus ecclesie: sed spō suo ex iure naturali quantum est de se obligatur ad gerendus per petuo causam sponse nec potest eam pro libito dimittere.

¶ Quarto quia secundum viam istam non deficit quin curati sint in perfectiori statu quam religiosi nisi obligatio sola que possset. eri si papa diceret nullus dimittat curam pro religione nisi de licentia speciali. et tamē tunc possent de licentia transire: ergo et nunc quando hoc eis licet de licentia generali non tollitur quin habeant perfectionem status: quia nec nunc licet eis transire nisi de licentia generali sicut in casu non liceret eis nisi de licentia speciali si esset statutum quod non liceret eis nisi de licentia speciali. ¶ Ad primum quod adducitur ad probandum dicendum quod de licentia potest aliquis dimittere statum perfectionis et manere in statu simplici in seculo et tamen nō ē apostata vt patet de episcopis per papam a suis curis absolutis. ¶ Ad tertium dicendum quod ius commune licet non det simpliciter licentiam a statu magis perfecto transeundi ad statum minus perfectum. dat tamen bene licentiam transeundi ab eo quod est magis perfectum simpliciter ad minus perfectum quando illud minus perfectum ē melius transeunti. Et sic est in proposito. nam ius dat licentiam curato transeundi ad religionem quando curatus sentit se non sufficientem pro regimine ecclesie vel quando non potest ibi stare sine periculo vel si melius possit regi per alium: quamuis enim status curati simpliciter sit perfectior quam religiosi: huic tamen sic disposito status religiosorū est melior. ¶ Per hoc patet ad aliud quia bene aliquis afflatus spiritusancto potest transire a statu simpliciter perfectiori ad minus perfectum quando minus perfectus est transeunti melior. ¶ Per hoc etiam ad tertium quia ibi accipitur melior vita non simpliciter sed huic. Et quod sic intelligatur patet dupliciter. primo quia si curatus crederet quod esset sufficiens et regeret melius quam vnus alius sine periculo salutem magno non diceretur a spiritusancto ad dimittendum curam ecclesie pro religione cum bonum commune sit diuinius et melius quam priuatum. ¶ Secundo patet idē per glosam sequentis capituli super illo dignior est lex priuata vbi dicitur quod lex publica in tribus casibus preiudicat priuate qua sacerdotes ducuntur qui volunt intrare religionem. Nam mulier licet lege deidu catur non tamen potest intrare inuito viro nec impubes inuito patre nec episcopus sine papa. Ex quo patet quod vita religiosorum dicitur melior respectu curati et episcopi pariter. sed respectu episcopi vt omnes concedunt non potest esse simpliciter melior nec dici sed huic melior quando scilicet est insufficiens ad regimen episcopale ergo et cetera. ¶ Hoc etiam confirmatur per id quod dicitur xvi. q. i. c. sunt enim nonnulli. Ubi dicitur quod monachus accipiens potestatem ligandi atque soluendi sublimatur. Et augustinus sic viue in monasterio vt clericus fieri merearis quod nō diceretur nisi transire faceret e conuerso esset descendere ¶ Ad quartum dicendum quod aliqui duo status possunt comparari i perfectiōe dupliciter vel quantum ad id quod includunt vel quantum ad id quod exercent. Si ergo comparentur status religiosorum et curatorum quantum ad id quod includunt status prelatorum qui habent pro aliis animas ponere et alios instruere et alios corrigere errantes et ad ardua in speculatione diuinorum eleuari propter suam eminentiam includit perfectionem in existentem actu. status autem religiosorum non includit talem perfectionem actu in existentem sed instrumenta perueniendi. l. opera contemplatiue vite: ideo quantum ad hoc status prelatorum est perfectior. Si autem comparent quantum ad exercitium suorum operum cum opera vite contemplatiue que vt plurimum pertinet ad statum religionis sint perfectiora quam opera vite actiue que vt plurimum pertinent ad statum prelatorum propter necessitatem subditorum: sic status religionis est perfectior: quia ad opera perfectiora est aptior. Ita quod magis est appetendum simpliciter esse dignum prelatione quam statu religionis. Sed esse in religione debet esse in electione semper et simpliciter religioso: esse autem in tali religione debet esse non ita simpliciter in electione sed in patientia. et debet esse in electione in casu necessitatis. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum quod licet tenere precepta et consilia simul sit perfectius quam tenere precepta tantum. tamen status qui requirit magnam perfectionem virtutum sine consiliis que ad hoc specialiter sunt vtilia vt melius seruantur precepta est perfectior quam status cui sufficit minor perfectio virtutum non obstante quod includat consilia status autem religiosorum licet includat consilia non tamen requirit nec includit tantam perfectionem virtutum quia status religionis non repugnat imperfectis cum sit status acquirendi perfectionem et ideo propter consilia nō oportet ponere quod status religionis sit perfectior statu prelatorum. ¶ Quantum ad secundum arguunt idem quod in ecclesia sit status perfectior statu episcoporum. Ubi enim est maior accessus ad deum et per consequens maior perfectio ibi est et maior recessus a temporalibus: sed status habentium nil in proprio vel in cōmuni magis recedit a temporalibus quam status episcoporum qui habent temporalia quasi propria ergo et cetera. ¶ Oppositum supponit cōmuniter. ¶ Respondent quod nullus status est in ecclesia simpliciter perfectior statu episcoporum qui succedunt apostolis ¶ Ad cuius euidentiam sciendum secundum eos quod nullus status in ecclesia est ita status perfectionis quod appropriet sibi perfectionem essentialem ita quod in alio statu talis perfectio haberi non possit: quia cōstat quod in omni statu in ecclesia inueniuntur plures valde perfecti. dicitur autem in ecclesia aliquis status perfectus plus quam alius dupliciter. primo quia sibi appropriat quedam instrumenta tendendi ad perfectionem sicut religiosi dicuntur esse in statu perfectionis. secūdo quia appropriat sibi exercitium quarundam operationum perfectarum quarum cōueniens exercitium hominem exigit iam perfectum et dicitur status perfectionis exercende non solum quo ad se: sed etiam quo ad alios et ille est status prelatorū quorum est alios illuminare purgare et perficere. ¶ His suppositis potest argui ad propositum tripliciter ratione. ¶ Primo sic. status ad quē transire licet a quocunque alio est perfectior omni alio: talis est status pape et episcoporum apostolis succedentium ergo et cetera. vtrumque patet de se.

¶ Secundo sic. status qui non congruit nisi iam perfectis est perfectior statu qui potest congruere imperfectis tendens ad perfectionem: quia perfectius est esse perfectum quam ad perfectionem tēdere: sed status prelatorū requirit iam perfectum. quia prelatus debet esse perfectior omnibus subditis: status vero religiosorum non requirit iam perfectum: quia vnus secularis statim post ingressum posset profiteri et esset religiosus et congrueret religioni nec tamen adhuc esset perfectus sed ad perfectionē tenderet ergo et cetera. ¶ Tertio sic. sicut se habet bonus prelatus in quantum huiusmodi ad bonum religiosum: sic status prelatorum ad statum religiosorum. sed bonus prelatus in quantum huiusmodi magis habet quod sit perfectus quam bonus religiosus ergo et cetera. probatio minoris quia bene sequitur. est bonus prelatus ergo est vir perfectus: sed non sequitur est bonus religiosus ergo est vir perfectus: sed tantum sequitur. ergo exercet opera quibus tenditur ad perfectionem: que si religiosus exerceat sicut sunt statuta in religione sua est bonus religiosus. dato quod nō assequatur perfectionem. Nec obstat prelatis nec eorum perfectioni derogat si habeat ius in cōmuni in bonis ecclesiasticis. immo perfectissimus modus est quo accipiunt prelati a subditis suis ratione sui laboris debitum. Nam si laudabile est viuere de labore corporali manuum multo plus de labore spirituali quo seminantur spiritualia: carere enim iure non facit per se et dimittere ad perfectionem. alioquin illi qui de statu religionis tali iure carentium ad statum prelatorum in quo oportet eos habere ius in bonis cōibus ecclesie transeunt trāsirēt ad statū imperfectiorem quod falsum est. Ex hoc respondent ad rationem in oppositum dicētes quod recessus a temporalibus qui per se facit ad perfectionem est recessus mentalis. et talis debet esse in prelatis magis quam in aliis adeo quod paupertas debet eis esse in electione et desiderio. Sed habere ius in bonis pro vtilitate cōmuni debet eis esse in patientia. Si autem loquamur de recessu qui est carentia bonorum in temporalibus tunc dicendum ad formam argumenti. quod vbi est talis recessus maior: maior est ibi perfectio dispositiue idest instrumentum disponens ad facilius acquirendum perfectionē sed non sequitur quod sit ibi maior perfectio exegitiue idest quod sit ibi maioris perfectionis exigentia vel exercitatio quod scilicet sta-

tus ille necessario exigat exercitium operationum perfectarum et que exigunt virtutem magis perfectiuam. Istis autem duobus modis est maior perfectio in statu prelatorum. Unde status religiosorum non est perfectior. immo econuerso status prelatorum est simpliciter perfectior: sicut exigens maiorem perfectionem. ¶ Secunda opinio procedit sic per tres articulos: quia primo ponunt conclusionem contrariam et probant. Secundo respondent ad rationes illorum. Tertio infringunt solutiones eorum etc. ¶ Circa primum est videndum vtrum sacerdotes parrochiales sint in perfectiori statu quam religiosi. Dicendum primo quod non sunt in statu. religiosi autem sunt in statu perfectionis. Status enim quandam firmitatem importat. vnde res que in motu est non dicitur stare. Item rectitudinem. Unde non dicitur stare nisi qui est erectus etiam si quiescat. preterea si sedeat aut iaceat aut accumbat. Item importat quietem quod tamen est idem cum firmitate: et secundum hoc ad hoc quod aliquis sit in statu requiritur firmitas perpetue obligationis. id est vsque ad mortem et rectitudo. Rectitudo autem in homine est in comparatione ad deum. vnde qui est obligatus ad aliqua opera per que erigitur ad deum si obligatio sit perpetua et solennis dicitur esse in statu. Tamen si large loquamur de statu non requiritur nisi firmitatem. vnde et lapis dicitur stare. et secundum hoc status potest esse sine perfectione sicut est status coniugalis vbi est obligatio ad vitam sed non perfectio: quia deest dicta rectitudo ad deum. Est enim ibi obligatio ad debitum carnale reddendum. Sed hic loquimur de statu non quocumque modo sed de statu perfectionis et secundum quod perfectionis: ad quam requiruntur duo predicta: scilicet perpetua obligatio sit ad opera perfectionis. Opera autem perfectionis sunt que directe ordinantur ad dilectionem dei. Nam tota perfectio vite spiritualis consistit in charitate principaliter et precipue quantum ad deum: licet secundario in charitate ad proximum. et hoc maxime fit per abiectionem eorum que possunt impedire dilectionem dei cuiusmodi sunt temporalia. Unde in obligatione perpetua ad adiectionem temporalium consistit principaliter status perfectionis. Sacerdotes autem curati nec obligationem habent perpetuam ad curam animarum nec abiciunt temporalia nec ea que maxime retrahunt a dilectione dei vt voluptas carnis vt patet in sacerdotibus grecis religiosi autem sic ergo etc. ¶ Sane tamen posset dici quod sunt gradus alicuius perfectionis inquantum intendunt saluti proximorum ministrando sacramenta licet deficiat obligatio perpetua que requiritur ad statum et solennitas: hec enim duo scilicet perpetua obligatio cum solennitate statum faciunt absolute vt patet in episcopis et religiosis. hec autem duo deficiunt curatis. vnde non sunt in statu. Et si quis essent in statu non tamen eque perfecto sicut religiosi sicut nec charitas ad proximum eque principalis sicut charitas ad deum. ¶ Preterea si curati sunt in statu perfectionis aut hoc est ratione ordinis aut ratione cure: non ratione ordinis tum quia quoniam non ordinatus habet curam: tum quia ordo in ecclesia facit gradum quia ordinant ad nobiliorem actionem sed non statum: quia non respicit perfectionem per se licet sit conueniens quod habens ordinem sit bone vite. Nec ratione cure: quia ad curam simplicem nulla est obligatio vt modo potest eam permutare vel dimittere de licentia episcopi pro simplici prebenda et totaliter per se dimittere et matrimonium contrahere. et sic post curam potest transire ad statum secularem: ergo non sunt in statu aliquo ratione cure. ¶ Nec ratione ordinis nisi forte per accidens inquantum votum continentie est annexum sacro ordini apud occidentales. ¶ Ad secundum respondent ad rationes aliorum vnde dicunt ad primum in oppositum quod curati non sunt prelati sed coadiutores sunt prelatorum. s. episcoporum. improprie enim pater familias dicitur qui preest familie vni tantum vel princeps. curatus autem preficitur tantum vni familie quia vni parrochie vnde non potest princeps spiritualis id est prelatus ecclesie propter quod nec excommunicare nec dare indulgentias propria auctoritate nec alia facere que pertinent ad prelatum etiam minus quam abbas qui excommunicare potest: et tamen non est prelatus sed paterfamilias vt nomen sonat abba pater: et hoc est quia non preest nisi vni familie. Unde solus episcopus proprie est prelatus id est princeps spiritualis quem dyonisius in ecclesiastica hierarchia vocat ducem: non autem curatum. talis autem prelati status id est episcopi est perfectior quam religionis. ¶ Ad illud quod ipsi premittunt de glosa math. xxiiii. et noe. etc. dicendum quod secundum illam glosam status proprie dicitur qui includit firmitatem obligationis cum solennitate et sic non sunt nisi tres status. ¶ Supremus qui est prelatorum. i. episcoporum qui obligantur ad opera perfectionis et cum solennitate benedicuntur et consecrantur. ¶ Secundus et medius continentium. i. religiosorum qui obligantur ad perpetuam continentiam cum solennitate voti professionis. ¶ Tertius et infimus coniugatorum qui obligantur obligatione matrimoniali cum solennitate quam facit ecclesia: et hic habetur quod curati non sunt in statu nec clerici nec layci. Sed large loquendo sunt in communi statu fidelium licet presbyteri sint in altiori gradu. ¶ Ad illud etiam quod premittitur quod prelati habent perfectionem dicendum quod episcopi non propter hoc sunt in statu perfectiori quia sunt aliorum perfectores: sed propter hoc sunt in gradu altiori. quia perfectio status dicitur per comparationem ad opera charitatis consimilis illis per que homo retrahitur ab his quibus charitas impeditur. Uel promouent ad charitatem sicut munditia abiectio temporalium et huiusmodi que adiuncta firmitate perpetue obligationis faciunt statum. gradum autem facit ordo. Unde qui habet maiorem ordinem est in perfectiori gradu: quia gradus per comparationem ad actionem. nec licet religioso transire ad curam simplicem sicut ad episcopatum. ¶ Ad solutionem quam dant ad instantiam. Utrum sint ordinarii dicendum quod archidiaconi se habent ad episcopum sicut ballivi ad regem. curati autem sicut prepositi qui presunt vni ville. xxi q. i. omnibus presbyteris et diaconis attendendum est vt nil sine proprii episcopi licentia agant. Septuaginta autem duo discipuli instituti sunt a christo non vt ordinarii sed vt apostolorum adiutores. Unde et apostoli post aduentum spiritussancti miserunt eos vbi voluerunt sicut etiam nunc episcopi mittunt et deponunt curatos. Nec sequitur quod sit tanta potestas curatorum quanta fuit discipulorum quibus successerunt sicut nec est tanta episcoporum sicut apostolorum cum episcopi passim non ponant nec deponant episcopos sicut apostoli faciebant: sicut paulus thitum et thimotheum et alios plures ordinauit episcopos. ¶ Item omnis potestas spiritualis ordinaria cum aliqua solennitate committitur: episcopus sine solennitate curas committit. Quod enim inuestit ipsum a nullo magis est solennitas ciuilis quam canonica vel ecclesiastica: quia ecclesia non habet aliqua verba limitata qui habent iurisditionem ordinariam et si non consecrantur. Status autem apostolorum et discipulorum in primitiua ecclesia erat perfectior omni alio quod includebat et statum prelatorum quo ad apostolos qui fuerunt principes populorum et religiosorum quo ad vtrosque: quia apostoli omnia reliquerant propter christum et discipuli omnia ponebant ad pedes apostolorum. ¶ Nec dicendus est status religionis fictitius et a puro homine adinuentus sed a spiritusancto inspirante et a christo docente. Si vis perfectus esse. et faciente. et apostolis quibus erant omnia communia. Unde dyonisius de monachis frequentem facit mentionem. ¶ Ad secundum principale de operibus statuum dicendum quod religiosi sunt similiores episcopis quantum ad opera que faciunt statum cuiusmodi sunt obligatio perpetua ad opera perfectionis ad que curati non sunt obligati nisi sub conditione et ad tempus id est quamdiu sunt curati. ¶ Ad aliud quod allegatur dicendum quod supposito statu perfectionis qui est in omni religione et non in curatis perfectior est religio intendens saluti animarum: quia ista addunt quandam perfectionem accidentalem licet inquantum cadunt sub obligatione illorum religiosorum per se pertineant ad perfectionem illius religionis. curati autem ad hoc non habent obligationem perpetuam et ideo saltem illi religiosi qui ad hoc ex conditione sui ordinis sunt obligati sunt in perfectiori statu. Et si quis monachi qui ad hoc principaliter non sunt instituti

nec minores habeant hoc ex commissione: tamen predicatores quorum ad hoc ordo est institutus habent hoc potestate ordinaria consequente statum eorum essentialiter. vnde hec obligatio est intimior statui istorum religiosorum curatorum. Non tamen est intelligendum ꝙ actum predicandi habent nisi ex commissione: sed aptitudinem ad predicandum ⁊ obligationem ad istud officium quando prout eis commissum fuerit habent ex ordinaria sui ordinis institutione. ¶ Ad tertium principale dicendum ꝙ maiorem perfectionem requirit status religionis ꝙ curati ⁊ maiorem charitatem. nam si curatus tenetur ad ponendum animam pro ouibus nos etiam debemus pro fratribus animas ponere: religiosi etiam totam vitam suam corporalem ⁊ spiritualem obligauerunt perpetuo ad seruiendum deo in statu perfectionis longo exilio a mundo ⁊ carnis martyrio carceri et perpetuo coronandi. Nec sufficit ꝙ religiosus sit absolute in statu salutis: quia in statu salutis potest aliquis esse sine obligatione ad opera perfectionis que est de essentia religionis statim etiam a principio professionis requirit tantam charitatem vel charitatis perfectionem ꝙ homo non solum temporalia sed ⁊ amicos ⁊ seipsum abneget propter deum ⁊ ꝙ plus religio maiorem charitatem requirat ꝙ cura: est tamen in statu semper tendente ad vlteriorem perfectionem partialem vsque ad perfectionem patrie donec occurramus omnes in virum perfectum. Unde quamuis sint in statu acquirendi perfectionem tamen etiam sunt in statu supponente maiorem perfectionem ꝙ status cuiuscunque curati licet non supponat tantam ad quam postea venit: concedo tamen ꝙ curati debent habere maiorem cognitionem de diuinis. Sed non propter hoc maiorem perfectionem que in charitate consistit. Sed verum est ꝙ ante curam requiritur maior perfectio in eo qui debet fieri curatus ꝙ in eo qui debet fieri religiosus: sed premissam professionem ⁊ cure susceptionem maior perfectio requiritur in religioso ꝙ in curato non sic intelligendo ꝙ eo momento quo aliquis est professus teneatur magis esse perfectus in se ꝙ curatus cum prima die possit profiteri in quibusdam religionibus qua non potest repente fieri summus: sed postꝙ fecit tantum ꝙ seruando religionem sic proficere potuit ꝙ ad maiorem charitatem peruenit ꝙ sit necessaria simplici curato. ¶ Ad illud augustini dicendum assumendi ad curam animarum debent habere maiorem perfectionem partialium vel partialem ꝙ religiosi professuri ⁊ maiorem aptitudinem ad actus illius officij ꝙ professi. ⁊ quando de religiosis assumuntur ad curam non debent assumi absolute perfectiones maiores habentes: sed magis habiles ad regendum: supposita tamen charitate sine qua nullus est aptus ad prelationem spiritualem: multi enim sunt perfectissimi charitate qui tamen essent inepti ad curam animarum sicut mulieres ⁊ sanctiores. ¶ Quantum ad tertium. infringunt solutiones aliorum datas ad instantias proprias. vnde dicunt contra primam conclusionem ꝙ illa ratio non ita concludebat de curatis sicut de episcopis: quia ipsi sunt in statu perfectionis non ex actibus perfectionis tantum: sed ex perpetua obligatione ad hoc intendere autem saluti animarum aliorum quamuis sit intendere saluti proprie hoc tamen non facit statum. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ vel potest accipi loco status proprie loquendo ꝙ non includat obligationem predictam. proprium autem virginitatis sufficit quidem ad premium sed non ad statum. nam ad premium sufficit integritas perpetuo et intentione seruata propter deum. ad statum autem requiritur obligatio perpetua ⁊ solennitas vnde virgo que est in seculo ⁊ proponit perpetuo virginitatem seruare dato etiam ꝙ voueret non propter hoc facit statum. sicut virgo velata que solenniter vouet virginitatem: quia primo potest verum matrimonium contrahere non obstante voto simplici. vnde non est simile de curato ꝙ nis proponat vel promittat perpetuo manere in cura. Nec etiam curatus est sponsus ecclesie sicut episcopus: quia nec differt a nutu nec est obligatus ad perpetuo gerendum ⁊ potest pro libito dimittere religionem intrando. Et si papa annecteret cure animarum perpetuitatem adhuc non esset status sicut votum continentie annexum ordini sacro non facit statum: quia non est essentiale vel si esset status non esset ratione cure sed ratione obligationis annexe. Nec est verum ꝙ episcopus de licentia pape resignans fiat secularis ⁊ priuatus. immo degradatus ⁊ ab ecclesia precisus semper manet episcopus. curatus autem sine licentia cuiuscunque omnino potest desinere curam. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ status religionis est melior simpliciter: quia melius est obligari ad opera perfectionis ꝙ non obligari. Nec est diuinius bonum cure ꝙ religionis: quia nullum bonum diuinius est ꝙ diuinum: religio autem est diuinum non cura inquantum religio innititur charitati que est ad deum: cura autem charitati que est ad proximum. ¶ Quod autem dicit de muliere non est ad propositum: quia curatus non habet obligationem perpetuam ad curam sicut mulier ad virum ⁊ episcopus ad ecclesiam nec sub cura ecclesie sicut impubes sub cura parentum. ¶ Quod dicit decretum monachum sublimari cum assumitur ad curam verum est quo ad gradum: quia potest aliquis actiones quas prius non poterat: non quo ad perfectionem status. Uel loquitur de monachis qui clerici non erant: sicut patet per aliam auctoritatem. Sic viue vt clericus ⁊c. loquitur enim laycis qui clerici non erant. vnde non dicit vt curatus fieri merearis: licet ad curam requiratur clericatura. ad monachum autem non quia layci et mulieres profitentur. Ideo dicendum ꝙ monachus non ascendit ad altiorem statum cum sit curatus sed ad altiorem gradum: sed non descendit: quia statum suum non dimittit. curatus autem ascendit cum religionem profitetur: quia de non statu ad statum perfectionis ascendit. ¶ Ad quartum dicendum. ꝙ in statu episcoporum ⁊ religiosorum includitur perfectio inexistens: non autem in statu curatorum. ¶ Quod dicitur hic ꝙ maior perfectio principalis interior charitatis requiritur in religioso quolibet ꝙ in curato quolibet: videtur esse contra thomam: nec religiosus ad interiorem charitatem se obligat per votum. sed solum ad instrumenta. vnde non est fractor voti si seruat ista tria vota exteriora cum minima charitate quod est possibile. Sed curatus non sufficit cum minima charitate ad digne exequendum officium suum. secundum id dyonisij. non est audiendum in aliquo diuinio dux fieri aliorum ei qui non secundum habitum suum est dei formissimus ⁊ similimus. Ubi quo ad hec quolibet ordine aliquis sit dux aliorum vel potest distingui sicut dixi circa finem secundi articuli huius opinionis. ¶ Argumentum principale solutum est.

¶ Questio tertia.



Tertio queritur. vtrum perfectio vite humane requirit relinquere temporalia effectu ⁊ affectu. Et videtur ꝙ sic. Matthei. dicit dominus habenti diuitias ⁊ amanti cum seruaret mandata ꝙ relinqueret eas si perfectus vellet esse. ¶ Item quilibet tenetur eas relinquere affectu: ergo et effectu: quia si vult vere non habere eas in potestate sua est statim hoc implere. ¶ Contra. quia bona temporalia sunt instrumenta virtutum. non ergo sunt abicienda a perfectis ⁊ virtuosis. ¶ Item status prelatorum non requirit abiectionem diuitiarum cum hic habundent diuitijs: ⁊ tamen sunt in statu perfecto. ¶ Respondeo circa istam questionem. primo recitabuntur dicta quorundam. secundo ponetur impugnatio aliorum. ¶ Quantum ad primum sic procedunt aliqui premittentes ꝙ perfectio habitualis vite humane consistit essentialiter in gratia ⁊ virtutibus: perfectio autem actualis in operibus virtutum. ad operationes autem virtutum sunt necessaria omnia ita ꝙ sine eis non possunt esse anima ⁊ corpus: ⁊ vita corporalis: ⁊ ea que sunt necessaria ad presentem vitam corporalem ita ꝙ sine eis vita corporalis non potest conseruari ⁊ hoc de se planum est: quia operationes potentiarum anime hic requiruntur que quando eliciuntur a potentia perfecta habitu virtuoso est perfectio actualis vite humane. ¶ Quedam autem sunt quibus vita humana

conseruari potest ⁊ opera virtutum exerceri. tamen possunt
cooperari ad opera virtutum ⁊ ad felicitatem instrumentali
ter sicut est sanitas corporalis ⁊ pulchritudo ⁊ amici ⁊ tempo
ralium talis vel talis copia supposita facultate habendi ea ꝙ
nature necessaria sunt ad conseruationē vite: ⁊ sm ista pōt ho
mo diuersimode se habere ad perfectionem: bene vel ma
le ⁊ talia possunt sm ꝙ homo diuersimode vtitur eis iuuare
vel impedire opera perfectionis. ¶ Si ergo queratur. vtrum
ad perfectionem vite humane requiratur relinquere tempo
ralia prout sunt omnino necessaria ad conseruationem vite.
dicendum ꝙ non: ymo pertinet ad conseruationem vite ea sic
non relinquere: quia eadem ratione tenetur homo sic non re
linquere temporalia qua ratione tenetur conseruare vitam
suam ⁊ non interimere seipsum. Sed omnis status quātuncū
ꝙ perfectus requirit ꝙ homo conseruet vitam suam ⁊ non in
terimat seipsum. Ergo quicunq̄ status quātuncunq̄ perfe
ctus requirit sic non relinquere temporalia. nisi quo ad affe
ctum inordinatum. ꝙ scilicet etiam necessaria vite non velit
procurare per viam inhonestam vel per mendacia vel per ali
quid tale: ꝙ prius vellet mori ꝙ sic vitam conseruare. Unde
Ephesios. v. nemo carnem suam vnquā odio habuit: sed fo
uet ⁊ nutrit eam: quia ex amicitia naturali ꝙ tenetur habere
ad se tenetur se conseruare in vita. ¶ Item prime thimoteus.
vi. habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti simus.
Quod exponens Ambrosius vult ꝙ temporalia non sunt abi
cienda quin habeantur vite necessaria: ⁊ quibus tegamur
hinc etiam datum est hominibus naturale a deo super bona tē
poralia quātum ad sustentationem vite. genesis nono. Timor
vester sit super cuncta animantia terre. Unde etiam in vlti
ma necessitate omnia sunt communia: ⁊ existens in tali sta
tu rem quancunq̄ necessariam ad vitam potest assumere.
Sed nimia solicitudo circa ea est abicienda: quia omnimo
da solicitudo tolli non potest vel de procurādo non habita vel
de disponendo obtenta. ¶ Si autem queratur vtrum relinque
re temporalia preter ea que minime sunt necessaria ad vitam
requiratur ad perfectionem. distinguendum est: quia ad per
fectionem potest aliquid exigi dupliciter. vno mō sine eo per
fectio simpliciter haberi non potest nec i suo vsu exerceri. alio
modo ꝙ non ita expedite exerceri possunt in suo vsu nec habe
ri. Primo modo perfectio vite humane non requirit abijcere
temporalia nec etiam ea habere nec ꝙtum ad hoc refert in ꝙ
ta copia habeantur sed sufficit non habere affectum inordina
tum circa ea. ¶ Et hoc patet per abraam ⁊ dauid qui fuerunt
excellenter diuites: ⁊ tamen valde perfecti: ⁊ hoc ꝙtum ad
abundantiam diuitiarum. Et in lazaro paupere ꝙtum ad in
opiam diuitiarum. Patet etiā in Jacob qui fuit excellenter
perfectus ⁊ in statu maxime paupertatis ⁊ in statu diuitiarū
magnarum. Unde Augustinus reprehendit eos qui condem
nant eos qui habent abundantiam diuitiarum: cum Abraam
diues Lazarum pauperem in sinu recipiat. Nec obstat contra
pauperes ꝙ temporalia sunt materia aliquarū virtutum. s. li
beralitatis ⁊ misericordie: quia perfectio virtutum non consi
stit in exteriori materia: sed in ordinato affectu circa illam
⁊ in vsu conuenienti eorum que habentur. ¶ Contra etiam di
uites non obest illud. vende omnia que habes ⁊c. Quia non
intelligitur hoc sic quin cum abundantia temporalium pos
sit esse excellens perfectio simpliciter ⁊ absolute loquendo.
Sed vel intelligitur ꝙtū ad hoiem qui multum afficitur ad di
uitias. Sicut etiam ille iuuenis: vel intelligitur ꝙtum ad hoc
ꝙ abiectio diuitiarum communiter loquendo facit magis ex
pedire ad acquirendā ⁊ exercendam perfectionem. Philoso
phus etiam secundo ethicorum dicit. ꝙ felix ⁊ perfectus vir
tutibus sicut bonus tetragonus se habet in omni fortuna ad
prospera ⁊ aduersa. ¶ Si autem queratur secundo modo vtrū
abiectio temporalium requiratur ad perfectionem facilius
⁊ expeditius acquirendam: ⁊ exercendam. Adhuc est distin
guendum: quia primo videndum est de quātitate tempora
lium que magis est conueniens ad expedite acquirendam. ⁊
exercendam perfectionem. secundo videndum est de modo
habendi. Quantum ad quantitatem: sciendum ꝙ triplex est
gradus. primus ꝙ habeatur magna abundantia temporalium
secundus est ꝙ habeatur medio modo: ⁊ in sufficienti copia
secundum statum suum. tertius ꝙ aliquis habeat magnam
penuriam eorum: ⁊ hec habentur a philosopho. iiij. politico
rum. ¶ Et tunc dicendum est ꝙ medium est qđ reddit homi
nem magis expeditum: ⁊ est eligendum. extrema autem sunt
fugienda. Et hoc patet triplici ratione. ¶ Prima talis est. ille
gradus est magis eligendus vbi sunt pauciora impedimenta
perfectionis: sed gradus medius est talis ergo ⁊c. Minor p
batur: quia magna abundantia diuitiarum habet sollicitudi
nem conturbantem: ⁊ admixtum amorem allicientem ⁊ frequē
ter excellentiam vane glorie. Magna autem penuria quā ha
bent inuoluntarie pauperes: ⁊ quibus est valde incerta pro
uisio in necessarijs vite habent adiunctas multas anxietates
⁊ multos labores ⁊ distractiones in prouidendo: ⁊ de tenui vi
ctu. quibus impediuntur ab operibus perfectarum virtutum
medius autem status non habet talia impedimenta.
¶ Secunda ratio talis est: ille gradus est melior in quo facili⁹
est bene se habere. Sed hoc est gradus medius: quia qui scit
bene se habere est in abundantia magna ⁊ penuria magna et
scit bene se habere in medio. Sed non econuerso vt patet per
philosophum. iiij. politicorum. vbi dicit ꝙ illi qui sunt in ma
gna penuria. ⁊ abundantia sunt male obedientes rationi: me
diocres autem faciliter. ¶ Tertia ratio talis est. illud ꝙ sm cō
munem fragilitatem hominum est occasio mali est fugiendum
⁊ eius oppositum eligendum. sed magna abundantia: ⁊ ma
gna egestas sunt occasio mali cōmuniter. non sic autem medio
critas ergo ⁊c. Minor probatur a philosopho. iiij. politicorum
vbi dicit ꝙ valde abundantes sunt nequā in magnis ⁊ fiūt iniu
sti per rapinam iniuriā inopes sunt valde nequā in paruis ⁊ fiūt
iniusti per astutiam ⁊ mediocres autem bene se habent. Et
prouer. xxx. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dederis mihi: sed tan
tum tribue victui meo necessaria ne forte saciatus alliciar ad
negandum. ⁊ dicam quis est dominus: ⁊ egestate compulsus
furer ⁊ periurem nomen dei mei. Ecclesia. xxi. Propter in
opiam multi deliquerunt: ⁊ qui querit locupletari auertit
obiectum suum. s. a timore dei. Et sic patet ꝙ ad perfectionem
vite est tenenda mediocritas in temporalibus ⁊ extrema fu
gienda. ¶ Si autem queratur de duobus extremis quid sit
magis eligendum. Utrum magna abundantia vel magna ege
stas: dicendum ꝙ licet diuersi propter diuersam dispositionē
diuersimode se habeant ad ista. ⁊ quidam sciant se melius ha
bere in magnis prosperitatibus ꝙ in aduersis: quidam econ
uerso. In generali tamen stando ꝙtum est de se semper illud
est magis eligendum qđ de se importat aliqđ bonum ⁊ nullū
malum nisi per accidens ꝙ id qđ importat priuationem ⁊ nul
lum bonum nisi per accidens ⁊ ex bonitate vtentis. Et ideo p
fecto viro ⁊ bene disposito est magis eligenda ⁊ appetēda abū
dantia ꝙ egestas. ¶ Et potest sic formari ratio. Illud quod est
de se bonum: ⁊ ex quo non prouenit nisi propter malum vten
tis est magis eligendum bene disposito in quo non est malitia
indebiti vsus ꝙ id qđ de se dicit priuationem ⁊ malum: nec ha
bet bonitatem de se: sed tantum ex bonitate vtentis qui ma
lo potest bene vti: sed abundantia diuitiarum est de se bonum
neq̄ importat malum nisi propter malitiam vtentis: egestas
autem de se importat priuationem ⁊ malum: bonum autem
non importat nisi propter bonitatem vtentis ergo ⁊c. Huic cō
cordat philosophus septimo. vel. i. ethicorū qui vult ꝙ infor
tunium facit hominem beatiorem: ⁊ vsus bonorum tempora
lium conueniens est felici. sed infortunium generatum ⁊ pre
angustiatum in quibus tamen bonum virtutis relucet inquā
tum talia quis suffert propter firmitatem rationis ⁊ virtutis
Et. iiij. politicorum dicit ꝙ studiosus vir ⁊ paupertate ⁊ agri
tudine bene vtetur sm qđ bonum est in contrarijs: quia bono
viro bona sunt que sunt simpliciter bona. ¶ Sed contra hoc
potest obijci sic: quia sicut egestas magna est simpliciter fugiē
da ita magna abundantia est simpliciter appetenda: quia si
oppositum in opposito: ⁊ propositum in proposito. ¶ Et dicen

dum ꝙ sicut arguitur ꝙ bene sequitur ꝙ scd̃m se penuria est
simpliciter fugienda ⁊ abundantia appetenda: tamen per acci
dens penuria potest esse bona inquantum patienter tolerata
corrigit peccata malorum ⁊ exercet virtutem patientie in bo
nis non ꝙ assumatur voluntarie: sed cum occurrit patienter
sustineatur. Unde boetius. iiij de consolatione dicit fortuna
prosperā siue aduersa bona est. i. est vtilis bonis dum eos exer
cet contra aduersa bellantes ⁊ est etiam bona ⁊ vtilis malis
dum eos corrigit ⁊ a vitijs declinare facit: fortuna autem pro
spera de se est appetēda. Unde dicit ibidē ꝙ fortuna de se bona ⁊
iusta est inquantum est remuneratio bonorum. Unde premit
tit supra ꝙ nullus sapientum exul inops ignominiosus esse
maluit potius ꝙ pollēs opibus honore reuerendus potentia
validus ⁊c. Sed per accidens magna ꝓsperitas potest esse mala
vel alliciendo ad inordinatum affectum ⁊ perfectos scd̃m com
munem perfectionem presentis vite propter distractionem
mentis circa ea. Stat ergo solutio in hoc ꝙ magna abundan-
tia est ſm se appetenda ⁊ penuria fugienda. Sed per accidens
propter predictas causas magna abundantia est fugienda et
ſm cursum presentem pensatis omnibus mediocritas melior
est magna abundantia. ¶ Sunt autem duo circa predicta no-
tanda. ¶ Primū ꝙ mediocritas voluntarie assumpta qua alij
querunt humiliter necessaria vite mendicando ⁊c. de quibus
presumitur ꝙ habeant facultatem habendi necessaria vite si
ne magno impedimēto exercitij virtuosi non est reprobanda
nec iudicatur esse fugienda. Sed illa que inuoluntarie incur
ritur que non habet aliquam certam prouisionem necessario
rum vite ⁊ que multum trahit ⁊ impedit opera perfecta virtu
tum sicut est in vulgariter mendicantibus. ¶ Secundum est ꝙ
mediocritas que est appetenda non est equalis apud omnes.
sed alia apud contemplatiuos ⁊ solitarios alia apud actiuos
ciuiliter viuentes ⁊ vtrobiq̃ etiam habet quandam latitudi
nem. Quis autem modus habendi sit perfectior ad exercitium
perfectionis. dicendum ꝙ duplex est modus habendi tempo
ralia. Unus quo quis habet ea in proposito ⁊ quantum ad do
minium ⁊ quantum ad vsum liberum quo pro voluntate sua ho-
mo vtitur. Alius est modus habendi in cōmuni. Et tunc dicen
dum ꝙ secundus habendi magis requiritur ad perfectionem
⁊ hoc patet duplici ratione. ¶ Prima talis est. modus habendi
qui minus habet affectum ad temporalia reddit hominē ma
gis expeditum ad perfectionem ⁊ ad perfectum amorem dei:
⁊ hoc patet per augustinum. lxxxiij. q. q. xxxvi. vbi dicit ꝙ nutri
mentum charitatis est diminutio cupiditatis. Sed modus ha
bendi in cōmuni minus trahit affectum ad temporalia ꝙ mo
dus habendi in proprio: quia amor ad seipsum ⁊ ad illud qd̃ ho
mo per seipsum ⁊ propria potestate habet est nimius ⁊ magis
afficitur homo ad proprias diuitias ꝙ ad non proprias ꝗ po-
liticorum. ¶ Secunda ratio talis est qd̃ est magis nutritiuum
charitatis dei ⁊ proximi magis facit ad perfectionem. sed mo
dus habendi temporalia in cōmuni est huiusmodi respectu
modi habendi ea in proprio: quia perfecta charitas non querit
que sua sunt. Unde ⁊ in actibus dicitur ꝙ multitudinis credē
tium erat cor vnum ⁊ anima vna: quia erant illis omnia com-
munia. hoc enim multum nutrit amorem hominum ad inuicē
⁊ ad deum: querere autem que sua sunt diminuit charitatem
ergo ⁊c. Et iste est modus habendi quo habentur bona eccle-
sie a clericis ⁊ religiosis: quia in eis simpliciter nullus habet
dominium: quia nec vendere nec alienare potest. Sed sunt bona
ecclesie simpliciter non solum vniuersalis: sed ⁊ specialis siue
collegij ⁊ vbi multi viuunt simul: siue etiam ecclesie in qua
vnus viuit vt sunt ecclesie parrochiales. Iste etiam est modus
habendi qui pertinet ad perfectionem euangelicam ⁊ videtur
pertinere ad ius naturale. Unde etiam clemēs in epistola ad
sanctos hierosolimitanos ⁊ ad Iacobum episcopum dicit. cō
munis enim vsus eorum omnium que sunt in hoc mundo om
nibus esse debent: sed per iniquitatem alius dicit hoc suū esse
alius illud ⁊ sic inter mortales facta est diuisio. Istius autem
consuetudinis more retento etiam apostolicorum ꝙ discipu
li vna nobiscum ⁊ vobiscum communem vitam duxerunt.

¶ Ulterius sciendum ꝙ duo sunt modi habendi dicta bona in
communi. ¶ Primus modus est q̃ habentur ex debito iuris ⁊
sic habētur ab illis qui sunt principalit̃ deputati ministerio
vel officio publico eccl̃ie. ¶ Secundus mod⁹ est q̃ habētur ex
gratia ex liberalitate offerentium sicut monachi ⁊ simplices
clerici. Et tunc dicendū ꝙ primus mod⁹ habendi simpliciter
est ꝑfectior ꝙ secundus. Et hoc patet: quia quāto aliquis est sibi
magis sufficiens de suo minus indigens de alieno: tanto est ꝑ
fectior. Sed secundum primum modum accipiens predicta
bona ab alijs accipit suum ⁊ sibi debitum nec accipit id qd̃ est
alterius ex eius liberalitate: ⁊ per consequens est magis si-
bi sufficiens de suo ⁊ minus indigens de alieno ꝙ illi qui ta
lia accipiunt non sicut sibi debita: sed ex liberalitate aliorum
ergo primus est perfectior ꝙ secūdus. Et confirmatur: quia
in accipiendo id qd̃ est debitum de iure non est perfectius da
re ꝙ recipere: quia nec proprie est id dare: sed reddere. In li-
berali autem dono beati⁹ est dare magis ꝙ accipere. Quod au
tem illi qui sunt ministri ordinarij ecclesie in accipiēdo neces
saria vite presentia decimas primitias accipiant vt sibi de iu-
re debitum patet per Augustinum super illud psalmiste. pro
ducens fenum iumentis: dominus instituit vt qui euange-
lium annunciant de euangelio viuant. Modus autem haben
di temporalia in communi ex liberalitate aliorum est triplex
Primus est quo habentur talia bona immobilia: ꝙ tū ad bo
na in quibus habitant. s. loca domus ⁊ huiusmodi: ⁊ quantum
ad bona de quibus viuant vt pote redditus ⁊ possessiones: et
etiam mobilia: ⁊ quo ad dominium: ⁊ quo ad vsum non solum
presentē: sed etiam ad reseruandum in posterum. ¶ Secun-
dus modus habēdi est habere bona immobilia quo ad loca
in quibus cohabitant non tamen quo ad redditus de quibus
viuāt ⁊ bona mobilia non tantum ad vsum presentem necessa-
ria: sed etiam in posterum reseruanda ⁊ quo ad vsum ⁊ quo ad
dominium. ¶ Tertius modus est habere dicta bona immobi-
lia. s. loca ⁊ etiam alia bona mobilia non quantum ad proprie-
tatem vel dominium: sed bene quantum ad simplicem vsum
perfectū supposito ꝙ aliquis possit habere vsum alicuius rei
cuius vsus est consumptio vt patet de pane ⁊ vino absq̃ hoc ꝙ
habeat dominium illius vel ius vtendi illa qd̃ mirabile videt̃
quia si labore manuum aliquid acquireret ipse haberet ius in
precio laboris ipsius. ⁊ soluens precium non posset sibi domi
nium in precio laboris retinere sine iniusticia: vnde videtur ꝙ
vt̃o pane acquisito iusto labore habet ius ⁊ dominium in il-
lo. ¶ Comparando ergo primum istorū modorū ad scd̃m quo
ad aliquid per accidens tamen videtur secundus magis face
re ad perfectionem: quia inquantum talibus non est sufficien
ter prouisum de necessarijs vite: sed indigent ea acquirere
per mendicitatem nec eis de his prouidetur nisi inquantum
habetur bona opinio de bona vita eorum: ⁊ quia iusta bona cir
ca salutem aliorum faciunt compelluntur magis ꝙ alij ad opē
ra bona vite: ⁊ ad spiritualia promouenda licet non faciant ta
lia principaliter propter dicta necessaria vite. Cuius signū est
quia illi quibus prouisum est in his sufficienter minus circa
talia bona spiritualia insistunt. Quis plures eorum laudabili
ter viuant. Et de talibus mendicantibus qui sic ad bonum cō
pelluntur potest dici felix necessitas que nos ad meliora com
pellit. ¶ Utrum tamen omnibus pensatis iste modus secun-
dus magis liberet mentes hominis a malis que prouenium
ex temporalibus ꝙ primus: ⁊ per consequēs magis faciat ad
perfectionem est difficile diffinire: tamen prima facie absolu
te loquendo videtur ꝙ secundus modus sit simpliciter min⁹
perfectus ⁊ minus ad perfectionem faciens ꝙ primus. Et hoc
patet triplici ratione accepta ex parte mendicantium ⁊. iij. ex
parte eorum ex quibus mendicant. ¶ Prima talis est modus
viuendi quo quis minus indiget alieno est magis perfectus
sed primus est huiusmodi respectu secundi: quia ille qui ha-
bet certam prouisionē perpetuo minus indiget alieno ꝙ qui
habet necessitatem frequenter mendicandi. ¶ Secunda talis
est ille modus est magis perfectus qui reddit hominē circa
temporalia minus solicitum: sed talis est primus respectu se

cundi ergo ⁊c. Minor probatur. primo quia licet circa predicta necessaria sit homo magis affectus quando habentur ꝙ quando non habentur: tamen circa necessitatem vite est magis anxius quo modo non habita habeat ꝙ quo modo habitis vtatur: quia non habens habet anxietatem desiderij: habens autem habet complacentiam quieti ⁊ maxime quando habet ea in cōmuni ergo ⁊c. ¶ Secundo quia habens redditus perpetuos est quasi mulier nupta que vni soli querit placere ⁊ habet qd̄ cupit. sed non habens est quasi virgo nuptura que querit multis placere: ⁊ propter hoc est magis solicitus ꝙ ille cui est prouisum. ¶ Tertio: talis est modus cui magis nata sunt misceri vicia est minus perfectus: sed talis est secundus respectu primi ergo ⁊c. Probatio minoris: quia mēdicitati nata est misceri adulatio: ⁊ taciturnitas veritatis dicēde. Unde ⁊ apostolus nolebat accipere sūptus ab illis quibus predicabat ne per hoc minueretur libertas arguendi vt patet in glosa secunda thessalonicenses tertio. Non accepimus. s. necessaria ab illis non quasi nō habuerim⁹ potestatē ⁊ sup illō ꝓuer. xxv. ⁊ hoc sm aliam litteram raro inferas pedem ad amicum tuum ne faciatus tui odiret te dicit glosa. qui enim frequenter ad aliam mensas comedit ocio deditus adulari necesse est pascenti se. ¶ Quarto: ratio talis est illud ex quo contingit aliquē dare suum vel inuoluntaria vel minus voluntaria est minus perfectum: quia magis accidit ad iniustum quo simpliciter accipitur inuoluntarie alienum: sed talis est secundus modus respectu primi: ergo ⁊c. Probatio minoris: quia quando aliqui alicuius auctoritatis vel potentie petunt datur eis frequenter vel propter timorem vel propter damnū vel propter confusionem vel propter imperpetuitatem: ⁊ non propter charitatem ad subueniendum necessitati eorum: ⁊ per consequens dans amittit meritum. quia quodam modo inuoluntarie dat. Ex his in parte patet quid dicendum esset de tertio modo licet alia multa essent dicenda circa ipsum que alibi tractantur. Est autem preter predictos alius modus viuendi quo predicans euangelium quotidianum victū sibi proprio labore acquirit sicut fecit paulus non accipiens stipendium licet sibi deberetur ⁊ talis modus supposito ꝙ non multum impediat opera perfecta spiritualia est inter alios perfectissimus: quia talis videtur sibi sufficiens maxime ⁊ plus impendere de suo cum dimittat stipendia sibi debita. Tamen xp̄s viuens perfectius egit de loculis ꝙ paulus viuens de labore suo: quia misericordius in hoc egit ne videns paulus ista non quesiturum damnaret imperfectos ista quesituros: per loculos autem non tantum intelliguntur bona ab alijs recepta: et reseruata sed generaliter necessaria vite ab alijs recepta: ⁊ sic etiam dicitur vixisse de loculis inquantum accipiebat necessaria vite a mulieribus que ministrabant ei. ¶ Ad argumentum Matthei. xix. dicendum quod non est necessarium absoluta necessitate relinquere temporalia vel in proprio vel in cōmuni. nisi quātum ad effectum inordinatum. dictum autem illud intelligitur vel pro eo qui non est bene dispositus ad diuitias. sicut forte erat ille iuuenis: vel intelligitur ꝙ quantum ad expeditius habendam ⁊ exercendam perfectionem requiritur abiectio temporalium quo ad dominium in proprio nō in cōmuni. licet essentialiter ꝑfectio non sit ip̄a abiectio: sed dispositio tantum ad eam: ipsa autem perfectio essentialiter consistit in sequela xp̄i: vnde subditur veni ⁊ sequere me. ¶ Et per hoc patet ad aliud: quia ad perfectionem requiritur ꝙ relinquantur temporalia affectu ⁊ effectu quātum ad inordinationem que potest esse circa ea ⁊ dominium eorum relinquere in proprio affectu: ⁊ effectu ad expeditius habendam ⁊ exercendam perfectionem nec plus requiritur. ¶ Ad illud in oppositū dicendum qd̄ scd̄m ꝙ sunt instrumenta promouentia ad perfectionem secundum quantitatem et modum quo ꝓmouent ⁊ reddunt hominem expeditiorem ad perfectionem non sunt abijcienda nec affectum nec effectum sunt tamen abijcienda. secundum modum ⁊ quantitatem quibus nata sunt impedire ⁊ quis sit ille modus ⁊ quantitas dictum est. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ status prelatorum est status eorum qui debent habere maximam perfectionem. ⁊ ideo abundantia temporalium eis non est periculosa sicut alijs: precipue quia propter necessitates aliorum status eorum requirit talem abundantiam ⁊ sic distractio qua distrahuntur a vita contemplatiua recompensatur propter vtilitatem communem reipublice. ⁊ id ad perfectionem eorum sufficit ꝙ in preparatione animi relinquant temporalia. s. si opus fuerit nam magis perfectum esset in eis si essent contenti bonis ecclesie communibus circa quorum occupationem recompensatur diminutio contemplationis eorum propter communem vtilitatem ꝙ cum hoc habeant bona patrimonialia: licet illa possit ⁊ habere cum essentiali perfectione. ¶ Dicendum ergo ad formam argumenti ꝙ status prelatorum est simpliciter perfectus: quia requirit hominem maxime perfectum ⁊ distractio eorum circa abundantiam temporalium recompensatur propter communem vtilitatem propter ꝙ in statu episcoporum talis abundantia non facit imperfectionem propter recompensationem. Et tamen licet appetendum sit esse dignum statu prelatorum non tamen simpliciter status est appetendus: sed in necessitate pro vtilitate cōmuni que recompensat est recipiendus imperfectis autē talis abundantia esset periculosa. Unde boeti⁹. iiij. de consola. plus hoīb⁹ ꝓdesse reor aduersam ꝙ ꝓsperā fortunā quia ꝓsp̄a decipit dū facit ꝓspera felicitate incautos. aduersa autem instruit dum prouidos reddit ⁊ efficit prudentes. ¶ Quātum ad secundum de impugnatione predictorum sic procedūt aliqui inuestigando. Utrum perfectio vite humane requirat temporalia relinquere dicentes ꝙ carere temporalibus diuitijs non pertinet ad perfectionem ymo ꝙtum est de se ad īperfectionem. si in se ⁊ absolute talis carentia consideretur: quia in priuatione non consistit perfectio per se: sed in aliquo positiuo: quia in eo quo participatur summe perfectum. i. deus qui participatur per aliquod positiuum a cuius participatione receditur per priuationem. ¶ Preterea carere potentia malorum malum est: quia malorum sunt potentie bone quia: sed habere diuitias est ad bonum: ⁊ ad malum vsum: ergo bonum est de se habere diuitias: malum autem carere sicut ⁊ carere intellectu qui intelligit verum ⁊ falsum ⁊ voluntate que fertur in bonū ꝑ se: in malum autem per accidens. Sed tamen carere diuitijs in casu: ⁊ per accidens potest esse bonum sicut carere membro absolute malum est: aliquando autem amputare mēbrum bonum est vt quia putridum ē. ¶ Ulterius sciendum ꝙ non est questio de carentia diuitiarum: sed de relinquentia que multū differunt in carentia enim diuitiarum nulla perfectio est propter predicta. Et adhuc alia ratione: quia perfectio consistit in actu eius qui dicitur perfectus. i. ⁊. x. ethicorum. Unde non est felicitas in honoribus: quia honor nō est in honorato. Derelictio autem actum importat derelinquentis. s. abiectio affectus ⁊ effectus. Unde multi carent temporalibus qui nec affectu ⁊ effectu ea reliquerunt ⁊ in hoc non est perfectio. Et sic concludunt fere oīa dicta prime opinionis: sed in derelictione que actum importat potest esse perfectio. Nec rationes prime oppositionis sunt cōtra hoc. Et de hac derelictione est questio non de carentia. Unde ipse non prosequitur questionem suam. ¶ Ulterius notandū ꝙ alia est perfectio vite que consistit essentialiter in charitate dei ⁊ proximi vt ipse bene dicit. Alia est perfectio status que consistit in perpetua obligatione ad consilia ⁊ ad opera perfectionis. Unde paupercula vidua que misit duo minuta erat in maiori perfectione vite ꝙ principes sacerdotum. sed illi in maiori perfectione status. ¶ Dicendum ergo ꝙ relinquere temporalia per se quidam pertinet ad perfectionem status: sed per accidens ⁊ ex consequenti ad perfectionem vite. ¶ Primo quia omnis actus ordinatus ad deum qui de natura sua malus non est excellens communem statum aliorum pertinet ad perfectionē status: hec enim requiruntur ad actum: ⁊ perfectū: quoniam non solum debet esse de genere bonorum: sed etiam de genere malorum de quibus sunt consilia: sed relinquere temporalia est huiusmodi. non enim est actus malus de se: alias non caderet sub consilio nec electione xp̄i: ⁊ sic propter deum non

sicut philosophi ppter scientiã: s3 vt liberius vite cõtẽplatiue que est ad deum vacetur: et excedit cõmunem statũ: quia pertinet ad consilium non ad pceptũ. na3 iuuenis implens precepta nondum reliquerat ea. vnde ei consulitur non qd non diligat: sed q nõ possideat: quia relinquere affectum preceptus est: effectum vero consilium. ¶ Ad primum dicẽdum q relinquere ex toto temporalia ita vt nec victus nec vestit9 retineatur dum tamen homo se ponat in tali statu q verisimile sit q non deficiet propter dei prouidentiam: non solum non est imperfectionis sed perfectionis. hoc eni3 fecerunt apostoli quibus dictum est nolite soliciti eẽ zc. Et considerate volatilia celi zc. sic faciunt religiosi mendicantes sicut et xps viuebat de loculis in quibus nil ponebat de labore vel de artificio sed de elemosinis spõte oblatis a mulieribus et alijs: aut etiã mẽdicatis ps. Ego autem sum mendicus et pauper. Deut. x. amat peregrinum et dat ei victum et vestitum. Ubi autem immineret necessitas etiam religiosi tenerentur manibus laborare. ¶ Quando ergo dicit q homo tenetur sic procurare vite necessaria sicut et seruare vitam verum est. voluntarie autem pauperes procurant, per se vel per alios mendicando vel recipiẽdo non inhoneste: quia gloria magna est sequi dominum. apostoli enim sic eum sequebantur per mundum edentes et bibẽtes que apud auditores erant nisi Paulus alicubi parcẽs infirmis. Non enim apostoli que communia fuerũt hierusalem deferebãt p totum mundum: ymo econuerso collectam fecit paulus in mundo pro sanctis de hierusalẽ sicut fratres et eeũt pro questis. sed et apostoli sororem mulierem circunducebãt ministrantes eis. i. Corinth. ix. Si ergo tẽporalia relinquere omnem solicitudinem suam in deum ponendo non est carnẽ odire nec est contra amicitiam naturalem et omnia huiusmodi: quia nullus et aliũ adhuc visus est propter hoc mori fame. Nõ enim affliget dominus fame animã iusti. Sed quandoq etiã miraculose prouidet in signum quod approbat incertitudinem prouidẽtie ipsorum propter spei in dominum certitudinem. Nam et Hieronimus et martinus et multi sanctorum heremitarum radicibus herbarum odientes sic animam suam in hoc mundo qd attribuitur perfectioni. ¶ Quod dicit in secundo membro q nec possessio nec abiectio diuitiarũ sint de necessitate perfectionis. verum est loquẽdo de perfectione vite. Sed loquendo de perfectione status aliqua abiectio diuitiarum in proprio est necessaria et essentialis. Nec obstat de abraã qz ille habuit pfectionem vite non status vel si status habuit vt prelatus et vt prelatus veteris testamẽti non noui. deus eñ voluit fere omnes patres veteris testamenti esse diuites: vt carnales iudei quibus lex temporalia pmittebat libentius seruirent deo legem tenentes cum viderẽt dei cultores et legis obseruatores diui tijs abũdare. Sed fere omnes patres noui testamenti voluit pauperes esse: qz lex amoris docet tẽporalia cõtẽnere et spiritualia amare. ¶ De tertio mẽbro dicẽdum q tertius modus viuendi qui habet penuriam vict9 dũ tamẽ pbabiliter credatur q victualia nõ deficiãt qualis ẽ modus viuẽdi quẽ xps consuluit i. volũtaria paupertas: qz se sequentibus turbis panes et pisciculos distribuit in deserto: est magis eligẽdus q secũdus qui nullam asperitatem vict9 patitur. ¶ Primo quidem quia magis est conformis christo qz esuriit et sitiuit et apostolis qui vellebant esurientes et mãducabant spicas. Quod autem meliores et sapiẽtiores eligunt hoc simpliciter est melius et magis eligẽdum. Christus autem sm Bernardum elegit q carni molestius et asperius. ¶ Secundo si propter satietatem vitam non expedit penuria temporalium pari ratione: nec ieiunare nec vigilare nec animam suã in hoc mundo odire q saduceorum est non expectantium aliam vitam. ¶ Ad id qd dicit q multas habet anxietates annexas: verum est cordis et corporis in inuolũtarie pauperibus: non autem cordis sed solu3 corporis in alijs sed in martyrio qd ẽ magne perfectionis: et in actu fortitudinis et patientie est semp anxietas corporalis et cum patientia opus perfectum habet quia intus est complacentia vel delectatio cordis. Sicut arsenius quõdam senator grarias egit deo: quia ad hanc paupertatem venerat sponte vt elemosinam pro nomine eius accepisset: sic sancti quibus dignus non erat mundus angustiati afflicti zc. Hebreo. xi. bernardus multi vident punctiones nostras qui non vident vnctiones. ¶ Dato etiam q essent anxietates mentis tamen assumere hoc propter deum et dei consilium est maxime perfectionis sicut assumere alia opera difficilia propter ipsum: et licet distractio mentis q patiuntur voluntarie diuites de se impediat actum charitatis nec mereatur eius augmẽtum quia non est propter deum assumpta tamen distractio si quã habent voluntarie pauperes in quãtum propter deum est assumpta meretur augmentum charitatis et habent actum virtutis patientie et humilitatis annexum et charitatis: quia ibant apostoli gaudentes et cetera.

¶ Ad secundam rationem dicendum q procedit de inuolũtarie pauperibus: nõ de alijs quos communiter videm9 magis obedire q alios de alijs duobus statibus. ¶ Ad tertium dicendum q loquitur similiter de mẽdicitate inuoluntaria. vel dicendum q loquitur sm tempora antiqua quando nondum erat consilium promulgatum de paupertate sicut nec de virginitate: quia christus debuit esse principium istorum. ¶ Preterea nec Salomon semper omnia precepta impleuit: quare nec cõsilia: vel loquitur sicut rex cuius egestas noceret reipublice. ¶ Quarto dicit q viro bene disposito magis eligẽda est abundantia: verum est propter se: quis etiam dimittere non queratur propter se sed nullus est qui egestatem propter se appetat: sed propter deum vt christiani vel amore virtutis et scientie vt philosophi: et sic magis eligenda est egestas: alias christus nõ fuisset bene dispositus qui egenus factus est et fugit ne fieret rex. Unde mirum est satis q ita patenter arguit vitam christi. Et quod dicit q penuria non est bona nisi per accidens et bonitate vtentis. dicendum q verum est nec similiter diuitie queruntur propter se sed propter aliud. Et quia finis propter quem queritur penuria est deus qui est melior q finis propter quem queruntur diuitie: ideo penuria ẽ melior. peior est etiam abundantia q penuria propter deũ sumpta: quia solicitudo diuitiarum mentem lacerat sicut spine. Philosophus autem loquitur de penuria inuoluntaria que non decet felicem. ¶ Quod dicit q non est voluntarie assumẽda sed si occurrerit toleranda est contra electionem christi et sanctorum. ¶ Quod boetius dicit loquitur de fortuna sm opinionem mundanorum. beatũ dixerunt populum cui hec sunt Ex cõtrario aũt sensu diuitie nõ sunt appetende. sed si affluant bene disponende. si enim prosperitas esset appetenda nõ oraret: apostoli enim elegerunt inopiam contumeliam et huiusmodi ppter xpm: sed verum est q nullus sapiens hoc eligit propter se. ¶ Quod dicit vltra q clerici curati et canonici habent de iure suũ cõmune: sed monachi habent ex liberalitate offerentium: verum est quãtum ad decimas et primitias. sed sicut monachis sponte sunt dati redditus qui post dationem eis de iure debentur. ita multi redditus sponte clericis sunt dati ab initio de q nib9 viuũt nũc. Et fere de his oẽs pbẽde et dignitates sunt. Itẽ nõ ita viuũt de cõi canonici sicut monachi: quia licet dominiũ rerum ecclesiasticarũ sit cõe tñ administratio est diuisa per singulos constitutos quasi procuratores in rem suam et fructus collecti a quolibet fiunt eius proprij quo ad dominium et distributiones recepte: non sic autem monachi quia nec panis quo vtitur fit eius quo ad dominium cum non sit capax dominij sicut nec seruus. Canonici autẽ eius de quo viuũt prius fiũt domini q illud in victu consumant. Unde immediate viuunt de proprio non de communi: et sic victus monachalis est perfectior q clericalis et magis in cõmuni. ¶ Nec obstat beatius est magis dare q accipere: quia simplices canonici ita viuunt de acceptio gratis vt dictum est sicut monachi. ¶ Preterea plus dederunt qui omnia reliquerunt et spiritualia seminant recipientes parua tẽporalia q q sua pedẽtis distribuit et recipiũt magna anniuersaria et legata annua. ¶ Quod aũt dicit mirabile pprietatem separari ab vsu in his quorum vsus est cõsumptio rei periculose dicit contra ecclesiam talem statum confirmantem et ex ignorãtia iuris. nã ser-

ui patrisfamilias vt dictum est:et liberi ad conuiuium inuita
ti habent vsum cibariorum eius sine dominio:vnde nõ possunt
alienare. ¶ Modus autem qui habet proprietatem in com-
muni quoad mobilia et loca est perfectior:quia xp̃o firmior
et apostolis qui loculos habebant ꝛ cenaculum vbi mane-
bant. ¶ Ad illud qd̃ totiens replicat dicens ꝙ modus magis
sibi sufficiens vt felicitas et minus indigens de alieno est per
fectior:verum est inquãtum huiusmodi. vnde qui magis sibi
sufficit in temporalibus est perfecti⁹ diues:ꝛ qui magis sibi
in spiritualibus est perfectius virtuosus:non autem qui ma
gis sufficit in temporalibus est perfectior in spiritualibus:
sic enim xp̃s fuisset valde imperfectus virtutibus. ¶ Ad aliud
de anxietate et labore dicendum ꝙ cum virtus sit de bono ꝛ
de difficili quãto aliquis plures difficultates sustinet ꝓpter
xp̃m tanto est magis virtuosus:vnde humilitas ꝛ labor quez
habent in querendo victum ꝛ confusio est maximi meriti.
¶ Ad aliud de nupta dõm ꝙ querũt oĩbus placere ad edifica
tionem. paulus per omnia omnibus placebat. nulli autem ꝑ
adulationem ad questum:quia sic xp̃i serui non essent et qui
omnia relinquũt, vt xp̃o placeant non est probabile ꝙ rursum
ꝓpter modica querant placere mundo et displicere deo.
¶ Ad aliud de taciturnitate patet falsum ad oculum:quia nul
li magis audacter impugnãt vitia oĩm publice et priuatim ꝙ̃
religiosi mendicãtes. Etsi quidem hoc non faciunt non ꝓpter
hoc est totus status dãnandus sicut status episcoporum per
fectus est quãuis habeat aliquos imperfectos. ¶ Quod dicit
de apostolo dicendũ ꝙ licet a quibusdam non acciperet sum-
ptus tamen a pluribus accipiebat sicut ipse dicit alias domos
expoliaui. ¶ Quod dicit de glosa super iob loquitur de instru
ctionibus non predicatoribus quibus dictum est edentes ꝛc.
nec est perfectius laborare manibus ꝙ̃ mendicãdo studere ꝛ
predicare ꝛ operari cibum qui non perit vt dicit hieronymus
in prologo super iob. Paulus autem manibus laborabat:nõ
qꝛ pfecti⁹ sz ne scãdalizaret. Nec simile de illo q̃ habebat scien
tiã infusaz ꝛ poterat sine studio predicare et docere. ¶ Qd̃ di-
cit ꝙ distractionem prelatorum in temporalibus recompen-
sat vtilitas publica. dicendum ꝙ distractionem minorem pa-
tiuntur pauperes religiosi in querendo necessaria circa que
pauci eorum paucis temporibus occupantur: et hanc potest
recõpẽsare et humilitas confusionis ꝓpter xp̃m in hoc assum
pta et fructus predicationis ꝛ animarum ꝙ̃ melius procurãt
in paupertate cum sermones diuitum parum edificent. ¶ Au
ctoritatem autẽ boecij quã vltimo ponit per hoc destruit q̃c-
quid superius posuit:nam sicut Salomon in ecclesiaste q̃dam
dicit in persona stultorum : quedam autem in persona san-
ctorum. sic etiam boetius facit in libro de consolatione. Unde
prima auctoritas que prefert bonam fortunam est ẜm sapien
tiam huius mũdi. Secunda autem contraria est ẜm sapientiã
sanctorum. Ex predictis patet solutio ad contraria.

¶ Questio quarta.



Quarto queritur. vtrum priuatio pura ponat
in statu perfectionis. Et videtur ꝙ nõ: qꝛ pfe-
ctio dicit aliquid positiuum. sed priuatio nihil
ponit:ergo ꝛc. ¶ Contra paupertas euangelica
ponit in statu perfectionis cum xp̃s in euange
lio maximam perfectionem docuit. sed pauper
tas euangelica dicit purã priuationem que di-
cit totalem desertionem temporalium rerum. Mat. xix. si vis
perfectus esse ꝛc. ¶ Respondeo hic sunt due opiniones. Pri-
ma dicentium ꝙ ad perfectionem pura priuatio nil facit ꝑ se
facit tamen aliqua priuatio per accidens qꝛ illud solum facit
ad perfectionem per se ꝙ per se facit ad virtutem contempla
tiuam vel moralem:et qd̃ facit ad exercendum prompte et ꝑ-
fecte actus earum. sed hoc non facit pura priuatio. ergo ꝛc.
Probatio minoris. quia illud per se facit ad virtutes et earuz
actus perfecte exercendum ꝙ facit ad hoc qd̃ potentie anime
in quibus sunt virtutes conuenienter eliciant actus suos vir-
tuosos:hoc autem non est pura priuatio. Et hoc quidem patet
quãtum ad id qd̃ est ex parte anime. nam ex parte anime req̃-
runtur potentie in quibus sunt virtutes ꝛ act⁹ earum: ex pte
etiam corporis. hoc idem patet. Naz ex parte corporis faceret
per se ad opera virtutum bona dispositio corporis ꝛ organa q̃
deseruiunt instrumentaliter potentijs in quibus exercẽt op⁹
virtutis ad qd̃ facit bona dispositio corporis in sanitate et in
alijs que omnia sunt positiua. ¶ Hoc etiam patet ex parte re-
rum exteriorum que veniunt in vsum vite presentis de quib⁹
principaliter intelligitur questio presens. ¶ Ad cuius euiden
tiam sciendum ꝙ rerum temporalium triplex põt esse priua-
tio. Una omnimoda carentia istoꝝ ꝛ in cõi et in priuato ꝛ q̃tũ
ad proprietatem et quãtum ad vsum:ꝛ talis carentia statim
inferret mortẽ:nec facit ad pfectionez ꝑ se:ymo ĩpedit pfectio
nem per se. Secũdo modo potest accipi priuationem bonorũ
temporaliũ carentia ꝛ defectus eorum sic ꝙ non habetur pro
prietas:nec faciliter posset haberi ẜm ꝙ requirit conueniens
substẽtatio hominis:sed cum difficultate ꝛ multis molestijs
famis ꝛ sitis ꝛ talis priuatio etiam per se non facit ad pfectio-
nem sed impedit eam ꝛ destruit corpus hoĩs ꝛ impedit cor ne
possit vacare opibus pfectiõis attigẽde:sed nec contẽplare ꝓ-
pter molestias quas patitur. Tertio modo põt accipi priuatio
temporalium ꝓ carẽtia iuris siue dominij ꝛ ꝓprietatis in reb⁹
temporalibus cum facultate faciliter habendi ea quo ad vsuz
quãdo indigetur eis ꝛ ẜm ꝙ substẽtatio sua conueniens requi
rit sine tolerãtia molestie in habẽdo. ꝛ de tali priuatione que
nõ est pura priuatio temporaliuz ex quo habetur facultas ha
bendi ea faciliter ẜm ꝙ cõueniens requirit sustentatio: sz sit
priuatio dominij in ꝓprio ꝛ cõi. de hac intẽditur principaliter qd̃
Utrum faciat ad perfectionem. ¶ Et dicẽdum ꝙ non facit per
se ad pfectionem: sz possit facere ꝑ accidẽs. Quod autem dire-
cte ꝛ ꝑ se nõ faciat ad pfectionem:patz primo: qꝛ si priuatio per
se faceret ad pfectionem maior priuatio faceret maiorem pfe
ctionem:et maxima maximam. Et sic priuari omnino ꝓprieta
te ꝛ vsu necessario ꝛ tãto esset maxima pfectio. hoc aũt est fal-
sum. ergo ꝛc. Si dicatur ꝙ priuatio ẜm se non est bona:sed pri
uatio voluntaria est bona. vnde bona est inquãtuz voluntarie
accepta. ¶ Contra actus voluntatis habet bonitatem ex obie
cto ergo act⁹ voluntatis nõ põt esse bonus nisi obiectum in-
cludat bonitatem. Et si obiectum de se ꝛ sine actu nullam bo-
nitatem includit actus voluntatis superueniens nõ potest fa
cere ipsum bonum. ¶ Preterea augu. in libro de libero arbi-
trio vult ꝙ voluntas nil possit appetere nisi bonum vel exĩs
vel apparens:vnde quia priuatio nullum bonum importat
ideo ipse ostendit ꝙ nec puram priuationem ẜm eum per se
velle potest. vnde ẜm eum nec per se velle potest nõ esse: sicut
ostendit etiam in illis qui se interficiunt vt euadant miseram
vitam. ergo priuatio per se non habet ꝙ sit bona vel ꝙ posset
appeti. Sed si appetitur oportet ꝙ hoc sit ratione alterius.
¶ Item nihil facit hominem perfectum per se nisi virtus vel
actus virtutis. Sed priuatio alicuius boni:nec est virtus ne
ꝙ actus eius. ergo ꝛc. ¶ Item si priuatio proprietatis per
se facit ad perfectionem propositio opposita: scilicet habe-
re proprietatem vel dominium facit ad imperfectionem per
se: sed hoc est falsum. tum quia episcopi de ordine istorum
qui profitentur talem paupertatem habent dominiũ in reb⁹
eccl'iasticis. sicut et alij epi ꝛ ordinarij de eis. Et sic epi assum-
pti de ordine istoꝝ nõ ascẽderent sed descẽderẽt ad statum mi
norem ꝙ absit:tum etiam qꝛ papa qui habet loco eorũ ꝓprie
tatẽ in reb⁹ efficeret imperfectus ꝓpter pfectionem eorum
ꝙ similiter est icõueniẽs. ¶ Itẽ impossibile ẽ ꝙ pfectio alicu
ius ꝑ se depẽdeat ex gratuita volũtate alterius. Sed si caren
tia ꝓprietatis ꝛ dñij in reb⁹ talib⁹ ꝑ se facit ad pfectionẽ ꝛ op-
positũ ad impfectionẽ pfectio alicui⁹ depẽderet ex gratuita
volũtate alteri⁹: qꝛ si nõ inuenirẽt alterũ q̃ vellet assumere ꝓ
prietatẽ illa bona nullius essent ꝛ possent occupari a quocũq̃
ꝛ sic talis nõ posset se cõseruare in vita:nec ꝓuidere sibi de ne
cessarijs:ergo talis priuatio non facit ꝑ se ad perfectionem.
¶ Item iterum modus viuendi in paupertate ille videtur ꝑ-

fectior per se loquendo in quo quis viuit de labore manuum sicut vixit paulus. sed in tali modo viuendi non potest habere ius in precio dato ꝓ labore nisi laborãs: quia ille qui reddit precium nullum ius habet in id. ergo talis priuatio iuris non facit per se ad perfectionem. ¶ Talem modum viuẽdi inuit beatus Franciscus fratribus sui ordinis in regula. Et adhuc expressius hoc innuit in suo testamẽto. ¶ Talis tamen priuatio per accidẽs põt facere ad ꝑfectionem: quia enim habere proprietatem in talibus allicit animum ad minus amandum et precipue in male dispositis ſm affectum. ideo carere proprietate talium ⁊ in proprio ⁊ in communi potest facere per accidẽs et sicut remouens prohibens ad perfectionem inquantum per remotionem talis iuris facit ꝙ talis minus afficiatur ad temporalia. vnde etiam perfectio eorum requirit ꝙ ipsi minus afficiantur ad talia ⁊ minus solliciti sint in procurando ea ꝙ alij sicut illi qui non habent aliquid in eis nisi vsum facti. ¶ Sciẽdum ergo ꝙ multiplex potest esse priuatio temporalium.

¶ Una que omnia excludit et quãtum ad proprietatem et ꝙtum ad vsum ⁊ hec est pemptio subiecti perfectiõis nec aliquo modo facit ad perfectionem: sed destruit eam. ¶ Alia est priuatio que excludit facultatem faciliter habendi necessaria habens annexas multas molestias et illa non facit ad perfectionem ꝑ se. sed tñ facit per accidens inquãtum remouetur prohibens perfectionem aliquo modo: quia talia domant carnem ⁊ subijciũt spiritum propter penalitates. ¶ Alia est priuatio que excludit dominium in proprio et in communi. sed includit vsum ⁊ facultatem habendi ſm conuenientem necessitatem. Et ista est aliquid positiuum quantum ad id quod ibi facit ad perfectionem per se inquantum. s. ponit conueniens medium ⁊ ideo qd est instrumentum bene viuẽdi: et per accidens remouendo ꝓhibens inquãtum tollit extrema que sunt nimis abũdare et nimis egere ⁊ quãtum ad carentiam proprietatis tollit nimiam affectionem ad talia. ¶ Alia est priuatio quãtum ad modum habẽdi: quia quodãmodo carent reddítibus victum ꝑ mẽdicitatẽ. ⁊ talis priuatio nõ facit ꝑ se ad ꝑfectionem: quia nihil boni ꝑ se importat: ymo importat malum pene tam dãni ꝙ sensus: sed ꝑ accidens facit ad ꝑfectionem inquãtum ſm carẽtiam taliũ bonorum: quia importat sollicitudinem et erubescẽtiã mẽdicationis humiliatur spũs hois. Et inquantum ex hoc qd victus eorum depẽdet ex gratuito beneficio aliorum magis insistunt honeste vite ne scandalizent eos a quibus accipiũt victum ⁊ magis insistũt predicationi ⁊ cõsilijs ⁊ alijs bonis ꝙ impediunt eis a quibus viuũt. ¶ Ad argumentum ergo dicendum ꝙ pura priuatio nihil ponens nõ facit ad ꝑfectionẽ sed priuatio aliquid supponens ⁊ aliquid priuans põt facere ad perfectionem ꝑ accidens: vt dictum est sicut remouẽs ꝓhibens. ¶ Ad secũdum dicẽdum ꝙ paupertas euãgelica nõ dicit priuationem totaliter temporalia excludẽtem: sed priuationem excludẽtem dominiũ rerum in proprio non in communi: talis enim paupertas fuit quã apostoli in primitiua ecclesia tenuerunt ⁊ sancti post eos in cõmuni viuẽtes sicut canonici regulares sicut patet de sancto augu. paupertas etiam istorum qui nullum dominium habent in cõmuni: licet dominium nõ habeãt vere ⁊ ꝓprie hñt tñ interpretatiue inquantum bona que dantur eis custodiũtur eis ab illis ꝙ dicũtur hrẽ dñium: vt ipsi ad libitum vtãtur illis ⁊ habẽt facultatem habẽdi ea eque facilit sicut si haberẽt dñium in eis. nam ꝓpter hoc querũt dñium: vt faciliter possint haberi. ⁊ ad libitũ possit aliquis eis vti. ¶ Secũda est opi. ipugnãtiũ istos. vñ qñ ꝙrit vtrũ pura ꝑuatio ponat aliquẽ l statu ꝑfectiõis. dĩm ꝙ nullus ponit ꝙ pura priuatio tẽporalium ꝑ se faciat ad ꝑfectionem. sed ꝑ accidẽs inquãtum remouet impedimẽta a dilectione dei. Sed obligatio ꝑpetua cum solẽnitate ad esse in obediẽtia ⁊ voluntaria paupertate cum sint positiua. s. obligatio ⁊ volũtas ꝙ hoc vult: faciũt ad ꝑfectionem. status per se ⁊ de se sunt operationes virtutis ⁊ ꝑfectionis sicut incorruptio: nõ est virtus cum sit priuatio: sed meditatio incorruptionis est virginitas virtus. ¶ Ulterius sciendum ꝙ opa virtutum bene faciunt ad ꝑfectionem partialem. non tñ ad perfectionem status: quia status permanentiam importat.

sed obligatio perpetua et solẽnis ad opa virtutum et dispositiones ad ea facit ꝑfectum statum. ¶ Ad id quod dicit ꝙ facit ad virtutes contemplatiuas ꝑ se facit ad ꝑfectionem: verum est partialem: de qua non loquimur sed de perfectione status. Quod autem dicitur in minori ꝙ pura priuatio non est per se dispositio ad virtutes verum est. sed obligatio ⁊ voluntas ad priuationem eorum ꝙ ꝑ accidens virtutem impediunt per se disponit ad ꝑfectionem partialem ꝓpter quã hoc fit ex intentione ⁊ essentialiter facit perfectionem status. Unde carere temporalibus non facit hominem perfectum nec statum eius sed obijcere voluntarie temporalia propter deum disponit ad liberius deum amandum. ¶ Ad triplicem carentiam. dicẽdum ꝙ prima qua quis omnino temporalia abijcit exponens se mẽdicitati ꝓpter deum est laudabilis: nec committit se discrimini qui sequitur consilium xpi. iacta cogitatum in domino ⁊c. Et considerate volatilia celi. ¶ Secũda etiam carentia qua cũ difficultate habentur propter deum assumpta est laudabilis vt patet in apostolis comedẽtibus spicas: ⁊ si ꝓpter inopiã patiuntur distractionem cordis patienter ꝓpter deum querendo vel laborando meritorium est. ¶ Quod autem dicit si priuatio moderata facit ad perfectionem: ergo maxima ad maximam. dicendum ꝙ nõ tenet hoc in vita morali: in qua virtus tenet medium vitium extrema nõ enĩ si parũ comedere est virtuosum ergo nihil comedere est maxime virtuosum. ¶ Quod dicit ꝙ voluntas acceptans priuationem nõ est bona: quia trahit bonitatem ab obiecto. dicendum verum est a priuatione inceta vel nullus autẽ dimittit temporalia ꝓpter dimittere: sed dimittit ꝓpter deũ. sicut virtuosus meretur nolẽdo nõ agere mala ꝓpter bonum virtutis: ⁊ dum alias vellet abstinere a malo ſm rõnem istius non esset bonũ. ¶ Epi autẽ a religionibus assumpti nõ habent dominium. sed tñ dispẽsationem etiam de bonis ꝙ iam ad bursam eorum deuenerit. Unde nec testari possunt sine licentia pape: sunt autem in maiori perfectione status ꝓpter obligationem ad maiora opera perfectionis et positiuũ: puta ꝙ primi moriantur pro grege ⁊ quotidiana sollicitudo. ⁊ oim ecclesiarum ⁊ hmõi: nec etiam papa est magis dominus ꝙ alij prelati: quis sit vniuersalior dispẽsator. ¶ Ad argumentum solutum est.

¶ Questio quinta.

Quinto queritur. vtrum status religiosorum nihil habentium in ꝓprio nec cõmuni sit perfectior statu habentium aliquid in cõmuni. Et videt ꝙ sic: quia status est ꝑfectior ꝙ ꝑfectius imitatur xpm status nihil habẽtium est hmõi. ergo ⁊c. Probatio minoris. Mat. xix. dicitur. Uade ⁊ vende omnia ⁊c. sed retinens aliquid in communi non videtur omnia vendere et relinquere: vt sequatur christum. ergo non ita perfecte imitatur. ¶ Preterea vbi est maior recessus a temporalibus ibi est maior abdicatio ꝓprij: sed nihil habentĩ nec sic nec sic est hmõi ergo ⁊c. ¶ Preterea in tali sollicitudo minor est cum minor sit sollicitudo in acquirendo temporalia ꝙ in retinendo quesita: ergo maior perfectio. ¶ Preterea quo ad continẽtiam illud votum est perfectius quo homo renunciat omni delectationi carnali: ergo quo ad paupertatem illud votum est perfectius quo homo renunciat omnibus temporalibus quocũꝙ modo habendis. ¶ Contra. nihil habentes in proprio vel communi et non laborantes manibus necesse habent non solum appetere sed ⁊ petere que sunt aliorum cũ indigeãt necessarijs vite: sed hoc non est perfectionis cum hoc prohibeat Apostolus. i. ad Thessa. iiij. nullius aliquid desideretis: ⁊ vt possitis implere magis autem laborantes manibus: ergo ⁊c. ¶ Respondeo primo ponentur dicta aliorum circa hoc. Secundo dicetur aliquid inquisitiue circa ea. ¶ Quantum ad primum sic procedũt aliqui: quia primo ꝑmittũt ꝙdã. Secũdo ex his soluũt ad qõnem. ¶ Primo ergo inquirũt quõ dr aliquis status ꝑfectõis esse. ¶ Circa qd sciendum ꝙ aliquis status põt dici status ꝑfectõis multipliciter. ¶ Uno mõ: quia sibi soli appropriat illud ꝙ essentialiter cõ

sistit perfectio humane vite: et sic nullus status in ecclesia pōt esse pfectio: alioq: perfectio consistat essentialiter in habitibus et actibus virtutum: maxime perfectarum quarū vsus et habit⁹ haberi possunt a quocūq infra statū eccl'ie catholice existētes. ¶ Aliter pōt dici stat⁹ pfectiōis q̄ sibi approp̄iat q̄dā q̄ sunt instr̄a facilius acq̄rēdi et tenēdi pfectionē: vel q: remoueat impedimenta: et sic dr̄ status pfectionis abdicare temporalia. ¶ Tertio dicitur status perfectionis qui sibi appropriat exercitium quarundam operationum que virum perfectum requirunt. ¶ Secūdo premittēdum quomodo abdicatio tēporaliū facit ad pfectionem remouēdo phibens seu impedimētum pfectionis. ¶ Dupliciter autem temporalia impediunt pp̄ter sollicitudinē q̄ ē acq̄rēdo nō habita et dispēsando habita et pp̄ter amorē recurruū allicientem ad minus appetendū ea et amādum plus debito. Et ideo ille modus circa temporalia est melior qui ista duo magis tollit s. sollicitudinē et amorē recurruū. ¶ Ulterius sciēdum q̄ duplex est abdicatio temporalium scilicet q̄tum ad vsum et q̄tum ad dominiū. ¶ Quātum vero ad vsum potest dupliciter abdicare temporalia. ¶ Uno modo quo ad vsum temporalium omnino vt eorū vsum simpliciter a se abdicet: et hoc nō facit ad perfectionem: q: hoc non l3 cum homo teneatur vitam suam substētare: qd̄ s̄m communem cursum fieri nō pōt nisi vtēdo temporalibus rebus. ¶ Alio modo q̄ vsus abūdātes abdicet a se eis vtens pūt sufficit ad vite substētationem et necessitatem: et talis abdicatio facit ad pfectionem: q: facit ad minorem sollicitudinem circa ea et minorē amorē. Et similiter q̄tū ad ius pōt aliq̄s abdicare temporalia dupliciter. Primo sic q̄ etiam in extrema necessitate nō habeat ius vtēdi re aliqua nisi ex gratia alicuius potētis vsum illum reuocare: et sic nō l3 renūciare iuri et dominio temporalium. nec per consequēs facit ad pfectionem: q: in necessitate extrema l3 quil3 iure naturali et dominio tale ius in re qua vtitur quod alius nō pōt eam reuocare. nec hoībus l3 renūciare tali iuri nō l3 dimittere se mori fame vel siti. ¶ Alio mō pōt q̄s renūciare tali iuri non in extrema necessitate. sed in eis que reseruātur preter necessitatem in posterum ad conuenientem vsus habendum in eis p̄ tempore oportuno. Et hoc potest fieri tripliciter. ¶ Primo sic q̄ ius in talibus rebus non remanet apud eos: nec remanet apud aliquem loco ipsorū. ¶ Secūdo q̄ ius remanet apud aliquem alium loco ipsorū. ita tn̄ q̄ ius remanendi apud illum alium et q̄tum ad habita et q̄tum ad habenda nō est pp̄etuū vel q: psona recipiēs illd̄ ius nō est pp̄etuabilis, q: dato q̄ sit pp̄etua rōne officij: nō tn̄ statuto pp̄etuo ē ordinatū illud ius pp̄etuo apud talē psonā remanere. ¶ Tertio pōt esse q̄ ius in rebus q̄ dātur sic renunciantibus remaneat pp̄etuo apud aliquam personam ratione officij perpetuam et per statum perpetuū. Et posset videri q̄ nullo predictorum modorum renūciare iuri et pp̄rietati temporaliū faciat directe et per se ad perfectionem. Et hoc patet primo quātum ad primum modum: q: si non solum communitas que multum indiget: sed etiam persona singularis indiget vestibus et victu quotidiano: nec per se nec per alium haberet ius in aliqua re, id est q̄ nec proprietatem substātie in re haberet nec ius vtendi. illa talis res deberet haberi pro derelicta et posset licite occupari ab alis et sic tali non esset sufficienter puisum in necessarijs et exponeret se periculo magno. ¶ Secundo: quia si hoc per se sufficeret ad perfectionem: tunc esset ille perfectior qui abundanter vteretur rebus alienis in quibus dominium non haberet q̄ ille qui parce vtitur rebus proprijs eas alijs discrete et bene distribuendo qd̄ nullus diceret. ¶ Tertio quia difficile ē videre quō aliquis potest vti re aliqua corporaliter consumendo in qua nullū ius habet. quia talem rem nō potest habere vt dominus cum dominij non sit capax: nec vt mutuatam cū3 non teneatur eam restituere: nec accommodatam vel locatam cum totaliter consumatur: res autem solum locatam vel accommodatam non licet totaliter consumere: nec etiam potest fieri in extrema necessitate. quia in tali casu vtens habet ius sibi re inquātum nullus alius potest eam reuocare ad se ab eo qui sic ita vtitur. Et hoc patet per declarationem regule fratrum minorum editam a domino nicolao papa vbi dicitur sicut nec ceteris sic nec istis fratribus minoribus iure possibili in extreme necessitatis articulo ad prouidendū sustentamentū nature via in omnibus extrema necessitate decenter concessa excluduntur cum ab omni lege extrema necessitas sit excepta. ¶ Quarto illd̄ qd̄ p se directe ordinatur ad vsus temporalium non plus derogat perfectioni humane per se loquendo q̄ ipse vsus: sed ius et dominium in temporalibus directe ordinatur ad vsum: quia ius et dominium non requiritur in eis nisi vt habeatur libera facultas vtēdi eis: ergo non plus derogat ius et dominium in temporalibus perfectioni vite q̄ ipse vsus. et per ɔ̄ñs sicut nec derogat perfectioni humane: quātum ad minores s̄m indigentiam sui temporalibus vti: ita nec habere dominium in eis in ordine ad conuenientem vsum. ¶ Si autem ponatur secundo modo: scilicet q̄ ius et dominium non maneat apud tales: sed apud aliquem loco ipsorum: ita etiam q̄ ius istud remanendi apud istum non sit perpetuum sicut expositum est: tunc adhuc sequitur primo q̄ prouisio talium in necessarijs sit incerta: quia ille alius cum voluerit renunciabit illi iuri: et sic illa vt dictum est habebuntur pro derelictis. et per ɔ̄ñs alius indigens poterit occupare. Secundo sequitur q̄ perfectio talis cū nullus possit sine aliqua prouisione viuere in necessarijs vite dependeat a voluntate ministrabili alterius qd̄ ē incōueniēs. cum perfectio vite alicuius solum debeat dependere a deo et voluntate perfectionem attingere. Si aūt ponatur psona perpetua ratione officij: sicut dn̄s papa et per statutū dn̄iū in bonis renunciatis sic renūciat ita q̄ certum sit q̄ papa in perpetuum non renunciabit tali iuri: nec etiam impediet tales qui ita per omnem modum libere vtātur rebus sibi collatis sicut si haberent in eo ius: ita q̄ solo iure remanente apud papam sollicitudo procurandi et libertas distribuendi remaneat apud tales. Adhuc videretur alicui q̄ hoc non faceret per se et directe ad perfectionem: quia renūciare temporalibus non facit ad perfectione3 nisi inquātum ex hoc tollitur sollicitudo mētem distrahens et amor alliciens: sed per talem renunciationē non videntur per se tolli ista vel diminui: ergo etc. Probatio minoris quātum ad vtrāq̄ partem. Primo quoad sollicitudinem: quia ex quo iste apud qd̄ est dominium nihil procurat eis de temporalibus: sed eis totam sollicitudinem procurandi et dispensandi dimittit. illud dominium sic residere apud illum videtur q̄ ab eis nullam sollicitudinem aufert: ergo etc. ¶ Idem patet quo ad amorem allicientem: quia amor alliciens ad temporalia prouenit ex hoc quod subsunt libere facultati eius qui habet ad faciendum quod vult: sed expositus est non obstante tali dominio residente apud alium dispensatio pro libito remanet apud scilicet renunciantes. ergo etc. ¶ Item si renunciare iuri et dominio dicto modo per se et directe faceret ad perfectionem paupertatis sufficeret q̄ ecclesie collegiate et monasteria monachorum habentia pingues redditus transferant sub quod habent in dominum papam. ita q̄ liber vsus valde superfluus quē habent maneret apud eos sicut modo ē: et etiā fratres minores possent dicto modo ad vsum suum habere magnos redditus ad vtendum eis libere remanente semper dominio apud dominum papam: et ideo per se loquendo non videtur facere ad perfectionem sic renunciare temporalibus nisi in ordine ad perfectum modu3 vtendi. Unde magis conueniens est querere quis modus vtēdi faciat ad perfectionem q̄ alius modus habendi dominium. ¶ Licet autem s̄m predicta posset videri alicui q̄ renunciare dicto mō nō faciat per se et directe ad perfectionem vel principaliter cū aliquo mō vr̄ facere: scz erigere: in q̄tū status talium erigitur q̄ pfectiori mō se habeat in vtēdo talib⁹ q̄ alij: et sic renunciādo ostendunt se velle omnino carere temporalibus si fragilitas humana pmitteret: et non afficiad ea tanq̄ ad sua: et se velle accipere quāto minus possunt quātum scz sufficit ad necessitatē: et hoc innuit dn̄s Nicola⁹ in predictā declaratione vbi dicit olm̄ erū debent abdicare dominiū et rerum sibi cōcessarum necessario vsu cōtēti. ¶ Item q̄ non dominium rerum

vsum debent habere: nec etiam copiam que derogat causare
paupertati quinymo apparet in eis quo ad dominium omni-
moda abdicatio ⁊ in vsu sola necessitas. ¶ Ulterius sciendum
ꝙ modus vtendi temporalibus ꝙ exigit decentia talis renun
ciationis nō conuenit illis qui in magnis colegijs ⁊ indigētib⁹
multis bonis ⁊ preciosis viuunt. alioquin istā perfectionē pos
sent habere omnes colegiate ecclesie quātūcūq; abūdantes
et laute vtētes: q: nec grauius nec difficilius esset eis viuere
sic ꝙ papa haberet dominium in bonis eorum: ⁊ epi liberum
vsum sicut modo habent: ⁊ sicut habēt minores in bonis que
eis dantur ꝙ viuere sicut viuunt. Unde modus vtendi tempo
ralibus qui congruit tali renunciationi conuenit solum illis
qui sunt solitarij ⁊ pauci numero ⁊ valde paucis indigēt bonis
quia talis status exigit renunciationem sollicitudinis ⁊ amo
ris circa temporalia vero paucissima parum oportet sollicita
ri vel distrahi vel affici: ⁊ ideo talis status exigit paucos pau-
cissimis tēporalibus indigentes. Et contra tales qui sic se ha
berent in nullo concludunt rationes premisse: q: in talibus
nō esset tantus amor ⁊ sollicitudo sicut in alijs. Nec oporteret
eos esse incertos ⁊ sollicitos de querendo aliquid apud quez
resideret ius in bonis que eis darentur. q: non opz eos que-
rere alios preter eos qui eis largiuntur elemosinas: nā tales
non intenderēt sic eos transferre dominium suum nisi inquan
tum sunt capaces ⁊ retinerent in eis ius ex suppositione. i. si
isti non vterentur vel si impedirentur in talibus in vsu suo,
⁊ si quis vellet occupare talia contra voluntatem eorum qui-
bus darentur iuuarentur a dantibus apud quos remaneret
ius modo predicto. esset etiam eis licitum vti nō iure proprio
sed alterius cuius cū cessione talibus vterentur. ¶ Ulterius
sciendum: ꝙ questio non querit de comparatione talium in
ordine ad habentes redditus: sed ad omnes mēdicantes qui
in rebus datis habēt dominium in communi. ¶ His ergo pre
missis cum queritur. Utrum status renūciantium iuri in tē-
poralibus ⁊ in ꝓprio ⁊ in communi sit ꝑfectior statu aliorum
dicēdum ꝙ sic. renunciantes aut vtūtur paucissimis tempora
libus modo dicto vel vtūtur ita abūdanter ⁊ in magna copia
sicut alij. si ergo primo modo status eorum et professio est per
fectior: quia magis elongati sunt ab amore ⁊ sollicitudine tē
poralium: si autem vtūtur ita abūdanter sicut alij et hoc pro-
pter fructū quē predicādo ⁊ cōsulendo populo faciunt. Tunc
distinguēdum est q: pōt considerari vel illud qd̄ fit vel inten-
tio facientis. Considerando ergo illud quod fit sic non vide-
tur status eorum esse perfectior quoad paupertatē statu alio
rum: quia ex quo ita abūdanter viuunt vtūtur ⁊ habent tem
poralia de facto nō pl⁹ videntur ab eis tolli sollicitudo ⁊ amor
temporalium ꝙ ab alijs. Si vero consideretur intētio facien-
tis sic status eorum videtur perfectior: q: tales ea intentione
debent et videntur renunciare iuri tali quo libenter carerēt
vsu abundāti temporalium: sicut et iura si non esset propter
fructus qui sequitur ex vsu abūdanti ꝙ habēt propter libros
et alia necessaria et carere sic abūdanti vsu oz esse eis in desyde
rio: sed abūdare sic ꝓpter fructum debet eis esse in patien-
tia ita ꝙ quantum possunt saluo dicto fructu vitantur care-
re dicta abūdantia: licet autem congruat eorum statui vsus
ita darcus sicut dictum est: non tamen sunt transgressores vo
ti si non tenent talem vsum quia licet sm̄ quandam decentiā
debeant proponere ⁊ velle talem parcum vsum non tamen vo
uent ipsum parcum vsum sed tantum iuris renunciationem
sic ergo dico ꝙ si etiam ita abundanter vtuntur sicut alij: si tn̄
profitentur ex intentione talem renunciationem scilicet libē
ter carendi ita abundāti vsu si hoc posset cum fructu stare ꝙ
faciunt ꝙ tum ad intentionem profitentis sunt perfectiores
Si aūt talis vsus abūdātior simpliciter eis placeat et vsuz tē
poralium plus extendant ꝙ deceat talem abdicationem non
solum in executione sed etiam in complacentia non videnł
esse perfectiores alijs sed peiores: q: non solū ille non est bo
nus qui trāsgreditur id quod professus est: sed etiam ille qui
non cōuenienter se habet ad illud qd̄ est⁹ sui status. sed ea nec
habet in re nec in desiderio etiam si commode posset fieri: aut

lum tamen intendo iudicare nec reprehendere. ¶ Licet autē
cōclusio ad quam inducunt pie rationes sit aliquo modo ve-
ra: tamen rationes non cogunt. ¶ Ideo dicendum ad primum
ꝙ paupertas christi ⁊ apostolorū non fuit omnino renuncia
re iuri temporalium: scilicet tam in proprio ꝙ in communi: q:
hoc nō competebat statui christi et apostolorum cum essent
veri pastores et tenerentur ex debito gregi aliquo modo pro
uidere. ¶ Ad illud autem quod allegabant. Mat. xix. vade et
vende ⁊c. intelligendum est quoad non habendum aliquid in
proprio nec videtur aliquis sanctorū doctorū aliter tenuisse
dictum consilium: cum enim cuilibet subsit posse per se imple
re consilium non cū cessione voluntaria alterius non vide-
tur illud consilium se extendere ad talem abdicationem que
dependeret voluntaria cū cessione alterius. non tamen ne-
gocium ⁊ illud et alicuius modus viuendi comprehendatur
sub dicto consilio non tamen necessario ille modus est: ergo
sibi relinquere omnia que ad habendum ius in proprio nec in
communi plus requiritur necessario ad implendum dictum
consilium dato ꝙ alius modus sit aliquo modo perfectior.
¶ Ad secundum dicendum. ꝙ per se et essentialiter ad perfe-
ctionem facit recessus mentalis quo aliquis minus amat et
sollicitatur de temporalibus ⁊ qui sic magis recedit ē magis
perfectus: loquendo autē de recessu de facto qui facit instru
mentaliter ad perfectionem status quo receditur renuncian
do iuri in bonis temporalibus est perfectior: dum tamen assit
conditio predicta: scilicet parcus vsus saltem in desiderio.
¶ Ad tertium dicendum ꝙ si sic renunciantes sint contenti
paucioribus et vilioribus ꝙ alij mendicantes sic renuncian-
tes hñt minorem sollicitudinē ꝙ alij cum ille apud quem resi
det dominium in nullo intromittat se de procurando bona p
eis nec dispensando pro alijs ea. Si autem comparentur gene
raliter mendicantes ad habentes perpetuos redditus. di-
cendum ꝙ si mendicantes sint contenti paucis et vilibus et
non mendicantes velint habere magna ⁊ preciosa sic minor
est sollicitudo mendicantium. Sed si econuerso mendican-
tes velint habere preciosa ⁊ maiora ꝙ habentes redditus vi-
detur ꝙ indigeat sensu qui non videt ꝙ sic mendicantes opz
esse magis sollicitos ꝙ habentes redditus. ¶ Ad quartum
dicendum: ꝙ non est simile de voto paupertatis et castitatis
quia species et indiuiduum possunt saluari absq; hoc ꝙ reli-
giosi vtantur aliquo actu venereo circa ꝙ est castitas. Sed in
diuiduum hominis sm̄ presentem vitam saluari non potest
sine vsu temporalium circa que est votum paupertatis. Si au
tem homo omnino nō posset carere actu generationis sicut nō
pōt actu comestionis melius esset ꝙ haberet ꝓpriā ꝙ vage ac
cederet ad quācūq;. ¶ Ad rationem in oppositum dicendum
ꝙ Apostolus ibi loquitur contra ociosos qui nullo tempo-
re occupati volunt viuere de bonis aliorum: non autem con-
tra illos qui vacantes operibus spiritualibus humiliter mē
dicant victum suuz. ¶ Quantum ad secundum: q: questio vide
tus q̃ ptinet ad virtutem moralẽ. similiter electio
dependet ex bono cognito p consiliũ: sicut ex cã
efficiente. qꝛ obiꝫ appetit⁹ ẽ vere motiuũ ei⁹ tertio
de aia. ⁊ similiter velle finem ẽ causa effectiua ele
ctionis ei⁹ q ẽ ad finẽ mediãte cõsilio noticia aũt
principioꝝ ẽ aliquo mõ causa efficiẽs cõclusiõis
inquãtũ obiectũ nõ mouet ad noticiã ꝯclõnis ni=
si mediãte noticia pricipioꝝ. Nunc restat ostẽdere
qd ex q̃ dependent i istis ⁊ qd satis pz de appetitu
finis ⁊ eoꝝ q̃ sunt ad finẽ scꝫ q electio eoruz q̃ sunt
ad finẽ depẽderet ab appetitu finis ⁊ ex cõsilio. qꝛ
per appetitum finis mediãte consilio mouet quis
se ad eligendum ea q̃ sunt ad finem. similiter satis
patet q conclusio prudentie ⁊ vniuersaliter oĩs

conclusio dependet ex principio sed dependentia
virtutis moralis ⁊ prudentie qd scilicet ex quo de
pendeat non est ita clarum. ¶ Ad cuius
euidentiã sciendũ q iclinatio appetit⁹ i bonũ q̃ p=
tinet ad gen⁹ virtutis moralis ẽ triplex. Pria est
vniuersalis sicut ẽ respectu ei⁹ qd est velle beatitu
dinẽ vl' velle bonũ i comuni vel aliqd tale. alia est
specialis iclinatio sz informis ⁊ qñ indeterminata
indeterminata qdẽ nõ simpliciter respectu ei⁹ qd
appetendũ ẽ sz respectu modi q̃ appetendũ ẽ: pu=
ta si aliquis habet iclinationem ad liberaliter dã=
dum sz nõ cũ mõ determinato puta vbi ⁊ qñ ⁊ quã
tum oz ⁊ sic de aliis ẽs q recta ratio dictat. ⁊ hec i
clinatio iterum ẽ duplex: qꝛ q̃dã iest ex iclinatõe na
turali vel dispositione. aliqñ q̃dã ex assuefactione
⁊ bona educatione. ¶ Tertia vero principalis in
clinatio specialis ẽ et formata determinata nõ so=
lum quãtũ ad rẽ i quã aliquis inclinatur. sed etiã
quantũ ad modũ. Prime due inclinatiões dicũtur
virtutes imperfecte ⁊ seminaria virtutũ: sed vltia
dicitur virtus pfecta. ¶ Silr triplex est prudẽtia
vel estimatio. prima generalis qua quis estimat
quod bonũ ẽ eẽ felicẽ obedire deo vel aliqd hmõi
gñale. Secunda est specialis sed informis ⁊ inde
terminata sicut illa qua aliquis estimat esse dãdũ
liberaliter sed non cũ modo deteriato ⁊ pprio im
posito a ratione: puta qñ ⁊ quõ. ⁊c. Tertia est spe=
cialis ⁊ formata siue deteriata. sicut illa qua ali
qs estimat dandũ liberaliter cũ modo pprio forma
to ⁊ imposito a rõne puta quõ ⁊ qñ. ⁊ sic de aliis.
Modo dico q inclinatio prima pcedit prudentiã
pmã. qꝛ iudiciũ prudẽtie est ẽs ꝯformitatẽ rei iudi
cate ad appetitũ. vñ oz aliquã cõformitatẽ prece
dere oẽ iudiciũ prudentie. Silr secũda inclinatio
que est specialis informis tñ precedit specialẽ pru
dentiã secundã. qꝛ ſm statum pñtẽ pp̃ter multos
⁊ vehementes motus passionũ insurgentes nõ suf
ficeret inclinatio vlis ad hoc q hõ haberet rectaz
estimationẽ de finibus pticularibus/ immo si nõ
esset aliqua inclinatio specialis moderans mot⁹
passionum frequentissime. et vt in pluribus impe=
diretur deductio illius prudentie sequentis illaz
inclinationem vniuersalẽ. Quantum aũt ad terti
am inclinationem que est specialis ⁊ formata ⁊ q̃
est principalis virtuꝫ moralis dico: q prudentia
precedit quo ad generationem et quo ad existen=
tiam. sed quantũ ad vsum est ecõuerso. Primum
patet sic. illud formatũ quod habet formam a ra
tiõe siue ab actu rationis dependet a ratione. sed
forma virtutis moralis specialis et formate est a
ratione recta siue a dictamie recte rõis. qꝛ forma
cõueniens actui hois ſm q homo ẽ a rõne recta
tpl⁹ opantis. ꝫ virtus moralis ⁊ pfecta ⁊ forma=
ta dependet a rõne siue a prudentia quãtũ ad suũ
gñari ⁊ eẽ. Sz quãtũ ad suũ vsuz ẽ ecõuerso: quia
prudentia specialis ⁊ formata vtit̃ fine principali
⁊ formato sicut pricipio ex quo syllogisat: sz virt⁹
specialis ⁊ formata facit iclinationẽ i talẽ finẽ spe
cialẽ ⁊ cõformitatẽ ad ipm vt statim ⁊ prõpte ap=
pareat bonũ. ꝫ vsus prudentie specialis ⁊ forma
te q̃ prompte iudicat finem specialẽ ⁊ pticularẽ eẽ
bonũ que dependet ex speciali virtute morali ⁊ sic
patet ex qua dependet ⁊ sic que precedit. Scien
dum tamen q quantumcunqꝫ homo sit viciosus ⁊
male disposit⁹ ſm appetitũ circa fines pticulares
absolute tñ per illã vniuersalẽ iclinationẽ i bonũ

mediãte prudẽtia põt se mouere ad ꝟtutes: ⁊ eas
acq̃rere lꝫ cũ difficultate ꝑ illã enim prudentiam
⁊ si nõ de facili et ꝓmpte posset habere rectã esti=
mationẽ circa pticularia fines absolute tñ possꝫ
circa vnũquodq; istoꝝ habere rectã estimationẽ per
prudentiã vniuersalẽ q̃ estimat eẽ obediendũ deo
vl' honeste viuẽdũ vl' hmõi. Scdm p̃dicta autẽ vꝫ
eẽntialiꝰ dependere a prudẽtia ꝟtꝰ moralis q̃ ecõ
uerso. qꝛ ꝟtꝰ non põt bene eligere nisi prudẽtia bñ
iudicet. qꝛ illo mõ eligit q̃ prudentia iudicat. sed
lꝫ habitus viciosus i appetitu corrũpat estiatio=
nẽ prudentie i intellectu vt frequẽter nõ tñ vt sẽp
imo cõtra habitũ malũ põt homo iudicare alias
non eẽt possibile de vicio ad virtutẽ redire: sꝫ si q̃s
recte p̃sideret videt̃ adhuc dependẽtia hinc: ⁊ inde
aliqualit̃. qꝛ sicut appetitꝰ nõ põt eligere nisi i itel
lectu iudicãte antecedent' sic etiã nõ põt itellectꝰ
finali sententia iudicare nisi volũtate eligente cõ
sequẽt' ⁊ sicut põt itellectꝰ iudicare cõtra habitus
appetitꝰ. sic põt appetitꝰ eligere ꝯtra hitũ intelle
ct⁹. qꝛ ipsemet itellectꝰ põt iudicare cõtra suũ hi=
tũ acq̃situ practicũ q̃ non iclinat vt sẽp sicut facit
sciencia: sꝫ vt frequẽter sicut facit natura. vñ qꝛ ef
fectꝰ dependet a cã ꝓprie et posterius a priori nõ
ecõuerso lꝫ causa necessaria nõ sit sine effectu nec
priꝰ sine posteriori necessario cõsequẽte. idõ lꝫ sit es
sentialis cõnexio hic ⁊ inde nõ tamen eq̃lis depen
dentia. qꝛ prioritas prudentie ẽ causalis cõsequẽ=
tia virtutis moralis ẽ causata magis q̃ cãns.

2. articulꝰ Durãdus questio. 2. ¶ Quantũ ad scdm: dicũt q̃dã q̃ virtutes itelle=
ctuales tã sciencie q̃ artes nõ sunt cõnexe cũ mo=
ralibꝰ primo modo cõnexionis. s. essencialiter ⁊ i=
mediate. qꝛ illa q̃ sic se hñt q̃ potest fieri mutatio
i eẽntiali vniꝰ nulla facta mutatione in essentiali
alteriꝰ nõ dependent ex se eẽntialiter nec ꝑ conse
quens sunt semper essentialiter cõnexa: sed ita ẽ
de virtutibꝰ moralibꝰ ⁊ itellectualibꝰ q̃ sunt scien
tie speculatiue vel artes. q̃ ille virtutes nõ depen
dent ex se inuicẽ nec sunt essẽtialiter cõnexe. Ma
ior patet: sꝫ minor probat̃ qꝛ mutato aliquo scdm
irã vel cõcupiscentiã q̃ mutatio ptinet ad virtutẽ
moralẽ nõ oꝫ q̃ mutet̃ i iudicando quomodo do
mꝰ debeat fieri vt aliq̃d artificiũ vt i iudicãdo an
triãgulus habeat. 3. ãgulos equales duobꝰ rectis
q̃ iudicia ptinẽt ad artes ⁊ sciẽtias ⁊ speculatiuas
q̃ facta mutatione i eo q̃d ptinet ad virtutẽ mora
lẽ nõ oꝫ fieri mutationẽ i eo q̃ essentialiter ptinet
ad virtutẽ itellectualẽ q̃ ẽ ars vel scientia specu=
latiua. Causa aũt huiꝰ ẽ. qꝛ iudiciũ artis ⁊ scientie
speculatiue de rebꝰ factibilibꝰ ⁊ speculabilibꝰ nõ
est ſm cõformitatẽ coꝝ ad appetitũ sꝫ ſm se ꝑut
cõsiderant̃ i nã sua. mutatio aũt alicuiꝰ ſm appeti
tũ puta ſm irã ⁊ cõcupiscentiã aliquã nõ facit mu
tationẽ de rebus ſm se ⁊ ſm naturas suas. ⁊ idõ nõ
mutat iudiciũ artis vl' scientie speculatiue de talibꝰ
⁊ sic patet q̃ artes ⁊ speculatiue scientie non hñt
eẽnalẽ cõnexionẽ cũ moralibꝰ virtutibꝰ nec econ
P uerso. Hoc etiã docet experientia aliquos. s. sim=
plices idiotas ⁊ illiteratos olim moraliũ ornatu
pollentes nullã artẽ nullã scientiã habẽtes ⁊ ecõ
trario literatissimos viros ⁊ etiã salomonẽ cuꝫ io
ta sapientia ifusa oẽs morales perdidisse nã habe
re scientias morales non ẽ hẽre virtutes morales
sꝫ multi viciosi bñ sciunt librũ ethicoꝝ ⁊ multi vir
Secũdus tuosi etiã nesciunt q̃d ẽ virtus. ¶ Quantũ ad se=
cundũ modũ cõnexiõis q̃ ẽ mediatꝰ essentialis in

tertio dicunt q̃ primꝰ: q̃ virtutes itellectuales non
sunt cõnexe cũ moralibꝰ nec ecõuerso mediãte ter
tia virtute. qꝛ pret' virtutes acquisitas itellectua
les: ⁊ morales non sunt aliq̃ habitꝰ nisi ꝟtutes the
ologice ⁊ dona sꝫ i illis rõe illoꝝ p̃dictẽ ꝟtutes nõ
pñt hẽre ꝯnexiõꝫ qꝛ cũ illis nullã necessariã ꝯnexiõꝫ
hñt. q̃. ⁊c. ¶ Quãtũ aũt ad tertiũ modũ ꝯnexio= Tertius.
nis ſm quẽ virtus respiciens bonũ priũ ꝯnectit̃ cũ
respiciẽte bonum totiꝰ: sic nõ sunt itellectuales ⁊
morales cõnexe: qꝛ neutre respiciũt ꝑ se bonũ cõ=
mune nisi iusticia legalis sine qua itellectuales ⁊
factiue sunt pfecte i sua essentia: nõ aũt morales
vnde ille cũ illa cõnectũt̃ nõ iste. Dicunt tñ aliq̃ P
iuxta istũ modũ q̃ si loquamur de cõnex. de ꝟtu=
tũ ad inuicẽ sꝫ q̃ vna virtus dependet ab alia non
quãtũ ad essenciã suã nec quãtũ ad vsũ vel actum
suũ essentialẽ ⁊ ꝑ se sꝫ quãtũ ad aliquẽ vsũ isto mõ
tã artes q̃ sciẽtie speculatiue dependent a mora
libꝰ nõ quãtũ ad actũ iudicandi ⁊ cõsiderandi de
suis obiectis sꝫ quãtũ ad hoc q̃ ordinãt̃ ad alteꝝ
qꝛ ars et sciẽtia ẽ cognitia oppositoꝝ et ꝑ eãdẽ ar
tẽ põt aliq̃s facere sanitatẽ et egritudinẽ docere
veritatẽ et errorẽ: et idõ oꝫ q̃ ad alterũ hõ determi
net̃. qꝛ vtrũq; nõ potest simul fieri hec aũt determina
tio fit ꝑ voluntatẽ. 9. metaphi. voluntas aũt non
deducit se imediate de potentia ad actũ: sꝫ determi
nat̃ a fine bono vel malo q̃ ꝓprie mouet eã ad vo=
lendũ seipsum. ꝟtus aũt moralis vt dictũ ẽ incli
nat i finẽ cõuenientẽ ⁊ bonũ: ⁊ idõ ars ⁊ sciẽtia spe=
culatiua sꝫ q̃ ad aliũ ordinãt̃ ad hoc q̃ aliq̃s vta
tur eis bñ et cõuenientẽr i ordine ad alterũ indigent
ꝟtute morali. Et ista depẽdentia ẽ ſm genus cau
se efficientis inquãtũ virtꝰ moralis cõformitatẽꝫ
facit ad bonũ finẽ et ꝑ cõsequẽs facit ipsũ appete
re bonũ q̃ postea voluntati ꝓpositꝰ mouet ipsaꝫ ad
volẽdũ et volũtas mota mouet itellectũ et alias
vires ad ꝓcedendũ i opꝰ exteriꝰ artiꝫ vl' doctrine
vñ ista dependentia ẽ ſm genꝰ cause efficientiꝫ pru
dẽtia aũt non solũ q̃tũ ad aliq̃lẽ vsuꝫ ⁊ actũ exte
riorẽ: sꝫ etiã quãtũ ad vsum ⁊ actũ iteriorẽ depen
det a virtute morali vt dictũ ẽ. ¶ Quãtũ ad. 4. Quartus Godefre.
modũ de cõnexione ꝟtutũ i cõparatione ad ꝟtuo
sum pficiendũ. i. nõ quãtũ ad eẽntiã vel vsũ q̃lecũ
q;: sꝫ quãtũ ad aliquã maiorẽ pfectionẽ inquantum
ipsis ꝟtutibꝰ simul existẽtibꝰ vna reddit̃ pfectior
ex cõiũctione sui cũ alia isto mõ virtutes morales
depẽdẽt ab itellcũalibꝰ. qꝛ ille q̃ meliꝰ nouit natu
ras rerũ meliꝰ scit vilitatẽ victoꝝ ⁊ istoꝝ carnaliũ
⁊ etiã meliꝰ nouit excellentiã boni honesti et emi=
nentiã. vñ ille q̃ nouit iusticiã generalẽ et ordinẽꝫ
q̃ ẽ inter ptes vniuersi meliꝰ nouit bonitatem iu=
sticie q̃ ille q̃ nõ nouit talia et ꝑ consequẽs magis
mouetur in eo appetitus ad appetendum bonum
honestum et detestandũ inhonestũ et ista cõnexio
ẽ scdm causã efficientem. qꝛ bonũ cognitũ mouet
appetitũ a prudentia aũt dependent virtutes mo
rales non solum quãtũ ad aliquã pfectionem ma
iorẽ: sꝫ etiã quãtũ ad suã essentialem pfectionem
et hoc quãtũ ad pfectas virtutes morales.
¶ Quãtũ aũt ad quintum modũ cõnexionis vir= Quintus
tutis ad virtutẽ q̃ ẽ ſm dispositionẽ sic dicũt q̃ vir
tutes morales sunt cõnexe cũ intellectualibus: sꝫ
indifferenter. qꝛ itellectuales dependent a morali
bus ad hoc vt purius et pfectius exerceant actuꝫ
suum. Cuius ratio est. qꝛ omnis intellectualis vir
tus dependet quantum ad puritatem sui actus

ex bona dispositione fantasie ꝛ ei⁹ sedatione. hoc
aũt faciunt ꝟtutes morales q̃ moderãt passiões
quaꝝ excessus ipedit bonã dispositionẽ ꝛ sedatio
nẽ fantasie. ḡ virtutes itellectuales hoc mõ depẽ-
dent a moralib⁹: sȝ quãtũ ad maiorẽ firmitatẽ et
pfectionẽ morales dependent ab itellectualibus
Cui⁹ rõ ẽ. q: ille q̃ meli⁹ nouit naturas reꝝ meli⁹
siľ vilitatẽ vicioꝝ ꝛ maxime carnaliũ meli⁹ etiaȝ
nouit excellentiã ꝛ euidentiã boni honesti ꝛ sȝ bonũ
perfectius ꝛ certius notum mouet appetitum ad
ꝓsecutionẽ. malũ autẽ ad fugã ꝛ detestatõnẽ. ḡ cũ
ꝑ ꝟtutes itellectuales meli⁹ ꝛ certi⁹ sciãtur natu
re reꝝ ꝛ ꝑ cõseq̃ns eminẽtia boni honesti ꝛ vilitas
vicioꝝ pȝ ꝙ ipe disponĩt ad hoc vt ꝑ ꝟtutes mo-
rales firmi⁹ ꝛ pfecti⁹ ꝓsequamur bonũ virtutiꝭ ꝙ
est bonũ honestũ ꝛ fugiatur vilitas vicioꝝ. Hoc
aũt itelligendũ ẽ de virtute itellectuali q̃ ẽ sciẽtia
actiua cui⁹ finis ẽ vt boni fiam⁹ illa eni ẽ q̃ ꝑ se osñ
dit vilitatẽ vicij ꝛ honestatem virtutiꝭ vel de natu
ra sua incitat ad ꝟtutes. ꝛ sic experiẽ hõ edificari
ꝑ sermones lectiones libroꝝ moraliũ. sȝ loquẽdo
de scientia speculatiua vel arte factiua verificaẽ
illud qđ scientia parũ aut nichil facit ad virtuteȝ
nichil q̃dẽ ꝑ se. scire enim mathematicũ nõ osñdit
vilitatẽ fornicationis nec siľr scire facere archas:
sȝ ꝑ accñs parũ valet inquãtũ hõ occupat⁹ studio
speculatiuo vel factiuo min⁹ sẽtit tẽptationes ali
Ad rõnes as. ecõuerso aũt ꝟtutes morales ad oẽm sciẽtiã: ꝛ
aũ oppoim artẽ reddũt habiliorẽ. ¶ Ad argumẽta i opposi
tũ. ad primũ dõȝ ꝙ appetere bonũ depẽdet eẽntia
liẽ a cognitione itellect⁹ practici q̃ pertinȝ ad pru
dẽtiã. ꝛ iõ virtutes morales dependẽt eẽntialiẽ a
prudentia sȝ appetit⁹ boni nõ dependet a cognitio
ne speculatiua nisi a remotis ꝛ dispositione ꝛ hoc
mõ depẽdent ꝟtutes a sciẽtijs speculatiuis.
Ad scdm. ¶ Scdm argumentũ solũ probat ꝙ virtutes itel
lectuales nõ dependeãt a moralib⁹ nisi dispositi-
ue inquãtũ bona dispositio fantasiãtis fit ꝑ seda-
tionẽ excessus passionũ. ¶ Ad argumẽtũ aũt al-
teri⁹ ptiꝭ qđ videẽ ꝓbare ꝙ virtutes morales non
dependeant a prudentia põt dici sine ꝑiuditio ar-
ticuli ꝙ stante iudicio rationis i vli ꝛ particulari
de aliquo eligẽdo nõ q̃dẽ ſm actũ sȝ ſm habitum
voluntas põt in oppositum ſm habitũ. ꝙ aũt stã
te iudicio rõnis ſm actum in vniuersali ꝛ particu
lari voluntas ſm actum pro tũc possit ferri in op-
positũ non bene video. ¶ Questio. 3.



Primum. Ertio q̃riẽ. vtrũ ꝟtutes mo-
rales sint iter se cõnexe. ꝛ vẽ
ꝙ nõ. q: sicut se hñt adinuicẽ
ꝟtutes itellectuales ita mo
rales. sȝ ille nõ sunt ad iuicẽ
ꝯnexe nõ ei q̃ hȝ vnã sciẽtiaȝ
hȝ oẽs. ḡ videẽ siľr ꝙ virtu-
tes morales nõ sunt adiuicẽ
Secundũ cõnexe. ¶ Itẽ ꝟtutes mora
les cãntur exercitio actuũ vt ꝓbaẽ. 2. ethi. sȝ aliq̃s
põt exercitari i actib⁹ vni⁹ ꝟtutiꝭ ꝛ nõ alteri⁹. ḡ ali
In oppm. q̃s põt hẽre vnã ꝟtutẽ moralẽ sine alia. ¶ In ꝯtra
riũ ẽ phs. 6. ethi. ꝛ Aug. q̃ dicit ꝙ ꝟtutes i aia nõ
Respõsio. psũt ad iuicẽ separi. quare. ꝛc̃. ¶ Rñsio. tria vidẽ
Durãdus da sunt ſm tres principales modos cõnexiõis ꝟ-
q. 3. hui⁹. d tutũ alijs omissis ¶ Quãtũ ḡ ad primũ modum
principalẽ cõnexionis q̃ ẽ eẽntialis ꝛ imediat⁹ di
ciẽ ꝛ bene ꝙ virtutes morales nullã hñt eẽntialẽ
cõnexionẽ seu dependentiã quo ad primũ moduȝ

f. q̃ superi⁹ ponebaẽ q: accipiendo virtutẽ moralẽ
siue ſm eẽ pfectũ siue ipfectũ vna nõ dependet ab
alijs imediate ꝛ eẽntialiẽ. Cui⁹ rõ ẽ. q: ille ꝟtutes
q̃ diuersa obiecta hñt i nullo a se depẽdẽtia ꝛ diuer
sos fines ꝑticulares ꝛ ꝓprios q̃ dant speȝ ꝟtuti ꝛ
actuici⁹ nõ videntẽ eẽ cõnexe eẽntialiẽ ꝛ imediate
sȝ virtutes morales sicut liberalitas tempantia ꝛ
fortitudo ꝛ alie sunt huiusmodi. hñt ei diuersa ob
iecta nõ ꝯnexa directe ꝛ eẽntialiẽ ꝛ diuersos fines
ꝓpos ḡ tales ꝟtutes nõ sunt adiuicẽ ꝯnexe ꝛ eẽn
tialiẽ ꝛ directe colligate. ¶ Istõ aũt mẽbrum ita P
põt suppleri: ꝙ quãtũ ad eẽ ipfectũ qđ ẽ semiartũ
cõsideratis natura speciei omnes sunt connexe.
¶ Scdo qñ ad eẽ ipfectũ cõsiderata natura idi-
uidui iequaliẽ insunt. q: vn⁹ ẽ ꝓnior⁹ ad vnã ꝟtutẽ
ꝛ nõ ad aliã. ¶ Tertio q̃ ad eẽ ipfectũ i acq̃rẽdo
nõ sunt ꝯnexe q: vn⁹ põt exercitari i vna ꝟtute ita
ꝙ nõ i alia. ¶ Quarto quãtũ ad eẽ ꝯpletũ ꝛ pfe-
ctũ ꝛ sic adhuc nõ sunt ꝯnexe eẽntialiẽ ꝛ imediate.
¶ Aliq̃ vero ꝑmittũt ꝙ ꝟt⁹ diciẽ pfecta vno mõ q̃ Bod.
oẽm ipfectionẽ excludit ꝛ oẽȝ iordiationẽ ꝛ talis
pfectio i statu nature lapse ſm cõmunẽ cursuȝ in
hac vita n̄ põt haberi ꝛ ꝑ oppositũ ꝟt⁹ dẽ ipfecta
q̃ aliquã iordinationẽ ꝛ ipfectionem secũ ꝯpatiẽ
ꝛ ſm ꝯmunẽ cursũ pñtis vite oĩs ꝟt⁹ isto mõ ẽ ipfe
cta. ¶ Alio mõ dẽ ꝟtus pfecta q̃ iclinat ad id qđ
ẽ bonum de gñe suo ꝛ illud ordinat i finẽ suũ vlti-
mũ hoĩs q̃ est bonũ hoĩs ſm ꝙ homo ꝛ facit sic vi
tare actum viciosum non quẽcunq;. sed perfectũ
i. pctm̃ mortale ꝙ hõ hñs talẽ ꝟtutẽ nec ex delibe
ratione mouẽ i ꝯsẽsũ talis pcti nec post delibera
tionẽ trahiẽ ad ꝯsentiendũ tali actui vicioso. Et ꝑ
oppositũ ipfecta dẽ. q: icliat i bonũ ex genere nõ
ordinãdo viteri⁹ ad aliũ finẽ bonũ vel malũ sed si
stendo in hoc sicut i eo qđ sibi videẽ bonũ de se.
Hoc supposito dicunt ꝙ virtutes morales nõ sũt
cõnexe i se eẽntialiẽ nec quãtũ ad pfectas nec quã
tũ ad ipfectas ꝙ pȝ. q: q̃ hñt diuersas eẽntias: ꝛ
diuersos fines ꝓprios: ꝛ diuersa principia nõ sũt
adinuicẽ i se ꝛ eẽntialiẽ cõnexa: sȝ virtutes mora-
les sunt huiusmõi. ḡ. ꝛc. ¶ Maior pȝ quo ad eẽn
tiam ꝛ finẽ sȝ ꝓbaẽ quo ad principia.
¶ Primo. q: ad acq̃sitionẽ ꝟtutis duo sũt neces-
saria scȝ iclinatio appetit⁹ ꝛ act⁹ rõnis. sȝ cõtigit
appetitũ habere iclinationẽ i bonũ vni⁹ ꝟtutiꝭ ꝛ nõ
alteri⁹ sic aliq̃s hȝ iclinationẽ appetit⁹ ad dãdũ nõ
autem ad temperate viuendum vt alexander. põt
etiam quis habere rectam estimationẽ de fine vni
us virtutis et errare de fine alteri⁹: vt pȝ in phis
antiquis moralibus qui i aliq̃b⁹ bñ dixerũt de ꝟ-
tutib⁹ i aliq̃b⁹ male. ḡ vna potest acquiri sine alia
¶ Preterea actus rationis vt dictum est: est prin-
cipiũ acquirendi ꝟtutem sȝ impossibile ẽ vt quis
simul consideret materias plurium virtutum. er-
go ꝛ ꝙ simul acquirat.
¶ Preterea virtus generatur per exercitium. 2.
ethicorum: sed contingit exercitari circa materi
am vnius virtutis sine exercitio alteri⁹ circa ma
teriam. q: vnius virtutis materia frequenter oc-
currit puta temperantie et materia alterius raro
puta magnificentie pauperi. ḡ. ꝛc̃.
¶ Quantũ aũt ad scdm modũ ꝯnexionis prin-
cipalem qui est aliquoꝝ plurium in tertio dicunt
ꝙ virtutes morales ꝯnectunẽ inter se rõe prudẽ-
tie cui oẽs ꝟtutes morales sũt eẽntialiẽ ꝯnexe nisi
ꝙ distinguendũ ẽ hoc de virtute morali. ꝛ similiter

de prudentia secundum esse ꝑfectuȝ ⁊ iperfectum
virt⁹ ei moralis ſm esse ꝑfectum acceptanō pōt
esse sine alia virtute morali rōe prudentie ꝑfecte
ꝙ coexigit oēm virtutē moralē ⁊ sine qua nullus
virt⁹ moralis ē ꝑfecta vn̄ pōt sic argui.ois virtus
perfecta requirit prudentiā sȝ prudentia ꝑfecta re
quirit oēm virtutē moralē ꝑfectā ḡ vna virt⁹ ꝑfe
cta moralis coexigit aliā. Maior pȝ ex dictis in
ꝑcedenti q̄stione . qꝛ si virt⁹ moralis coexigit pru
dētiā ⁊ ecōuerso.ḡ ꝑfecta virt⁹ moralis coexigit
prudentiā ꝑfectā ⁊ ecōuerso. Minor ꝓbaꝛ ꝑ idem
qꝛ si prudentia coexigit virtutē moralē ꝑfectam.
Hoc aūt satis cōcludit nisi diceretur ꝙ nō eēt vna
prudentia sȝ diuerse correspondentes diuersis vir
tutib⁹ moralib⁹.qꝛ sic virtus posset eē perfecta cū
prudentia sibi correspondente absq; hoc ꝙ alia
virtus moralis esset perfecta vel prudentia corri
dens. ¶ Sȝ ꝓbatio ꝙ sit vna prudentia tantū cor
respondens oībus virtutibus ⁊ hoc sic ille habit⁹
cui respondet obm̄ vnuȝ sub vna formali rōne est
vnus specie sȝ prudentia cuilibet ꝟtuti correspon
dens hȝ vnū obm̄.sub vna formali ratione.ḡ ē vn⁹
habitus. Maior patet. Sȝ minor ꝓbaꝛ.qꝛ ꝑ se ob
iectū prudentie est bonū humanū ſm ꝙ humanuȝ
illud aūt ē virtus rationis in generali ⁊ quacunq;
materia ire timoris vel cōcupiscentie seu cuiuscū
q; alteri⁹ quare.⁊c. ¶ Scdo sic sicut est de sanita
te corporali ita est de spirituali que est ꝑ virtutes
sed vna ē medicina de sanitate corporis hominis
ſm ꝙ homo ē ꝙtum ad oēs partes ⁊ omnes infir
mitates in singulis partibus cōtingentes vł pos
sibilibus contingere.ḡ a simili vna est prudentia
ꝙ est directiua respectu sanitatis spūalis ꝙ̄ fit per
virtutes morales ſm quālibet passionē ire concu
piscentie timoris ⁊ huiusmodi.ḡ.⁊c.
¶ Tertia rō quarūdā ex diuisione prudētie/qua
distinguiꝛ in politicam siue regitiuā ciuitatis aut
regni ⁊ in iconomicaȝ siue in regitiuā familie : et
ī monasticam siue in regitiuam vni⁹ ꝑsone nō aūt
distinguitur ſm diuersas virtutes siue ſm diuer
sos homines diuersorum morū .ḡ eadē ē pruden
tia specie que est respectu omniū circa que versan
tur omnes virtutes morales siue ꝙ requirūt om
nes virtutes morales Diuiditur etiaȝ prudentia
ſm vnāquāq; speciē aīaliū vt extendam⁹ nomen
prudētie ad prudētiā large dictaȝ ſȝ ꝙ aliquo mō
inuenitur prudentia in brutis ⁊ sic dicta pruden
tia nichil est aliud ꝙ̄ recta estimatio qua aliqd esti
mat vel cōiectant sibi bonū ⁊ qꝛ vniuscuiusq; spe
ciei est aliud:⁊ aliud bonū ſm speciē sicut hominis
⁊ leonis ⁊ taliū . Ideo prudentia sic dicta variaꝛ
specie ſm diuersas species animaliū sed non varia
tur specie scdm̄ diuersa idiuidua vnius speciei si
cut etiam scientia de ente et de primis principiis
non variatur ſm diuersos homines in quibus est
ergo a simili prudentia que est estimatio recta de
bono hominis ſm ꝙ homo ē vna specie oīm hoīȝ
nec diuersificaꝛ specie ſm diuersos habitus vł di
uersas virtutes eiusdē hoīs quas regit sicut nec
metaphisica ſm diuersas ꝑticulares sciētias ꝙ̄s
dirigit ⁊ sic habetur ꝙ prudentia quā requirit oīs
virtus moralis ē vna spē i oīb⁹ hoīb⁹ ⁊ ꝑ cōseq̄ns
vna nūero in vno hoīe Ex pmissis oriꝛ dubitatio
qꝛ prudētia gn̄ali nō r̄ndeꝛ vna ꝟt⁹ appetitiua ge
neralis cui⁹ obm̄ sit bonū humanū vn̄ale absolute
sub rōe boni qd̄ ē obm̄ prudētie sub rōe veri sicut si

dei r̄ndet caritas respctū bōi hoīs supn̄alis sȝ suf
ficiūt ꝟtutes appetitiue ꝑticulares. Et si dicaꝛ ꝙ h̄
ē qꝛ voluntas determinata ē ad bonū vn̄ale ī vniuersa
li appetendū quare itellect⁹ nō est ita determinat⁹
ad illd̄ bonū iudicandū vt sic supfluat prudentia
generalis. ¶ Sed cōtra istud vꝛ eē.qꝛ si prudētia Instantia
ē vna adhuc sicut possū habere vnā sciaȝ libri eth.
iꝑfecte ꝙ ad primū librū quē bene studui ⁊ ꝑfecte
quoad alios ꝙs male studui sic possū habere pru
dentiā ꝑfectā qd̄ē in bene iudicando ī materia cō
cupiscibili qꝛ in illa sepe exercitat⁹ sum sȝ iꝑfectā
ī materia irascibili ī qua parū sum exercitat⁹ ⁊ ꝙ̄
tum ē ex parte prudentie potero habere ꝑfectam
tēperantiā cū iꝑfecta vł nulla fortitudine. ¶ Pre
terea videꝛ dubiū ꝙ prudentia sit vna ꝑ essentiam
respectu oīȝ ptiū itegraliū ⁊ subiectiuaꝝ ⁊ de inte
gralibus quidem . qꝛ si dona ꝙ dirigit in materia
morali differant realiter puta scientia ⁊ cōsilium
que sunt altiora virtutib⁹ moralib⁹ ⁊ ꝑ consequēs
magis vnita multomagis prudētia apphendēs ⁊
dicens agibilia nō est vna nam absurdū videꝛ ꝙ si
tres morales que sunt iusticia tēperātia fortitudo
possunt ab vna itellectuali dirigi ꝙ tria dōa pieta
tis fortitudinis timoris nō possūt ab vno dono
dirigi. ¶ Ad primū dōm ꝙ bonū humanū sicut Solutio.
ē vnū genere multiplex specie sic ⁊ prudētia alias
cū obiectum virtutis sit bonū humanū oīs virtus
erit vna virtus ⁊ cū obiectū scientie sit ens omnis
scientia erit vna Si quis aūt dicat ꝙ non seqꝛ sȝ si
cut entis inquantū ens ē vna scientia ⁊ nichiloin⁹
de diuersis entibus sunt diuerse scientie. sic in ꝓ
posito boni humani absolute coniectatrix est vna
prudentia sȝ diuersi boni diuersa virtus specialis
Non valet.qꝛ bene ē vna virtus itellectualis ꝙ est
scientia actiua sicut moralis phīa:sȝ non virt⁹ itel
lectualis que sit imediate appetit⁹ regulatiua si
cut ē prudētia qꝛ oporteret ꝙ esset hīt⁹ sibi r̄ndens
in appetitu nichil ei pōt iudicare appetendū itel
lect⁹ nisi illud possit appetere appetitus . si ergo
est aliqs habitus intellectualis iudicatiuus boni
humani appetendi ergo est habitus appetitiuus.
ad idem melius est ergo ꝙ non sic ꝑ habitū ꝯqui
sitū sȝ n̄alē id qd̄ in nobis fit de bono humano ab
solute iudicando ⁊ appetendo in speciali sunt hit⁹
distincti ⁊ sic cuilibet morali respōdebit sua speci
alis prudentia in intellectu ⁊ hoc est magis ꝓba
bile.qꝛ distincto ⁊ speciali exercitio appetitus sē
per correspondet distinctum ⁊ speciale exercitiuȝ
intellectus ꝓpter ꝙ si in vno generaꝛ habit⁹ spe
cialis ē in alio. Uel potest dici ꝙ etiam ille gene
ralis habit⁹ in vtroq; ē acquisitus vt visum ē: cū
ageretur de virtute generali.
¶ Aliū modū cōnexionis ponunt aliqui dicētes Sol.
ꝙ morales virtutes sunt connexe dupliciter. vno
modo virtualiter inquantum est dare aliquaȝ vir
tutem scdm̄ quam habens eam virtualiter omes
virtutes cōtinet sic ꝙ ꝑ illam virtutem potest exer
cere actum bonum et perfectum vniuscuiusq; vir
tutis ⁊ isto modo connectuntur virtutes morales
in caritate .qꝛ habens caritatem potest per ipsam
in opus virtuosum cuiuslibȝ virtutis moralis puta
tꝑantie liberalitatis. ⁊ sic ꝺ aliis.i.co.13.nō ꝯsiderā
do vnūqdq; ſȝ ꝓpriā rationē sȝ inquātū sunt pla
cita deo. Ratio aūt huiusmodi ē qꝛ ille ꝙ appetit
finē appetit ea que sunt ad finem ꝟtualiter ⁊ iplī
cite ⁊ ꝑcipue necessaria sȝ caritas iclīat ad amā

dū deū q̄ ē finis oīs operis boni ſm vnāq̄ꝙ ꝟtu
tem moralē. ꝫ caritas virtualiter inclinat ī oē opꝰ
bonū ī ꝙ inclinat formalit̄ q̄cūq̄ virtꝰ moralis ⁊
ſic ī caritate cōnectunt̄ virtutes morales ꝟtualit̄.
3º.modus ¶ Quantū ad tertiū modum cōnexionis ſi q̄ra
tur vtrū ſint cōnexe inter ſe diſpoſitiue/⁊ admini
culatiue hoc ē ꝙ vna indigeat alia ad hoc ꝙ in ſuo
actu vnietur ꝑ eam. dicūt quidā ꝙ nō q꞉ contingit
aliquem inclinari in bonum alicuius virtutꝫ ſpe
cialis puta ad liberaliter dādum ⁊ firmiter: et ex
electione tali bono adherere ita ꝙ ex firma adhe
ſione ad tale bonū ꝓmpte delectabiliter ⁊ facili
ter eliciat actū liberalitatis ⁊ ex īperio rationis
poterit refrenare motꝰ paſſionū īpedientiū ſed ha
bitus q̄ pōt ꝑ ſe ſufficienter ſuā opatione exercere
⁊ cōtrariā paſſionē refrenare: non indiget alterꝰ
habitus adminiculo. ꝫ. ⁊c
Contra ¶ Sed cōtra hoc dicūt q꞉ ꝙ in ꝑ ſe ⁊ eſſētiali actu
frequēter īpediret̄ altero nō exiſtente indiget illo
admiculatiue. ſed operatio ꝑ ſe ⁊ eēntialis vniuſ
cuiuſq̄ virtutis ſpecialis q̄ ē ꝯueniens electio bo
ni ꝙ eſt ſm illā virtutē ſiue circa qō verſat̄ illa vir
tꝰ freq̄nt̄ īpediret̄ niſi appetitꝰ eēt moderatꝰ ab ex
ceſſu paſſionum ſm alias virtutes ⁊ ꝑcipue quan
tū ad virtutes quarū materia occurrit frequēter:
ſicut immoderata paſſio venereoꝝ ſurgens ex de
fectu tēperātie corrūperet iudiciū alicuꝰ q̄ vellet
abſolute ſm liberalitatem agere ad iudicandum
dare cui non eſt dandū puta meretrici ⁊ q̄ nō ſunt
danda vel tollere vñ non oꝫ ad dādū vt ſatiſfaciat
ſuo deſiderio invenereis/ ⁊ faceret frequent̄ age
re cōtra liberalitatē꞉ puta furari vel mechet̄. ergo
vna virtus indiget adminiculo alterꝰ. ſi dicat̄ ꝙ
illa virtus ſpecialis q̄ ꝓprias paſſiões ⁊ directe
oppoſitas elicitiue reprimit ꝑ īperiū habet repel
lere īmoderantiam paſſionū alienaꝝ ꝑ quā indi
recte poſſꝫ īpediri ſua operatio ſicut calor nō ſolū
expellit frigiditatē ſibi directe oppoſitā ſꝫ etiam
humiditatē q̄ ſibi ex cōſequenti opponit̄ ⁊ ſuā ope
ratione īpedit vñ calor habet etiā deſiccare. Non
valet. q꞉ vni virtuti non cōuenit alterī īperare ni
ſi qñ obiectum ordinat̄ ad obiectum īperantis ſi
cut ad finem ſicut etiam pꝫ ī actibꝰ qui ſunt virtu
tes ītellectuales. 1. ethicoꝝ. ſicut obiectū liberali
tatis ē ordinabile in deū ſicut in finē q̄ ē obiectuꝫ
caritatis vñ caritas impat elemoſinā. ſꝫ obiectuꝫ
vnius virtutis moralis nō eſt finis obiecti alterī
us. ſicut pꝫ in obiectis liberalitatis ⁊ tēperantie
q꞉ vtrūq̄ ē bonū particulare hominis agibile. q̄
uis obiectū virtutis intellectualis vel actꝰ ſit fi
nis actus virtutis moralis ergo vna virtꝰ mora
lis non habet imperare moderantiā paſſionū que
elicitiue ꝑtinet ad aliā virtutē. vñ patet ꝙ eorum
2. ratio nō cōcludit. ¶ Preterea dato ꝙ aliquis po
neret finem ſuum dare liberaliter ⁊ oīa alia facta
ſua ordinaret ad hoc ⁊ ſic ꝑ habitum īclinātem in
hoc bonum īperatiue refrenaret exceſſum paſſio
num hoc bonum impedientium iſtud/vel nō eſſet
virtuoſum/vel ſaltem non eſſet virtuoſum virtus
perfecta hominis non eſt niſi illa: que facit bo
num opus de genere ſuo ⁊ ordinat ad finem homi
nis vltimum naturalem vel ſupernaturalem ſiue
ad bonum hominis ſecūdū ꝙ homo ꝙ non poteſt
eſſe ſolum liberaliter dare. ¶ Preterea ſaltē cuꝫ
difficultate obedit appetitus aliene virtuti cum
nō ſit informatus ꝓpria virtute ſicut cōcupiſci
bilis cum difficultate obedit ratione ī cōtinente.
¶ Preterea in materia que frequenter occurrit
ſicut ē materia tēꝑantie vel iuſticie ꝑticlaris. oꝫ
ꝙ homo frequenter exercitet ſe ⁊ ſi q̄dē ordinate
generabit̄ habitꝰ illiꝰ virtutꝫ q꞉ operando freq̄nt̄
bona ſimus boni. 2. eth. ſꝫ ſꝫ iſtos virtꝰ ꝑticlaris
indiget frequēt̄ moderari paſſiones inſurgentes
ex defectu alterꝰ virtutis ⁊ hoc ꝑ īperiū ſuū. ꝫ in
materia q̄ ocurrit frequēter nō pōt hoc diu eē q̄n
ꝑ illā frequēteꝫ moderātiā paſſionū generet̄ habi
tꝰ virtuoſus ⁊ ſic ſaltē diu nō poteſt vna virtꝰ ſine
alia ⁊ quātū ad hoc ſunt connexe. ¶ Et ſi dicas
ꝙ nō generaret̄ tēperantia ex illis actibꝰ. q꞉ nō ſi
unt ꝑ ꝑ bonū tēperantie ſaltē eēt virtus tēperātie
materialiter ⁊ īperfecte. Si aūt ecōtrario īmode
rantia paſſionū tēperantie ꝯualeret inclinatione
liberalitatꝫ finalit̄ fieret hītꝰ vicioſus vicio oppo
ſito liberalitati. Nec poteſt dici ꝙ ad liberalita
tē nō ē neceſſaria tēperantia ſꝫ ſufficit ꝙ ꝑ refrena
tione ⁊ pacientiā liberalitatis nō generet̄ habitꝰ
vicioſus ītēperātie nō ꝑ ꝑ hoc ꝙ nō poteſt diu ſta
re ꝙ refrenent̄ frequenter paſſiones cōcupiſcibi
lis quin generet̄ virtꝰ tēperantie vel ꝑfecte vł im
ꝑfecte vt dictū ē dū etiā ꝙ cui non repugnat īmo
derantia ſiue exceſſus paſſionū ei nō repugnat hi
tus vicioſus. q꞉ habitꝰ virtuoſus nō facit niſi mo
derari paſſiones habitus aūt vicioſus nō facit ni
ſi īclinare ad ſequendū paſſiones. ⁊ iō cui nō repu
gnat tractꝰ paſſionui ei nō repugnat tractꝰ habi
tꝰ vicioſi. ¶ Dicendū igit̄ ꝙ virtutes ꝑcipue per
fecte ſunt cōnexe ⁊ ꝙ indigent ſeinuicē admicula
tiue ⁊ nō poſſunt diu ſtare ſine īuicē ꝑcipue quātū
ad illas quaꝝ materia frequent̄ occurrit. virtutes
ēi īꝑfecte ⁊ vicia ſūt ꝯacxa ī mā q̄ freq̄nt̄ occurrit
q꞉ ſi ꝯualet īperando paſſioni gñat̄ ex vtraq̄ ꝑte
ꝟtus vel ꝑfecta ex parte īperātis: ⁊ imꝑfecta ex ꝑ
te obedientia vel īꝑfecta ex vtraq̄ parte vel ſi im
perans erat cauſa ꝑfecta ſociabitur ſibi īperata
ꝑfecta vł imꝑfecta. ¶ Si aūt paſſio preualet ge
neratur viciū ex vtraq̄ ꝑte. ¶ Qꝛ vero dictū eſt
ꝙ exceſſus paſſionum ītemꝑantie corrūpit iudici
um prudentie circa ea que ſunt liberalitatis ⁊ per
hoc talis exceſſus paſſionū īpedit frequent̄ opera
tione ꝑ ſe ⁊ eſſentialem liberalitatis ⁊ propter hoc
indigebant ſe adminiculatiue vt dicebat̄ ex quo
videbatur ſequi ꝙ iſta cōnexio nō eēt virtutū mo
ralū inter ſe ſꝫ in quodā tertio. ſ. in prudentia: ⁊
ſic iſtud membrū incideret cum ſequēte. Jō notan
dum ꝙ prudētia ē duplex. ſ. vniuerſalis q̄ reſpicit
non hoc vel illud bonū hominis ꝑticulare ſꝫ bonū
hominis in quātū hō ⁊ cōnexio ī hac prudentia ꝑ
tinet ad ſequēs mēbrum huiuſmōi diſtinctionis q̄
dicunt̄ virtutes ꝯnecti in tertio. ¶ Alia ē pruden
tia ꝑticularꝫ circa hoc bonū ꝑticlare ſcilicet circa
bonum liberalitatis q̄ facit habere eſtimatōnē re
ctam de bono liberalitatis preciſe: ⁊ de hīs que
huic bono conferunt ⁊ iſta prudentia ē ſolius libe
ralitatꝫ: nec ī iſta prudētia ꝯuertit̄ aliq̄ ꝟtꝰ cū libe
ralitate. ⁊ iō licet paſſio intemperantie non corrū
pat bonum liberalitatis niſi per hoc ꝙ corrumpit
iudicium ⁊ eſtimationem talis prudentie. q꞉ cor
rumpere eſtimationem huiuſmodi prudentie: nō
eſt per ſe corrumpere eſtimationem circa id quod
comprehendit bonum temperantie/ ⁊ liberalita
tis ſꝫ ē corrūpere eſtimatione circa id qō ē ꝓpriū
liberalitatꝫ. iō nō poſſꝫ bonū liberalitatꝫ corrūpi

nisi p corruptionē talis estimationis non est istas
Durādus ꝯ disupra. ꝟtutes cōnecti in tertio sed inter se. ¶ Alij vero
in parte cōcordāt dicētes ꝙ loquēdo de tertio mō
cōnexionis ſm quā vna virtus adminiculatiue ⁊
dispositiue facit ad alterā: sic adhuc virtutes mo
rales ſm suū esse pfectū mutuo se exigūt ⁊ maxi-
me ille quarū materia frequēter occurrit vt tēpe-
rantia/fortitudo/iusticia/liberalitas de qb⁹ forte
speciali⁹ intelligi pħs illud qđ de cōnexione virtu
tū dicit. Cui⁹ rō est: q2 habit⁹ q̄ nō pōt eque firmitͤ
resistere cōtrario actui sine actu alteri⁹ dependet
q̄tū ad suū pfectū operari saltē adminiculatiue ⁊
dispositiue ab aliqua alia virtute: sed q̄libet virt⁹
moralis ⁊ maxime ille quarū materia frequenter
occurrit/sunt hmōi. ergo dependent a seinuicē ſm
suum pfectum esse adminiculatiue seu dispositiue
Maior de se pʒ Sed minor pbat: q2 si aliq̄s esset
liberalis ⁊ nō tēperat⁹/facili⁹ ageret cōtra libera
litatē q̄ si esset tēperat⁹: q2 intēperat⁹ volēs exer-
cere actū liberalitatis/necesse est ꝙ q̄nq3 det cui
nō oportet/puta meretrici: ⁊ q2 tales velocitͤ defe
rit substātia hui⁹ mūdi/necesse ē ad explēdū actū
intēperātie ꝙ aliq̄n accipiat vbi nō oportet p fur-
tum/rapinā/vel alio mō illicito. Si aūt sit sitͤ libe
ralis ⁊ temperat⁹/ppter actū intēperātie exercē-
dū nō aget aliq̄d cōtra liberalitatē sed vtrūq3 vi-
tabit. ideo. ⁊c. Patʒ ergo ꝙ ꝟtutes morales q̄tū
ad suū esse pfectū coexigūt se adminiculatiue seu
dispositiue/⁊ maxime ille quarū materia frequen
ter occurrit. q̄tū ꝟo ad eē earū impfectū vna earū
P. pōt accipi ⁊ esse sine alia. ¶ In hoc aūt tertio est
vera cōclusio ⁊ bona pbatio/⁊ ponat exēplum in
Susanna q̄ castissima fuit/si nō habuisset virtutē
D. fortitudinis metu mortis nō amore libidinis con
Ad rōnes ꝗ̄l oppo. sensisset in adulteriū. ¶ Ad argumenta in oppo-
situm. ¶ Ad primū dicendū ꝙ nō est sitͤ de virtu
Ad primū tibus itellectualib⁹ iter se/⁊ de moralib⁹: q2 virtu
tes morales hñt p se cōnexionē cū prudētia: q2 si
sit pfecta reqrit oēm virtutē moralē pfectā: ⁊ per
ꝯñs vna virt⁹ moralis exigit aliā. scientie aūt spe
culatiue ⁊ q̄cunq3 ꝟtutes itellectuales nō hñt ali-
qđ tertiū in quo ꝯnectunt: q2 q̄uis vna sciētia sit
superior/puta metaphisica a qua oēs sciētie depen-
dēt cū illa nō depēdet ab alijs: ⁊ ideo rōe illi⁹ alie
Ad scđm. nō se exigūt mutuo necessario. ¶ Ad secundū di-
cendū ꝙ virtutū q̄dā pficiūt hoīem respectu eorū
q̄ passim ⁊ cōiter agēda occurrūt. sicut fortitudo/
tēperātia/iusticia/liberalitas/⁊ hmōi. vnde opor-
tet ꝙ hō simul exerceat circa materias taliū vir-
tutū/⁊ si q̄dē exerceat circa eas bñ operādo acq-
rit habitus virtuosos respectu oīm. si aūt bñ ope
ret circa vnā materiā ⁊ nō circa aliā/nō acqrit ha
bitū pfectū virtutis circa illud circa qđ bñ opat
ppter defectū pfecte prudētie q̄ nō dirigit solū cir
ca materiā vni⁹ virtutis: sed circa materiā cuiuſ-
libet. et hoc mō scʒ q̄tū ad esse impfectū nō est in-
cōueniēs vnā virtutē esse sine alia. ¶ Alie ꝟo sūt
virtutes morales q̄ pficiūt hoīem ſm quādā emi
nentē statū/vt magnificentia ⁊ magnanimitas: et
q2 exercitiū circa materias illarū ꝟtutū nō occur
rit cuilibet cōiter. ideo aliq̄s pōt habere aliquas
virtutes morales etiā pfecte: dato ꝙ nō habeat
has virtutes q̄tum ad exercitiū actuū ppter de-
fectū materie: habet tñ eas in habitu seu in ppin-
qua dispositione/cū ſm aliquos he virtutes non
differant ab alijs nisi ſm magnū ⁊ paruū. illud au

tē dicim⁹ hře qđ in prōptu est vt habeam⁹ ſm illud
2. Philip. 4. q2 qđ parū deest nichil distare videt
Et ideo habitis alijs virtutib⁹: iste dicunt in eis
haberi. ¶ Questio quarta.



Quarto querit/vtrū virtutes
gratuite sint adinuicē cōnexe.
Et videt ꝙ sic: q2 q̄cq̄d pfe- Primum.
ctionis est in acq̄sitis/debet
esse infusis: sed illud est pfe-
ctionis in acq̄sitis ꝙ adinuicē
sunt cōnexe: quia ex hoc sunt
magis pfecte. g. ⁊c. ¶ Con- In oppositū
tra. cōnexio virtutum reqrit
hoc ꝙ qui habet vnā hʒ oēs: sed aliq̄s hʒ fidem et
spem qui nō habet caritatē. ergo nō sunt cōnexe. Responsio.
¶ Responsio. Hic videnda sunt duo in generali.
Primo illud qđ q̄rit. Scđo de qualitate virtutuʒ 1. articul⁹.
¶ Quantū ad pmū sunt tres cōclusiones in ge-
nerali ſm tria genera ꝟtutū supnaturaliū ⁊ habi-
tuum infusoꝝ. ¶ Prima cōclusio est quo ad vir- 1. cōclusio.
tutes theologicas ꝙ sunt cōnexe in acqrendo: q2
cuicunq3 infundit vna/īfundunt oēs: excepto xpo
qui nō habuit vnq3 fidē nec spem: q2 fuit vet⁹ cōpre
hēsor in quo nō est verū vniuersaliter ꝙ sic se ha-
beāt act⁹ nostri ad acqrendū theologicas merito
rie sicut acq̄sitas effectiue: q2 citra eē pfectū acq̄si-
tarū vna pōt sine alia acqri: sed theologicarū nō:
q2 nisi q̄s peniteat de mortali actuali i quo est vel
nisi suscipiat baptismū/nō est sufficiēter disposit⁹
recipere aliquam theologicam virtuteʒ a deo. Si
autem cōterat vel baptizet disposit⁹ est ad carita
tem cū qua alie infundunt. ⁊ sic theologicarū ſm
legē cōem vna nō pō acqri sine alia etiā impfecta
Sed nō sunt cōnexe in pdendo: q2 p oē mortale
tollit caritas: nō autem fides nec spes. et sitͬ eua
cuabunt fides et spes: nō aūt caritas. sed nō pos-
sunt in via pdi fides ⁊ spes q̄n pdat caritas: nec fi
des q̄n pdat spes: q2 sublato priori submouet po-
steri⁹: ⁊ sublato fundamēto/destruit edificium. fi-
des aūt est substātia sperādarū reruʒ. E cōtrario
autē p desperationē sublata spe pōt manere fides
ꝙ aūt heretici sperāt fide pdita est p spem acq̄sitā
q2 qđ homo multis annis habuerit fidem ⁊ spem
īfusas in baptismo/et exercitat⁹ fuerit i actu/cre
dendi et sperandi non potest esse quin acquisierit
fidem ⁊ spem differentes ab infusis. labens ergo
in heresim pdit vtramq3 infusam et retinet acqui
sitas. ¶ Tertia conclusio est de moralib⁹ infusis 2. cōclusio
ꝙ sunt connexe in caritate: q2 nec ipse possunt esse
sine caritate/nec illa sine eis. p omne autē morta-
le he oēs cū caritate subtrahunt: et quotienscūq3
caritas de nouo infunditur: et iste cū ea: ⁊ ratione
ipsius cū theologicis ⁊ donis gratū faciētib⁹ sunt
connexe: nisi forte ꝙ in xpo in quo non fuit/nec es-
se potuit carnis rebellio/non fuerunt morales: q̄
sunt in appetitu sensitiuo: nec penitentia infusa:
nec forte i adā añ pctm̄: sʒ i btā ꝟgine sit ppt apti
tudinē ante fomitis extinctionē. ¶ Tertia ꝯclu- 3. cōclusio
sio est de donis: q2 gratis data nullā cōnexionem
habēt inter se/nec cū virtutib⁹ politicis infusis ⁊
theologicis: nec inqrendo/nec in pdēdo: q2 aliq̄s
habet spiritū pphetie sine alijs donis ⁊ virtutib⁹
vt Balaam aut Cayphas. aliq̄s ecōuerso: ſm do
na gratū facientia: sicut septē dona spūs scī cōne
ctunt in caritate. vnde cū ea infundunt vel cuʒ ea
auferunt in mortali pctō/et cū illa pficiunt in pa-

tria:et p illam cõnectunt theologicis acquirẽdo/
et infusis moralibus in pdendo ꝛ acquirẽdo: ꝛ cũ
acquisitis nullam habent connexionem:nisi ꝙ ha
bens ea facilius acquirit illas.
¶ Quantũ ad secundũ principale de equalitate
2. articul⁹. virtutũ dicunt quidã ꝙ q̃stio qua q̃rit an virtutes
Durã.q.5. sint equales/põt intelligi dupl̃r. Uno modo ꝯpa
rãdo virtutẽ vnã ad aliã in eodẽ hoĩe:vt fortitu-
dinẽ ad tẽperantiã/vtrũ virtutes tales sint ĩter se
equales. ꝛ sic q̃rit de q̃titate pfectionis virtutũ
et de eius equalitate. Alio modo cõparãdo diuer
sas virtutes ĩter se numero differẽtes/sicut duas
tẽperãtias in duob⁹ hoĩb⁹ ad alias duas ꝯsimilĩr
ĩter se differẽtes:sꝫ differẽtes a pmis specie/ sicut
ad duas fortitudines in eisdẽ hoĩb⁹:vt sit sensus
questionis/vtrũ illi q̃ sunt equales virtute ẽm spe
ciẽ/puta in tẽperãtia sint equales in oĩb⁹ aliis vir
tutib⁹/puta in fortitudĩe ꝛ prudẽtia/ꝛ sic de aliis.
et hoc modo querit de eq̃litate pportionis/vtrũ
scꝫ qualẽ pportionẽ habẽt aliq̃ virtutes vni⁹ spe-
ciei in diuersis hoĩb⁹/talẽ habeãt alie in eisdem.
Si ergo q̃stio ĩtelligat de equalitate q̃titatis pfe
ctionis/sic dicendũ est ꝙ nõ est equalitas ĩter vir
tutes:imo theologice sunt pfectiores moralibus
acq̃sitis/et ĩter acq̃sitas intellectuales/ꝛ ĩter mo
rales vna est pfectior altera. Q ꝫ theologice sint
pfectiores virtutib⁹ acq̃sitis patet:qꝛ ille virtu-
tes q̃ sunt circa nobili⁹ obiectũ ꝛ ĩmediatius ordi
nant ad nobiliorẽ finẽ sunt nobiliores:sed theolo
gice respectu acq̃sitarũ sunt hmõi.ergo.ꝛc. Ma-
ior patꝫ:qꝛ nobilitas virtutũ est ex nobilitate ob
iecti finis. Minor declarat:qꝛ obiectũ finis virtu
tum theologicarũ est deus:obiectũ aũt virtutum
acquisitarũ est aliqđ ens creatũ vt patet de virtu-
tibus moralibus:quarũ obiectũ est aliqđ agibile
a nobis. ꝛ idẽ est de obiecto virtutũ ĩtellectualiũ
seu sciẽtiaꝝ excepta metaphisica: qꝛ ꝛ si sit de deo
deficit tñ a virtutib⁹ theologicis ꝛ ratione: qꝛ cer
tior est auctoritas diuina cui fides innitit/q̃ meta-
phisica. et iterũ rõne latitudĩs: qꝛ aliqua tenem⁹
fide de deo ad q̃ nõ põt cõtingere aliqua ratio me
taphisica q̃re manifestũ est ꝙ virtutes theologice
excellunt oẽs morales acq̃sitas. Q ꝫ autem inter
virtutes acquisitas ĩtellectuales nobiliores sint
moralib⁹ pbat sic. Perfectio ṽtutis cõsistit in bo
no rationis. Tũc sic. Illa virt⁹ est pfectior que est
circa bonũ rationis nobiliori ꝛ pfectiori mõ: sed
virtutes ĩtellectuales sunt circa bonũ ratiõis no
biliori ꝛ pfectiori modo q̃ morales:qꝛ ĩtellectua
les ṽtutes pficiũt id qđ est rõnale p essentiã scꝫ ip
sum ĩtellectũ ꝛ act⁹ earũ/essentialr̃ ꝯsistit in actu
rõnis:morales autẽ solũ pficiunt illud qđ est ra-
tionale p participationẽ scꝫ appetitũ. ergo intelle
ctuales sunt pfectiores moralibus. Q ꝫ autẽ inter
morales vna sit pfectior altera pꝫ sic. Illa ṽt⁹ mo-
ralis est pfectior in q̃ respectu alteri⁹ magis relu-
cet bonũ rationis: sed ĩter virtutes morales iusti
cia est hmõi. ergo ipsa est ĩter oẽs morales perfe-
ctior. Maior patet ex dictis. Minor declarat: qꝛ
illud qđ pficit hoĩem nõ solũ ĩ seipso sꝫ etiã ĩ ꝯpa
ratiõe ad alterũ:pfecti⁹ ꝯtinet bonũ rõnis q̃ illđ
quod pficit hominẽ ad seipsum tñ: sed inter vir-
tutes morales iusticia maxime pficit hoĩem non
solũ ad seipsum sꝫ etiã ad alterũ. quare.ꝛc. Uñ.5.
ethicorũ dicit phs ꝙ ipsa est p̃clarissima virtutũ.
Et sic patet ꝙ virtutes cõparate adiuicẽ nõ sunt
equales equalitate pfectionis. Q đ de oĩbus vno
modo põt pbari sic. Impossibile est diuersas spe
cies habere eundẽ gradũ pfectiõis: sed virtutes
hoc modo accepte differũt ĩter se specie. ergo nõ
possunt esse equales in pfectiõe. Sic igit patet de
virtutib⁹ ꝙ absolute nõ sunt equales ĩter se loquẽ
do de pportione equalitatis absoluta:qꝛ differũt
vel genere sicut theologice q̃ sunt digniores oĩb⁹
ratiõe obiecti et finis pximi. Nulla eñ alia virt⁹
habet deum pro obiecto et fine ita nobili modo
sicut istud:sed si metaphisica habet deũ p obiecto
nõ tñ p fine sicut habẽt theologice. P̃eminet ergo
virt⁹ theologica oĩ factiue ex pte obiecti et finis
oĩ morali ex parte obiecti ꝛ q̃nq3 subiecti ꝛ q̃nq3 fi
nis pximi p̃ter latriam aut penitẽtiã. ĩtellectuali
aũt vel ratiõe obiecti vel rõne finis. Post theolo
gicas autẽ pure ĩtellectuales p̃eminẽt aliis rõne
subiecti qđ est rõnale p essentiã vel intellect⁹ spe-
culatiuus respectu practici/qđ dico pp̃ter prudẽ-
tiã. videt etiã p̃eminere respectu finis ꝙ est felici
tas contemplatiua: respectu autẽ obiecti q̃tũ ad
illas quarũ obiectũ est aliq̃d creatũ cõsiderandũ
ꝙ obiectũ virtutis politice est bonũ humanũ hoc
vel illud ꝙ aliq̃n est minus bonũ q̃ obiectũ scien
tie naturalis sicut scientia de aĩa habet p obiecto
substãtiam anime que est melior q̃ bonum moris
eius. econtrario autẽ sciẽtie de sensibilib⁹ q̃ sunt
pp̃ter bonum humanũ inquantũ huiusmodi sunt
indigniores istis. Sed nulli dubiũ est quin tam
theologice q̃ speculatiue q̃ actiue ꝛ morales pre-
eminent artibus factiuis/et si non ratione subie-
cti saltem ratiõe obiecti ꝛ finis. Unde et seruiles
dicuntur iste mechanice. De preeminentia etiam
moralium inter se respectu subiecti et obiecti ꝛ fi-
nis proximi/verum dicunt sicut ꝛ Thomas dicit
¶ Quantum ad secundum q̃stionis intellectum
de eq̃litate pportionabili dicũt q̃dã ad hoc distin
guendo:qꝛ virtutes habent duplicem perfectionẽ
scꝫ essentialem ꝛ adiunctam. Essentialem habent
ex naturali ħitudĩe inchoatiue et exercitio actuũ
completiue. adiunctam autem habent ex disposi-
tione vel adminiculo quaꝫ vna virtus sortitur ex
altera sibi adiuncta. Si ergo proportio aliquarũ
virtutum attendatur ẽm perfectionem essentialẽ
sic non omnes que sunt equales in vna sunt equa-
les in alia:quia sicut statim dictum est essentialis
perfectio est initiatiue a naturali dispositione/ cõ
pletiue autem per assuefactionem operum:sed ali
qui duo homines psũt equaliter eẽ a natura dispo
siti ad vnam virtutem/puta ad temperantiam/et
equaliter assuefacti in operibus temperãtie q̃ nõ
sunt equaliter a natura dispositi ad fortitudinem
nec equaliter assuefacti ad opera fortitudinis. er
go non oportet ꝙ tales equales sint in fortitudi-
dine/q̃uis equales sint in temperantia. Si autẽ
proportio virtutum attendatur ẽm perfectionem
adiunctam: vt qꝛ fortitudo coniuncta temperan-
tie. et per hoc temperatus potest magis resistere
actibus contrariis vt dictum fuit/sic dicendũ ꝙ
qꝛ sunt equales in vna virtute sunt equales in om
nibus. Cuius ratio est: qꝛ ille virtutes solũ sunt
equales quo ad perfectionem adiunctam: que
habẽt equales virtutes sibi adiunctas:si ergo vir
tutes adiuncte non sunt equales nec poterũt esse
equales quo ad perfectionem adiunctam. Et in
hoc sensu loquitur Augustinus. vt habetur in lib

tera dicens. Si dixero istos equales esse fortitu=
dine sed illū prestare prudētia: sequit᷑ ꝙ hui⁹ forti
dominus prudens sit: ac ꝑ hoc ne fortitudine equa=
les sunt qñ illius fortitudo est prudētior/atq; ita
de ceteris virtutibus inuenires si omnes eadē cō
sideratione ꝑcurras. ¶ Inquirendo autē de his
Inquirit doctor de dictis durandi.
videtur verior opinio Thome in īfusis que dicit
ꝙ sicut simul infundunt᷑/ita simul augentur: et ꝗ=
cūq; in vna equaliter ⁊ in alia essentialiter: sed in
actu exteriori possunt esse inequales: q₂ exercitās
se in actu cuiuslibet virtutis ꝑ imperium carita=
tis meretur augmentū caritatis qua aucta eadē
rōne cetere augēt᷑ qua caritate infusa cetere īfun=
duntur. sic ergo equali conamine diuersi possunt
se exercitare in diuersis virtutibus. et sic equales
habebunt virtutes interius: sed inequales actus
exterius. De virtutib⁹ autem acquisitis verū di=
cunt: q₂ nec isto modo equales sunt sed solum per
accidens quo ad quantitatem quam ex adiutorio
virtutis adiuncte consequuntur. ¶ Ad primū ar=
Ad rōnes in opposiṫ
gumentum in oppositum dicendum ꝙ non opor=
tet virtutes infusas habere omnem perfectionē
acquisitarum/sed bñ habent maiorem sicut forte
non faciunt delectationem nec facilitatem. vel di
cendum ꝙ cōnexio facit quidem virtutes magis
perfectas: sed imperfectionis est ꝙ vna alia indi=
geat. ¶ Ad aliud patet solutio ex dictis.

¶ Questio quinta.



Primum
Quinto queritur/ vtrū vicia
sunt connexa. Et arguitur ꝙ
sic: q₂ pronior est homo ꝑ sta
tu nature corrupte ad viciū
ꝗ̄ ad virtutē ẜm illud Gen.
Sensus et cogitatio hominis
prona sunt ad malum ab ado
lescētia sua: sed virtutes sunt
adinuicem connexe vt visum
Secundū
est. ergo fortiori ratione vicia. ¶ Item Ja.2. di=
cit᷑ ꝙ qui in vno offendit fact⁹ omniū reus: sed nul
lus efficit᷑ reus omnium mandatoꝝ nisi ꝑ omnia
peccata: q₂ non est reat⁹ nisi ex peccato. ergo qui
habet vnum peccatum habet omnia. et sic sunt cō
In oppiṫ
nexa. ¶ In contrarium est: q₂ vnum vicium est al
teri contrariū sicut prodigalitas liberalitati: sed
contraria non possunt esse simul. ergo nec talia vi
cia. Et iterum. 4. ethicoꝝ. dı ꝙ malū si integrū
esset importabile est ⁊ seipsum corrūpit: sed si oia
peccata essent connexa/ in quocunq; esset malicia
peccati mortalis ipsa esset integra. ergo. ⁊c.

Respōsio
¶ Respōsio. Duo videnda sunt. Primo id qđ ꝗ=
ritur. Scđo q₂ de vicijs ⁊ virtutib⁹ actum est/ in=
quiretur vnde habet actus voluntatis bonitatē
Durand⁹ q.4.
et maliciam moralem ¶ Quantum ad primum
sic dicunt quidam simpliciter ꝙ peccata non ha=
bent adinuicem connexionem/ qđ sic patet. in pec=
cato sunt duo/ scꝫ auersio a bono rationis / et con
uersio ad aliquod bonū apparēs: sed ratione nul=
lius istorum peccata possunt habere connexionē.
ergo nullo modo. Probatio minoris/ et primo ꝙ
ratione auersionis peccata non habeant cōnexio
nem: q₂ ex hoc ꝙ aliqua recedunt non connectun
tur/ vt patet de lineis recedentibus vel proceden=
tibus ad eodem puncto ꝗuis propter accessū ad
vnum aliqua connectantur/ sicut connectuntur li
nee qñ concurrunt ad vnum punctum: sed auersio
que est in peccatis est per recessum ab vno scꝫ a re=
ctitudine rationis. ergo per hoc peccata non con=
nectuntur. Item nec ratione conuersionis: q₂ cō=
uersio ad distincta et separata non est ratio conne
xionis: sed bona apparentia ad que est peccati cō
uersio/ distincta et separata sunt. vt ira/ cōcupiscē=
tia. et sic de alijs. ergo ratione conuersionis pecca
ta non habent connexionem. contingit tamen in=
ter peccata aliqua connexionem inueniri ex con=
cursu obiectorum: ita vt manens in vno actuali=
ter necessario habeat incidere in aliud vel resilire
a primo sicut dicit Augustin⁹. ꝙ superbus necesse
habet alijs inuidere iuxta modum qui fuit decla
ratus in secūdo libro. ¶ Inquirendo autem de
Inquirit doctor de dictis durandi.
predictis videt᷑ dicendum ꝙ est connexio similitu
dinis et connexio simultatis. De prima intelligit
Thomas ꝙ vicia sunt connexa ex parte auersio=
nis sicut virtutes ex parte cōuersionis ⁊ plus: q₂
in hoc vnum mortale assimilatur alteri quod etiā
auertit a deo ⁊ omne peccatū alteri quod auertit
a ratione recta. sicut virtus cōuertit ad deum si=
cut finem vltimū: ⁊ ad bonū rationis recte sicut fi
nem proximū quo ad morales puras. ¶ Sed lo
quendo de cōnexione simultatis min⁹ conectun=
tur peccata in vno a quo auertunt ꝗ̄ linee in cen=
tro a quo exeunt: quia in illo centro realiter sunt
simul linee nō quantum ad totum: nec quantū ad
partem: sed quantum ad principium / quod reali=
ter scđm istos non est aliud a linea scꝫ punct⁹: vel
quia oīm linearum puncta sunt in illo puncto. vel
